FRAGMENTA
COMICORUM GRAECORUM.

COLLEGIT ET DISPOSUIT

AUGUSTUS MEINEKE.

VOLUMINIS II

FRAGMENTA POETARUM COMOEDIAE ANTIQUAE CONTINENTIS

PARS I.

BEROLINI.

TYPIS ET IMPENSIS G. REIMERI.

MDCCCXXXIX.

FRAGMENTA POETARUM
COMOEDIAE ANTIQUAE.

COLLEGIT ET DISPOSUIT

AUGUSTUS MEINEKE.

PARS PRIMA.

BEROLINI.
TYPIS ET IMPENSIS G. REIMERI.
MDCCCXXXIX.

FRAGMENTA POETARUM COMOEDIAE ANTIQUAE.

PARS PRIMA.

E R R A T A.

Pag. 52	29	εἴκισμα pro εἴκασμα
- 88	26	10 o pro 100
- 97	25	στερματίαν pro σπερματίαν
- 99	18	puterriti pro perterriti
- 147	12	χερσὶ pro χερσὶ δὲ
- 161	16	ἔτοιν pro ἐτοῖν
- —	19	ἔτοιν pro ἐτοῖν
- 174	17	ἔτοιν pro ἐτοῖν
- 215	29	ἀνηβᾷ pro ἐνηβᾷ
- 225	5	ὗες pro ὕες
- 268	18 et 32	χρόνον pro χρόνου
- 270	16	Proverbia aliter pro Proverbialiter
- 300	21	ἕπαστος pro ἕκαστος
- 312	26 et 29	μέλλονεν pro μέλλομεν
- 339	19	Λεσβιῶν pro Λεσβίων
- 353	12	ἀξιὸς pro ἄξιος

INDEX POETARUM.

SUSARIO.

(Hist. crit. p. 18 et 24.)

Ἀκούετε λεῴ· Σουσαρίων λέγει τάδε,
υἱὸς Φιλίνου Μεγαρόθεν Τριποδίσκιος·
κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
καὶ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν.

Tzetzes apud Cramerum Anecd. III p. 336: ὁ Σουσαρίων οὗτος ὁ κωμικός. φαύλης τῆς γυναικὸς τούτου φανείσης καὶ τοῦτον ἀπολιπούσης, εἰσελθὼν ἐν τῷ θεάτρῳ ἀνεφθέγξατο ταδὶ Ἀκούετε — ἄνευ κακοῦ. Ἰστέον δὲ ὡς τῶν Σουσαρίωνος τούτου ποιημάτων μόνα ταῦτα κατελείφθη τὰ τέσσαρα ἰαμβεῖα. Scholiasta Dionysii Thr. p. 748: πρῶτον οὖν Σουσαρίων τις τῆς ἐμμέτρου κωμῳδίας ἀρχηγὸς ἐγένετο, οὗ τὰ μὲν δράματα λήθῃ κατενεμήθη, δύο δὲ ἢ τρεῖς ἴαμβοι τοῦ πρώτου δράματος ἐπὶ μνήμῃ φέρονται. εἰσὶ δὲ οὗτοι Ἀκούετε λεώς κτλ. Iisdem propemodum verbis Anonymus Crameri IV p. 315 sq. Quintum versum, quem Tzetzes Scholiasta Dionysii et Anonymus omittunt nec ab eo qui reliquos fecit profectus esse videtur, servavit Stobaeus Flor. LXIX 2. ubi omisso secundo versu idem fragmentum servatum est. Versum primum cum tertio et quarto habet etiam Diomedes III p. 486. *Poetae primi comici fuerunt Susarion Mullus et Magnes. Hi veteris disciplinae iocularia quaedam minus scite et venuste pronunciabant, in quibus hi versus fuerunt,* Ἀκούετε λέξιν· Σουσαρίων λέγει

κτλ. Tertium et quartum versum omisso auctoris nomine Suidas s. *οὔτε σὺν* vol. II p. 743 et s. *τοὖπος* vol. III p. 491. Suidas petiit ex scholiasta Aristophanis Lysist. 1037. ubi hodie corrupte legitur: *ἐν παροιμίᾳ τοῦτο λέγουσι· κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔστιν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.* Vs. 1 pro *λεὼς* scripsi *λεῴ*. Pluralis enim in hac formula, cuius exempla Bentleius Phalar. Lips. p. 261 attulit, legitimus et solennis. Et habet hoc ipsum, ut nunc video, Tzetzes, ceteris in *λεὼς* consentientibus, nisi quod Diomedes habet *λέξιν*. — Vs. 3 et 4 comparat Suidas cum Aristoph. Lysistr. 1037 *οὔτε σὺν πανωλέθροισιν οὔτ' ἄνευ πανωλέθρων*. — Vs. 4 unus Diomedes *εὑρεῖν οὐσίαν* pro eo, quod ceteri omnes habent, *οἰκεῖν οἰκίαν*. Anonymus *οἰκίας*.

Ceterum hi versus nativam illam antiquissimae comoediae simplicitatem haud infeliciter imitantur. Ipsius Susarionis quo minus existimari possint, maxime Aristotelis silentium prohibet, qui si quid de Susarionis lusibus aut ipse aut aequales eius memoria tenuissent, non dubitari potest quin eo loco ubi de comoediae originibus disseruit, Susarionis conatus silentio non praetermissurus fuisset. Quae praeterea ad versuum illorum fidem elevandam Bentleius Phalar. p. 262 attulit argumenta, iis non multum moveor. Qui praeter commemoratos scriptores et eos quos Hist. crit. p. 18 et 24 attuli, Susarioniae poeseos memoriam servaverit scio neminem nisi Plotium p. 2663. apud quem *metrum Susarionium* commemoratum reperio, quod compositum esse dicit *quattuor pedibus trochaicis et penthemimerico dactylico.* Eius metri quod exemplum subiicit,

χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν τὰν Θέμιν οὐρανίαν,

partim ex Sapphico versu apud Hephaest. p. 95 partim ad Pindarici fragmenti p. 561 Bkh. imitationem ab ipso grammatico compositum est.

CHIONIDES.

(Hist. crit. p. 27 sqq.)

ΗΡΩΕΣ.

I.

Πολλοὺς ἐγῷδα κοὺ κατὰ σὲ νεανίας
φρουροῦντας ἀτεχνῶς κἀν σάμακι κοιμωμένους.

Pollux X 43: *ἔστι δὲ ὁ σάμαξ ῥὶψ καλάμου τοῦ καλουμένου σάκτου. μάλιστα δὲ ἐπὶ στρατείας τούτῳ ἐχρῶντο, ὡς Χιονίδης ἐν Ἥρωσι Πολλοὺς ἐγῷδα κτλ.* Sunt haec fortasse patris verba ad filium mollitiei deditum et belli aerumnas detrectantem. Vs. 1 vulgo editur *ἐγὼ δ᾽ ἀκούω κατὰ σέ.* Cod. Falck. *ἐγὼ δακοὺ κατά σε*, quod certatim emendarunt Bentleius Epist. II ad Hemsterh. p. 53. Porsonus Advers. p. 251. Lobeckius ad Phrynichum p. 253. Recte autem legitur *κοὺ κατὰ σὲ* h. e. *neque tuae sorti aequiparandos*, qui satis frequens usus est praepositionis *κατά*, cuius qui immemor fuit Hanovius Exercit. crit. I p. 47 corrigere tentabat *κοὺ κακούς*. Vide, ne longius abeam, Heindorfium ad Platonis Gorg. p. 226. — Vs. 2 cod. Falck. *φοροῦντας ἀτέχνους*, unde Bentleius *ἀλύχνους sine lucerna* pro *ἀτεχνῶς* scribendum coniecit. Si recte habet *ἀτεχνῶς*, significat opinor quod nostri dicunt *ohne Weiteres*, *ohne Umstaende*. Ad *σάμακα* cfr. Photius Lex. p. 498 3: *Σάμακα Ἐρατοσθένης ἀπέδωκε τὸν φορμόν· ἄμεινον δὲ τὸν τοξικὸν κάλαμον. οὕτως Λύσιππος.* Cfr Hesychius s. v. *σάμαξ.* Itaque *ἐν σάμακι κοιμᾶσθαι* idem quod uno verbo comicus poeta, ut videtur, apud Phrynichum App. soph. p. 70 4 di-

xit φορμοκοιτεῖν, ὃ τάττεται ἐπὶ λυπρῶς καὶ κακῶς κοιμωμένων, οὐκ ἐχόντων κνάφαλλον.

II.

Καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἔτι γέ μοι δοκῶ
ἄγνου διαφέρειν ἐν χαράδρᾳ πεφυκότος.

Suidas vol. I p. 31. Ἄγνος: φυτόν, ὃν καὶ λύγον καλοῦσιν. ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀρνίου. [ἄγνον, οὐχὶ λύγον καλοῦσι.] καὶ ἀρσενικῶς. Χιονίδης ἐν Ἥρωσι Καὶ μὴν κτλ. Verba uncis inclusa merito suspectavit Kusterus. Dici haec videntur ab homine contempto et in nullo pretio habito. Vs. 1 legebatur οὐθὲν ἔτι τε. Correxit Porsonus ad Euripidis Phoen. 1638 et Advers. p. 33. — Vs. 2 ἄγνου πεφυκότος. Ita constanter Attici, docente Ael. Dionysio ap. Eustath. Od. p. 1638 11. Femininum, ut alia mittam, habemus in loco incerti poetae apud Etymol. M. p. 595 33: μύρσον ἐς ὠτώεντα παλαιφαμένης ἄγνοιο, qui mihi Callimachi ex Hecale versus esse videtur. Recte autem ἐν χαράδρᾳ. Dioscor. I 136: ἄγνος ἢ λύγος παρὰ ποταμοῖς τραχέσι τε τόποις καὶ χαράδραις φυόμενος.

III.

Antiatticista p. 97 8. Ἑπτέτης: χωρὶς τοῦ ᾱ. Χιωνίδης Ἥρωσιν. Eadem forma usus est Aristoph. Ran. 420 et Thesmoph. 487. Sed de tota hac Atticistarum doctrina copiose disputavit Lobeckius ad Phryn. p. 407.

Π Τ Ω Χ Ο Ι.

I.

Ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος οὐδὲ Κλεομένης
ἐν ἐννέ' ἂν χορδαῖς κατεγλυκήνατο.

Athenaeus XIV p. 638 d: ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους ποιήσας Πτωχοὺς Γνησίππου τινὸς μνημονεύει,

παιγνιαγράφου τῆς ἱλαρᾶς μούσης λέγων οὕτως Ταῦτ' οὐ μὰ Δία κτλ. Gnesippus poeta amatorius, cuius carminum quae indoles fuerit, optime indicat Eupolidis fragmentum ex Helotis ab Athenaeo l. l. servatum:

ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστ' ἀκούειν·
κεῖνος νυκτερίν' εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι
γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον.

Cfr quae dixi ad Cratini Bubulcos Fragm. II. Eiusdem generis poeta fuit Cleomenes, Sapphoni Meleto et Lamynthio iunctus ab Epicrate Athenaei XIV p. 605 e:

τἀρωτίκ' ἐκμεμάθηκα ταῦτα παντελῶς,
Σαπφοῦς Μελήτου Κλεομένους Λαμυνθίου.

Eundem dithyrambicum poetam fuisse iam alio loco docui ex Athenaeo IX p. 402 a: πάλαι γὰρ τυγχάνω ἀνεγνωκὼς τοὺς Κλεομένους τοῦ Ῥηγίνου διθυράμβους, ὧν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Μελεάγρῳ τοῦτο ἱστόρηται, et scholiasta Aristoph. Nub. 332: αἰνίττεται (Aristophanes) εἰς τοὺς περὶ Κινησίαν καὶ Φιλόξενον καὶ Κλεομένη, καὶ τούτους εἶναι τῶν σοφιστῶν βούλεται, διθυραμβοποιοὺς χρηματίσαντας. Aetate autem Cinesia et Philoxeno haud dubie fuit superior. Cfr Hist. crit. p. 89. Qui praeterea commemoratur Cleomenes rhapsodus, quem Athenaeus XIV p. 620 d Empedoclis carmina Olympiis ludis recitasse tradit, ab Rhegino poeta fuit haud dubie diversus. Vs. 1 legebatur οὐδ' ὁ Κλεομένης, quod correxi Quaest. Menandr. p. 434. — Vs. 2 libri ἐν ἐννέα χορδαῖσι κατεγλυκάνατο. Correxit Porsonus. Sufficit fortasse ἐν ἐννέα χορδαῖσιν. Schweighaeuserus praeterea malebat ἐν ἐννεαχόρδοισι. de quo instrumento vide Athenaeum XIV p. 636 b. f.

II. III.

Ἆρ' ἂν φάγοιτ' ἂν καὶ ταρίχους, ὦ θεοί.
Ἐπὶ τῷ ταρίχει τῷδε τοίνυν κόπτετον.

Athenaeus III p. 119 e: Ἀττικοὶ δὲ οὐδετέρως λέγουσι (τὸ τάριχος), καὶ γίνεται ἡ γενικὴ τοῦ ταρίχους. Χιωνίδης (Ep. Χιονίδης) Πτωχοῖς Ἆρ' ἂν — ὦ θεοί. ἡ δὲ δοτικὴ τα-

ρίχει, ὡς ξίφει· Ἐπὶ τῷ ταρίχει κτλ. Primum versum servavit etiam Nicephorus Gregor. sect. 39 et Grammaticus Hermanni p. 324: *οἱ Ἀττικοὶ οὐδετέρως τὸ τάριχος προφέρουσιν, ὡς καὶ Χιονίδης φησὶν Ἆρ' ἂν φάγοιτε* (sic) *καὶ ταρίχους, ὦ θεοί.* Vs. 1 *ταρίχους* genitivum esse casum ac non potius accusativum, Athenaeus ex altero versu, qui priorem non adeo longo intervallo sequutus esse videtur, collegerat. Neque enim multum moveri me fateor argumentis quibus Fritzschius Dissert. de Aristophanis Daetal. p. 109 alterum illum versum Aristophani vindicare conatus est. — Vs. 2 *τοίνυν τῷδε* C. Ibidem *κόπτετον* AC. *κοπτέον* PVL. Illud praetuli propter auctoritatem Veneti, alterum tamen cur falsum et ineptum dicatur non perspicio. Quo autem sensu illud *κόπτετον* h. l. positum sit certo definiri nequit; inesse videtur iocus *παρὰ προσδοκίαν* pro *κάπτετον*, nisi aut id ipsum scripsit poeta, aut *κόπτειν* pariter ac *παίειν* apud Aristophanem Acharn. 835 et *σποδεῖν* apud Pherecratem Athen. III p. 111 b et Aristoph. Pac. 1306, vorandi vel avide comedendi significationem habet. Substantivum *κοπετός* eodem sensu posuit Eupolis Adulat. fragm. XIII. Quidquid est, praepositio *ἐπὶ* eandem hic vim habere videtur quam habet apud Aristoph. Plut. 628: *μεμιστυλημένοι | ἄνδρες γέροντες ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις*, et Fragm. inc. fab. 528 *ἐπὶ τῷ ταρίχει τὸν γέλωτα κατέδομαι.*

IV.

Athenaeus IV p. 137 e: *ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους Πτωχοὺς ποιήσας τοὺς Ἀθηναίους φησίν, ὅταν Διοσκούροις ἐν Πρυτανείῳ ἄριστον προτιθῶνται, ἐπὶ τῶν τραπεζῶν τιθέναι τυρὸν καὶ φυστὴν δρυπεπεῖς τ' ἐλάας καὶ πράσα, ὑπόμνησιν ποιουμένους τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς.* Metrum primitus fuisse videtur anapaesticum, cuius haud obscura supersunt vestigia. Pro *δρυπεπεῖς* solenni varietate BP habent *δρυπετεῖς*. Nec minus accentus in hac voce fluctuat, cuius de variis formis vide quos affert O. Muellerus Aegin. p. 187 d et Dindorfium Thesauro L. Gr. vol. II p. 1695. Exquisitiora protulit

Lehrsius Epic. quaest. p. 162. Pro φυστὴν Dindorfius ex praecepto Herodiani apud schol. Arist. Vesp. 608 scripsit φύστην.

EX INCERTA FABULA.

Vitruvius Praef. lib. VI p. 146 commemorato Epicuri dicto, *pauca fortunam sapientibus tribuere, quae autem maxima et necessaria sint animi mentisque cogitationibus gubernari*, eandem sententiam ab Eucrate Chionide Aristophane expressam fuisse dicit.

M A G N E S.

(Hist. crit. p. 20 sqq.)

Δ Ι Ο Ν Υ Σ Ο Σ.

I.

Καὶ ταῦτα μέν μοι τῶν κακῶν παροψίδες.

Athenaeus IX p. 367 f: *ἐπὶ σκεύους οὖν εἴρηκε* (vocab. *παροψὶς*) *Ἀντιφάνης Βοιωτίῳ — καὶ ὁ τὰ εἰς Μάγνητα ἀναφερόμενα ποιήσας ἐν Διονύσῳ πρώτῳ Καὶ ταῦτα κτλ.* Apertum est Athenaeum haec in eum sensum accepisse quo Latini dicunt *malorum thesauros*, cui interpretationi nescio an articuli usus *τῶν κακῶν* repugnet. Ita recte dicas *Ἰλιὰς κακῶν*, *Λέρνη κακῶν*, *ἀγαθῖδες ἀγαθῶν*, non item *Ἰλιὰς τῶν κακῶν* etc. Itaque hoc potius dixisse putandus est, *sunt haec malorum meorum additamenta:* quasi germanice dicas *meiner Leiden Nebenschüsseln.* Similiter vocabulo *παροψώνημα* usus est Aeschylus Agam. 1422: *εὐνῆς παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς.* Nisi forte *παροψίδας κακῶν* Magnes dixit *malorum solatia*, aut pro *κακῶν* scripsit *φακῶν.*

II.

Ταγηνίας ἤδη τεθέασαι χλιαρους
σίζοντας, ὅταν αὐτοῖσιν ἐπιχέῃς μέλι;

Athenaeus XIV p. 646 e: ταγηνίτης πλακοῦς ἐν ἐλαίῳ τετηγανισμένος, ὁ καὶ ταγηνίας. μνημονεύει Μάγνης ἢ ὁ ποιήσας τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας κωμῳδίας ἐν Διονύσῳ δευτέρῳ Ταγηνίας κτλ. Crateti tribuit Pollux VI 79. Vid. Hist. crit. p. 34.

Λ Υ Δ Ο Ι.

I.

Λούσαντα χρὴ καὶ βακκάριδι κεχριμένον.

Athenaeus XV p. 690 c: μνημονεύει τῆς βακκάριδος καὶ Σοφοκλῆς. Μάγνης δ' ἐν Λυδοῖς Λούσαντα χρὴ κτλ. Priora verba B ita scripta exhibet λύσαντα δεῖ. Λούσαντα pro λουσάμενον dictum accipiunt, quod cum fieri non possit, aliud quid scripserit poeta necesse est.

II.

Pollux VII 188: κοσκινομάντεις δὲ εἴρηκε Φιλιππίδης. Μάγνης δὲ ἐν Λυδοῖς ὀνειρομάντεσιν ἀναλύταις. De ἀναλύταις, quod hominum genus veneficia solvere putabatur, cfr Lobeckii Aglaoph. p. 644. De titulo fabulae dixi Hist. crit. p. 34.

Π Υ Τ Α Κ Ι Δ Η Σ.

Εἰπέ μοι· νῦν δὴ μὲν ὤμνυς μὴ γεγονέναι, νῦν δὲ φῄς.

Suidas vol. II p. 640. Νῦν δή: ἀρτίως ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν. — Μάγνης δὲ ἐν Πυτακίδῃ Εἰπέ μοι· νῦν δὴ μὲν ὤμνυς κτλ. Ita codd. et Photius Lex. p. 305 9. Vulgo

νῦν μὲν δή. Pro νῦν δή in Suidae glossa scriptorumque locis quos affert (Plat. Legg. III p. 683 E. Eurip. Hipp. 233 et Meleag. fragm. XVI p. 231 Matth.) superiores Suidae editiones habent νῦνδη, quod recte habet si νύνδη scripseris. Bernhardius non monito lectore edidit νῦν δή, contra mentem grammatici, quem Suidas exscripsit. Ita enim ille pergit: ἐν δὲ τοῖς Νόμοις διαλελυμένον εἴρηκε (Plato Legg. I p. 629 D) τὸ μὲν νῦν ἐπὶ τοῦ παρόντος χρόνου, τὸ δὲ δὴ ἐπὶ συνδέσμου· Ὅς δὴ πάντων τῶν πολέμων χαλεπώτατος, ὡς ἔφαμεν ἡμεῖς νῦν δή. Spectant haec ad grammaticorum quorumdam doctrinam, νῦν et νῦν δή sive potius νύνδη ita distinguentium, ut νῦν de tribus temporibus, νύνδη autem nonnisi de praeterito tempore dici praeciperent. Ita Etymol. M. p. 78 30 emendatum a Lehrsio meo Quaest. ep. p. 131. Eiusdem doctrinae vestigia supersunt apud schol. Aristoph. Equ. 5. νῦν δὴ ῞φερες: οὕτως Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἀρτίως. De titulo fabulae dixi Hist. crit. p. 35. Probo nunc Bernhardium Τιτακίδης dramatis indicem fuisse suspicantem. Cfr Hist. crit. p. 422.

Π Ο Α Σ Τ Ρ Ι Α Ι.

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς οὐδ' ὁ Μυσῶν ἔσχατος.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 336: Μυσῶν ἔσχατος, ἐπὶ τῶν εὐτελεστάτων Μάγνης. Ποαστρίᾳ Οὐκ ἔστιν κτλ. Siebenk. Ποαστρίαις. Cfr Hist. crit. p. 35.

Ex incerta fabula unum fragmentum superest apud Polluc. II 101: πρόστομον ξίφος τὸ ἐστομωμένον καὶ τομόν, τὸ δὲ μαλακὸν καὶ ἄτομον ἀπρόστομον, ὡς Μάγνης.

E C P H A N T I D E S.

(Hist. crit. p. 35 sqq.)

Σ Α Τ Υ Ρ Ο Ι.

Πόδας ἐπεὶ δέοι πριάμενον καταφαγεῖν ἑφθοὺς ὑός.

Athenaeus III p. 96 b. c: *τῶν δ' ἑφθῶν ποδῶν μνημονεύει — Ἐκφαντίδης ἐν Σατύροις Πόδας ἐπεὶ κτλ.* **Vulgo** *πόδας τε εἰ δέοι.* **Hermannus Opusc. I p. 50** *πόδας ἔτ' εἰ δέοι.* **Simplicius mihi videbatur** *πόδας ἐπεὶ δέοι.* **Nec multum discrepat Dindorfii ratio, qui locum ad iambicos numeros revocavit,** *πόδας τ' ἐπεὶ δέοι πριάμενον καταφαγεῖν | ἑφθοὺς ὑός.*

EX INCERTIS FABULIS.

I.

Aspasius ad Aristotelis Ethica Nicom. IV 2: *διασύρονται γὰρ οἱ Μεγαρεῖς ἐν κωμῳδίᾳ, ἐπεὶ καὶ ἀντιποιοῦνται αὐτῆς ὡς παρ' αὐτοῖς εὑρεθείσης, εἴγε καὶ Σουσαρίων ὁ κατάρξας κωμῳδίας Μεγαρεύς. ὡς φορτικοὶ τοίνυν καὶ ψυχροὶ διαβάλλονται καὶ πορφυρίδι χρώμενοι ἐν τῇ παρόδῳ. καὶ γοῦν Ἀριστοφάνης ἐπισκώπτων αὐτοὺς λέγει που* **(Vesp. 57)** *„μηδ' αὖ γέλωτα Μεγαρόθεν κεκλεμμένον.“ ἀλλὰ καὶ Ἐκφαντίδης παλαιότατος τῶν ἀρχαίων ποιητής φησι Μεγαρικῆς κωμῳδίας ᾆσμα δίειμαι αἰσχύνομαι τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν. δείκνυται γὰρ ἐκ πάντων τούτων ὅτι Μεγαρεῖς τῆς κωμῳδίας εὑρεταί.* **Pro corruptis** *ᾆσμα δίειμαι αἰσχύνομαι* **cod. apud Gaisford. ad**

Hephaest. p. 97 habet ᾆσμα διείμ' ἠσχυνόμην. Hinc correxi olim ad Philem. p. 382:

Μεγαρικῆς κωμῳδίας
ᾆσμ' οὐ δίειμ'. ἠσχυνόμην
τὸ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν.

Fortasse recte; priora certe ᾆσμ' οὐ δίειμι verissima puto. Ac confirmat quodammodo Bern. Feliciani versio apud Gaisfordium l. l. *praetereo carmen Megaricae comoediae: nam me pudet facere Megaricam fabulam.* Quae si ad verbum ex graecis expressa sunt, suspiceris locum ita constituendum esse,

ᾆσμ' οὐ δίειμι Μεγαρικῆς κωμῳδίας·
αἰσχύνομαι γὰρ δρᾶμα Μεγαρικὸν ποιεῖν.

Sed Feliani versioni non nimium tribuerim, qui ut senarios procuderet, in transferendo liberius versatus esse videri potest. Th. Bergkio Comment. p. 358 duo diversorum poetarum fragmenta videntur, quorum alterum, quod ita scribit,

Μεγαρικῆς κωμῳδίας
ᾆσμ' οὐκ ἂν ᾄδοιμ',

Ecphantidi, alterum autem uno trimetro comprehensum Myrtilo assignat, quem in superioribus Aspasius commemorat. Duo diversi loci fragmenta esse nunc ipse credo, de Myrtilo autem valde incerta est viri optimi suspicio. Ceterum cfr Hist. crit. p. 22.

II.

Εὔιε κισσοχαῖτ' ἄναξ, χαῖρε.

Poeta anonymus (Cratinus) apud Hephaest. p. 96 Gaisf. *Εὔιε κισσοχαῖτ' ἄναξ χαῖρ', ἔφασκ' Ἐκφαντίδης.* Ita Pauwius: libri ἔφασκε Φαντίδης. Ridet poeta Ecphantidem, cuius haec ipsissima verba esse primus vidit Naekius Choer. p. 53. qui illa ex *Dionyso* fabula petita existimat. Probavi hoc Hist. crit. p. 37. Nec negari potest peracute excogitatum esse. Coepi tamen dubitare, quum in loco Hesychii satis commode iungi possit Διονύσῳ ὕμνος. Ei simile est quod idem v. τρίκτειρα dixit θυσία Ἐνυαλίῳ.

III.

Scholiasta Ven. Aristoph. Vesp. 1182: Ἀνδροκλέα δὲ Κρατῖνος Σερίφιοις φησὶ δοῦλον καὶ πτωχὸν ἡταιρηκότα ἄρα τὸν αὐτόν. Τηλεκλείδης δὲ ἐν Ἡσιόδοις (ita Dindorfius pro τοῖς δυς) καὶ Ἐκφαντίδης βαλλαντιοτόμον. De Androcle Pitthensi multorum comicorum ludibrio vide Th. Bergkium Epist. ad Schillerum p. 119 sqq. Ad eundem spectare videtur versus proverbialis, sed quem ex comico poeta desumptum arbitror, apud Zenobium III 77: ἐν δὲ διχοστασίῃ κἂν Ἀνδροκλέης πολεμαρχοῖ. Ita enim corrigo editam lectionem καὶ Ἀνδροκλέης πολεμαρχεῖ, in qua etiam ceteri paroemiographi consentiunt. Nomen βαλλαντιοτόμος rectius simplici ametabolo scribi colligunt ex Aristoph. Ran. 772 τοῖς λωποδύταις καὶ τοῖς βαλαντιητόμοις. Sed huic loco non nimium tribuendum, in quo quum optimi libri Rav. et Ven. habeant βαλαντιοτόμοις, mihi quidem nunc perquam probabilis videtur Lachmanni coniectura, τοῖσι βαλλαντιοτόμοις scribentis. Accedit quod formae per η scriptae vix aliud exemplum reperias. Cfr Lobeckius ad Phryn. p. 657. Denique nihil caussae est cur Simonidis reiiciatur auctoritas, in cuius Epigr. LX vs. 3 legitur ἔμπορε καὶ φορτηγέ, τὸ σὸν βαλλάντιον οἶδεν. Quod carmen etsi Simonidis nomen mentitum, omnibus tamen omnium scriptorum codicibus antiquius existimandum est.

IV.

Pollux II 127: κακηγορία, ἰσηγορία, κακηγορίστερος παρὰ Φερεκράτει, καὶ κακηγορίστατος παρὰ Ἐκφαντίδῃ. Pherecratis locum servavit Photius Lex. p. 618 in. ubi vitiose legitur κακηγοριστότερον.

C R A T I N U S.

(Hist. crit. p. 43 sqq.)

ΑΡΧΙΛΟΧΟΙ.

I.

Κἀγὼ γὰρ ηὔχουν Μητρόβιος ὁ γραμματεὺς
σὺν ἀνδρὶ θείῳ καὶ φιλοξενωτάτῳ
καὶ πάντ' ἀρίστῳ τῶν Πανελλήνων πρόμῳ
Κίμωνι, λιπαρὸν γῆρας εὐωχούμενος
αἰῶνα πάντα συνδιατρίψειν· ὁ δὲ λιπὼν
βέβηκε πρότερος.

Plutarchus Vita Cimon. 10 de liberalitate et munificentia Cimonis disserens: *αὐτῷ δὲ νεανίσκοι παρείποντο συνήθως ἀμπεχόμενοι καλῶς, ὧν ἕκαστος, εἴ τις συντύχοι τῷ Κίμωνι τῶν ἀστῶν πρεσβύτερος ἠμφιεσμένος ἐνδεῶς, διημείβετο πρὸς αὐτὸν τὰ ἱμάτια. καὶ τὸ γινόμενον ἐφαίνετο σεμνόν. οἱ δ' αὐτοὶ καὶ νόμισμα κομίζοντες ἄφθονον, παριστάμενοι τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων ἐν ἀγορᾷ σιωπῇ τῶν κερματίων ἐνέβαλλον εἰς τὰς χεῖρας· ὧν δὴ καὶ Κρατῖνος ὁ κωμικὸς ἐν Ἀρχιλόχοις ἔοικε μεμνῆσθαι διὰ τούτων· Κἀγὼ γὰρ ηὔχουν κτλ.* Vs. 1 *Μητρόβιος ὁ γραμματεύς.* Hunc Metrobium Winckelmannus Proleg. ad Platon. Euthyd. p. XL non diversum esse existimat ab eo qui Conni, nobilissimi fidicinis, pater perhibetur a Platone Euthyd. p. 272 C et Menex. p. 236 A. Eandem sententiam sequutus est Th. Bergkius Comment. p. 19. Fortasse recte. De scribis Atheniensium multi multa commentati sunt. Vide inprimis Schoemannum de Comit. p. 318 sqq. et Boeckhium Corp. Inscr. I

p. 200. — Vs. 2 *σὺν ἀνδρὶ θείῳ*. De hac honorifica appellatione Lacedaemoniis maxime usitata, ideoque ad Cimonis Laconicarum rerum studiosissimi laudes inprimis accommodata, Platonis Aristotelis et Aeschinis locos iam alii composuerunt. V. Buttmannum ad Platonis Men. p. 69. — Vs. 3 *πρόμῳ* Reiskius. Libri *πρώτῳ*, pro quo Hermannus apud Runkelium ad Eupol. p. 187 coniecit *πρὸ τοῦ*. Th. Bergkius Comment. p. 23 tentabat *ἐνί*. Utrique praestare mihi videtur *πρόμῳ*, quod epicis tragicisque familiare nec Cratini sublimem orationem dedecet. Eandem vocem critici recte restituisse videntur Aristophani Thesm. 50.

II.

Οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε.

Clemens Alex. Strom. I p. 280 (329): *Κρατῖνος γοῦν ἐν τοῖς Ἀρχιλοχείοις* (sic) *ποιητὰς καταλέξας ἔφη Οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε.* Homerum dicit et Hesiodum aliosque complures. Diogenes Laert Prooem. 12 p. 9: *καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταί, καθὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχῳ* (sic) *τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν οὕτως καλεῖ.* Constat latissime patere usum nominis *σοφιστής*. Ita Phrynichus Lamprum musicum *μινυρὸν ὑπερσοφιστὴν* dicit apud Athenaeum II p. 44 d, et Plato comicus *τὸν Ὀπούντιον αὐλητὴν Βακχυλίδην εἰς τοὔνομα κατέταξε τῶν σοφιστῶν* schol. Aristoph. Nub. 330. Eustathius ad Iliad. p. 1023 13: *καὶ Σοφοκλῆς, φασί, τὸν κιθαρῳδὸν σοφιστὴν λέγει καὶ τὸν ῥαψῳδὸν Εὔπολις.* Anaxandrides Athenaei XIV p. 638 d: *ἵνα καὶ σὺ νικᾷς τοὺς σοφιστάς, ὦ φίλε.* Ubi de Arga aliisque musicis et poetis loquitur. Ad *σμῆνος σοφιστῶν* compares Platonicum *σμῆνος ἀρετῶν* Menone p. 72 A. Cfr Iacobsius ad Achill. Tat. VI 19 et Bergkius Comment. p. 6. *Ἀνεδιφήσατε*, ut pro *ἀνεδειφήσατε* (cfr Hesychius v. *δειφήσαντες* etc.) Casaubonus ad Athenaeum III p. 86 e scripsit, dubitari potest utrum ab *ἀναδιφέω* an ab *ἀναδιφάω* formatum sit. Homerica et vetustior forma fuit *ἀναδιφάω*. Cfr Naekium de Callim. Hecale in Museo Rhen. II p. 512.

III.

Εἶδες τὴν Θασίαν ἅλμην οἷ' ἄττα βαΰζει;
ὡς εὖ καὶ ταχέως ἀπετίσατο καὶ παραχρῆμα.
οὐ μέντοι παρὰ κωφὸν ὁ τυφλὸς ἔοικε λαλῆσαι.

Athenaeus IV p. 164 e: *ταῦτα τοῦ Μάγνου ἑξῆς καταδραμόντος ἀποβλέψας ὁ Κύνουλκος εἰς τοὺς παρόντας τῶν φιλοσόφων ἔφη Εἶδες — λαλῆσαι. ὡς ὁ Κρατῖνος ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις ἔφη.* Quod vs. 1 legitur *Θασίαν ἅλμην*, Casaubonus ut *ταρίχους* vocabulum de homine nequam aut scelesto interpretatur; rectius intelligas de homine salso et amari ingenii, quemadmodum *Ἁλμίωνος* nomen ad ingenii acerbitatem referebatur. Vid. scholiastes Aristophanis Av. 282: *ὅσοι δὲ Ἁλμίωνος αὐτὸν* (Philoclem poetam tragicum) *φασίν, ἐπιτεθικῶς λέγουσι διὰ τὸ πικρὸν εἶναι.* Quo respiciens Eustathius ad Odyss. τ' p. 1859 58: *καὶ τῷ ἀπὸ ἅλμης λόγῳ (ἔστι παραχρήσασθαι παροιμιακῶς), καθ' ὃν ἐκ μὲν τῆς πικρᾶς ἀκράχολός τις ἄνθρωπος Ἁλμίων ἐσκώφθη.* Cfr. eiusdem Opusc. p. 139. Suspicor autem in Cratini loco ipsum Archilochum compellari, quem constat Pariorum coloniae in Thasum ducendae praefuisse in eaque insula vitae domicilium posuisse. V. Eusebii Praep. Ev. V 33 et Stephan. Byz. s. v. *Θάσος* p. 389. Archilocho autem, poetae uni omnium maledicentissimo, quam recte asperitatis crimen ingeratur non est quod copiosius exponam. Ceterum Thasia salsamenta magna olim laude ferebantur. Athenaeus VII p. 329 b: *τοὺς γὰρ εἰς τὸ ἀπανθρακίζειν ἐπιτηδείους ἰχθῦς εἰς ἅλμην ἀπέβαπτον, ἣν καὶ Θασίαν ἐκάλουν ἅλμην.* Eustathius ad Iliad. p. 479 2: *ὡς δὲ καὶ ἡ Θάσος ἅλα ἦγεν ἡδὺν εἰς βοράν, δηλοῖ ὁ γράψας περιάδεσθαι Θασίαν ἅλμην, χρηστὴν ὡς ἔοικε τοῖς ὀψοφαγοῦσιν.* Photius Lex. p. 89 15: *Θασίαν καὶ ῥάφανον καὶ ἅλμην λέγουσι.* Quibus similia habet Hesychius v. *Θασία ἅλμη*. Schol. Aristoph. Acharn. 671: *Θάσιον φασι βάμμα λέγεσθαι ἐκ τῶν ἀπὸ πυρὸς ἰχθύων. ἰδίως Θασίαν ἐκάλουν. κρατήσει δὲ εἰς τὴν Θασίαν ἅλμην. οἱ δὲ τὴν λεγομένην θερμοπό-*

τιδα. Quae ita corrigo: ὃ ἰδίως Θασίαν ἅλμην ἐκάλουν. Κρατῖνος· Εἶδες τὴν Θασίαν ἅλμην. Quod non vidit Lennepius Anim. ad Coluth. p. 16. — Vs. 2 ταχέως καὶ παραχρῆμα. Similiter, sed sine copula Isaeus de her. Cleon. p. 7 Rsk. εὐθὺς ἐρωτῶντος τοῦ Δεινίου παραχρῆμα. Dinarchus c. Dem. p. 66: τὴν εἰσαγγελίαν εὐθὺς παραχρῆμα ἀναιρούμενος. Quod dicendi genus ne a scholiastarum quidem sermone alienum esse docet schol. Plat. Bekk. p. 343 et Aristoph. Equ. 472. De usu adverbii παραχρῆμα a poetis fere alieno docte disseruit Naekius ad Choer. p. 215. — Vs. 3 ὁ τυφλὸς παρὰ κωφὸν λαλεῖ de iis dictum videtur, quibus non verendum erat ne maledicta, quae in alios iecerant, in ipsos regererentur. Itaque indicat quicunque haec dicit, graviter ulturum esse Archilochum illatas sibi iniurias.

IV.

Ἔνθα Διὸς μεγάλου θᾶκος πεσσοί τε καλοῦνται.

Suidas vol. I p. 605. Διὸς ψῆφος: οὕτως καλεῖται (Kusterus τόπος addit) ἐν ᾧ Ἀθηνᾶ καὶ Ποσειδῶν ἐκρίθησαν. Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις· Ἔνθα Διὸς μεγάλου θῶκος πεσσοί τε καλοῦνται. ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ διεκρίθησαν Διὸς ψῆφος καλεῖται· τάττεται δ' ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἱερῶν καὶ ἀθίκτων. Eundem Cratini versum ex scholiasta Platonis inedito produxit Siebenkeesius apud Harlesium Bibl. gr. II p. 431, ubi pro θῶκος scriptum est θᾶκοι, quam formam non poetis tantum atticis, ut Blomfieldius gloss. Aesch. Prom. 288 putabat, sed etiam vulgari consuetudine receptam fuisse docet Schol. Aristoph. Nub. 95: βουλευτήριον ἢ σύνοδός τις καὶ θᾶκος σοφῶν· θᾶκος δὲ καλεῖται ὁ τόπος ἀττικῶς ἔνθα πολλοὶ συνέρχονται σκεψόμενοι. Ac habent idem illud θᾶκοι Suidae codices, unde recepit Bernhardius. Eundem Cratini locum respexit Hesychius vol. I p. 1004: Διὸς θᾶκοι καὶ πεσσοί: τινὲς γράφουσι ψῆφοι. Ubi qui ψῆφοι scripsisse dicuntur, ambiguum videri potest utrum id pro θᾶκοι an pro πεσσοὶ intulisse existimandi sint. Caussa

autem mutationis haud dubie haec fuit, quod ipsum illum locum in arce Athenarum a Cratino significatum esse putabant, in quo Minervae cum Neptuno de Atticae terrae possessione disceptantis caussam Iuppiter suffragio suo adiuvisse credebatur. V. Hesych. l. l. *φασὶ δὲ ἐν τῇ τῶν Ἀθηνῶν διαψηφίσει, ὅτε ἠμφισβήτει Ἀθηνᾶ καὶ Ποσειδῶν, τὴν Ἀθηνᾶν Διὸς δεηθῆναι ὑπὲρ αὐτῆς τὴν ψῆφον ἐνεγκεῖν.* Certaminis huius frequens memoria, sed de Iovis calculo unus, si recte memini, tradidit Hesychius. Eidem loco *πεσσοὶ* nomen inditum fuit, quod illic Iovem talis lusisse ferebant. Cfr. schol. Eurip. Med. 68 *πεσσοὺς τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν.* Ubi Cratini locum adscripsit Elmsleius. Eodem modo etiam *ψῆφος Διὸς* de loco intelligendum est, ubi Iuppiter suffragium dederat. Plane ita Euripides Iph. Taur. 943 *ψῆφον παρ' αὐτὴν ἱερὸν ὡρίσαντ' ἔχειν.* Pro *καλοῦνται* Sopingius ad Hesychii locum habet *καλεῦνται*, quod si codicis fide munitum esset, haud cunctanter probarem. Ceterum eundem verbi *καλεῖν* usum habemus iam apud Homerum Iliad. XI 757: *πέτρης τ' Ὠλενίης καὶ Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη κέκληται.* Sophocles Oed. Tyr. 1154: *ἔνθα κλῄζεται οὑμὸς Κιθαιρών.* Trachin. 648: *ἔνθα Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες καλεῦνται.* Cfr. Schaeferus ad Gregor. Cor. p. 986. Ex eodem usu explicandus videtur versus Empedoclis apud Stobaeum Ecl. phys. vol. II p. 1026: *τῇτε νόημα μάλιστα κικλήσκεται ἀνθρώποισιν*, *ubi ea habitat quam mentem dicunt mortales.* Barbarum enim, certe insolens est, quod pro *κικλήσκεται* Heerenius substituit, *κυκλίσκεται.*

V.

Ἡ μὲν δὴ πίννῃσι καὶ ὀστρείοισιν ὁμοίη.

Athenaeus III p. 88 e: *τῶν δὲ πιννῶν μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις· Ἡ μὲν δὴ κτλ.* Idem III p. 92 e: *ὄστρεια δὲ μόνον οὕτως ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις „πίννῃσι καὶ ὀστρείοισιν ὁμοίη.“* Legebatur *ἡ μὲν σηπίῃσι*, quod ex nostra emendatione correxit Dindorfius.

VI.

Δωδωναίῳ κυνὶ βωλοκόπῳ τίτθῃ γεράνῳ προσεοικώς.

Stephanus Byz. s. v. *Δωδώνη* p. 323: *Δωδωναῖος* — *καὶ Ὅμηρος, Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε. καὶ Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις· Δωδωναίῳ κυνὶ κτλ.* Heringa Observ. 27 p. 233 corrigebat *βωμολόχῳ, τίτθῃ, γεράνῳ προσέοικας.* Quod non magis intelligo quam quod coniecit Emsleius Edinb. Rev. t. XVII p. 388: *βωμοκλόπῳ τίτθῃ γεραιᾷ προσεοικώς.* Denique C. G. Lucas Spec. Observ. in Crat. p. 15 tentabat:

Δωδωναίῳ
κίονι, βωλοκόπῳ, τίτθῃ, γεράνῳ προσεοικώς,

loco ad dactylicos hexametros revocato. Quibus verbis ille hominem importune clamosum significari sibi persuasit. Sed ut de ceteris taceam, non columna sonitum edebat, sed ahenum columnae impositum.

VII.

Ἤδη δέλφακες, χοῖροι δὲ τοῖσιν ἄλλοις.

Athenaeus IX p. 375 a: *περὶ δὲ τῆς ἡλικίας τοῦ ζῴου Κρατῖνός φησιν ἐν Ἀρχιλόχοις Ἤδη δέλφακες κτλ.* Initio versus excidisse videtur *ἡμῖν μὲν* vel *ἐμοὶ μὲν* vel simile quid. Sensum loci fortasse recte indicavit Dobraeus Advers. II p. 321: „exoletos quosdam dicit. Martialis: *vir aliis, — puer — mihi.*"

VIII.

Ὠμολίνοις κόμη βρύουσ', ἀτιμίας πλέως.

Athenaeus IX p. 410 d: *ὠμολίνου δὲ μέμνηται Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις· Ὠμολίνοις — πλέως. Σαπφὼ δ' ὅταν λέγῃ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν μελῶν πρὸς τὴν Ἀφροδίτην „Χειρόμακτρα δὲ καγγόνων πορφυρᾶ, καὶ ταῦτα μὲν ἀτιμάσεις ἔπεμψ' ἀπὺ Φωκάας δῶρα τίμια καγγόνων" κόσμον λέγει κεφαλῆς τὰ χειρόμακτρα, ὡς καὶ Ἑκαταῖος δηλοῖ ἢ*

ὁ γεγραφὼς τὰς περιηγήσεις ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐπιγραφομένῃ „Γυναῖκες δ᾽ ἐπὶ κεφαλῆς ἔχουσι χειρόμακτρα." Pollux X 64: καὶ ὠμόλινον, οὐ Κρατίνου μόνον εἰπόντος τὸ ὠμόλινον, ἀλλὰ καὶ Αἰσχύλου ἐν Προμηθεῖ πυρκαεῖ· Λινᾶ δὲ πίσσα κὠμολίνου μακροὶ τόνοι. In Cratini versu pro πλέως, quod genere feminino dici non potest, legendum πλέῳς, id ut cum ὠμολίνοις coniungatur. Metrum Th. Bergkio Comm. p. 27 ita restitui posse videbatur:

ὠμολίνοις κόμη βρύουσ᾽ οὖσ᾽ ἀτιμίας πλέως,

vel admisso hiatu, ut sit versus asynartetus:

ὠμολίνοις κόμη βρύει, οὖσ᾽ ἀτιμίας πλέως.

Hanc metri speciem si volumus, aliquanto probabilius scribas:

ὠμολίνοις κόμη βρυάζουσ᾽ ἀτιμίας πλέῳς.

Sed displicet etiam κόμη, pro quo *caput* potius linteis involutum expectes. Itaque nescio an ita scripserit Cratinus:

ὠμολίνοις κόρη βρυάζουσ᾽ ἀτιμίας πλέῳς.

Puella linteis squalore obsitis involuta. In his βρυάζουσα rei accommodatissimum esse docet locus Duridis Samii apud Schol. Euripidis Hec. 915: καὶ τοῖς μὲν ἀνδράσι ποδήρεις ἦσαν οἱ χιτῶνες, αἱ δὲ γυναῖκες ἐβρύαζον ταῖς Δωρίαις στολαῖς. Ὠμόλινα autem, quae proprie lintea sunt ex crudo nec macerato lino confecta, Salmas. ad Solin. p. 538, iam non de capitis ornamentis intelligenda sunt, sed corporis velamenta significant, ut apud Iesum Sirach. XL 4: φοροῦντος ὑάκινθον καὶ στέφανον καὶ ἕως περιβαλλομένου ὠμόλινον. Neque aliter χειρόμακτρα in Sapphonis loco accipienda esse mihi persuasit Nevius Fragm. Sapph. p. 51. Sed de metro etiam haec via iniri potest ut scribatur:

ὠμολίνοισι κόρη βρύουσ᾽ ἀτιμίας πλέῳς.

Ex quo genere est versus Archilochi apud Hephaest. p. 90 12:

ἀλλά μ᾽ ὁ λυσιμελής, ὦταῖρε, δάμναται πόθος.

Ceterum suspicor squalidam illam puellam figurate de aemuli poetae fabula, quae Cratino primum fortasse praemium praeripuerat, intelligendam esse.

IX.

Ἐρασμονίδη Βάθιππε τῶν ἀωρολείων.

Hephaestio 15 p. 88 de asynarteto Archilochio disserens, cuius hoc exemplum ponit: *Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον. Κρατῖνος δὲ ὅταν λέγῃ ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις „Ἐρασμονίδη Βάθιππε τῶν ἀωρολείων" τοῦτο τὸ μέτρον ἀγνοεῖ, ὅτι οὐκ ἄντικρυς μιμεῖται τοῦ Ἀρχιλόχου τὸ Ἐρασμονίδη. Ἀωρολείους* in Cratini verbis scholiasta Hephaestionis explicat *τοὺς ἔξω ὥρας λειουμένους οἷον ἐν γήρᾳ καλλωπιζομένους*, ut fere Lexicon Bekkeri Anecdot. p. 476 *Ἀωρόλειος: ὁ παρὰ τὴν ὥραν καὶ ἡλικίαν λειαινόμενος* Atque hoc fere sensu dixit Aelianus H. A. XIII 27: *μειρακίου γε μὴν δεομένου ἐπὶ μήκιστον τριχῶν ἀπορίας τῶν ἐπὶ τοῦ γενείου, αἷμα ἐπιχρισθὲν θύννου τὸ μειράκιον ἐνεργάζεται.* Quem locum adscripsit Toupius Add. ad Theocr. V 92. Cfr. Iunius de Coma p. 587. Genitivus non pendere videtur a verbo, quod in sequentibus Cratinus posuerit, sed eodem modo intelligendus est, quo dixit v. c. Philetaerus apud Athenaeum X p. 416 f: *ὁρῶ γὰρ τῶν φίλων προσιόντα μοι Λάμιππον* . Denique Erasmonidis nomine neque Archilochus Charilaum, neque Cratinus Bathippum dixit quod uterque Erasmonide patre usus fuerit; sed patronymicum illud ut multa alia *ἐπιτεθικῶς* interpretandum, quasi dicas *venustulum*. Habent enim talia fere ironiae et ludibrii colorem. V. egregiam annotationem Lobeckii ad Soph. Aiac. p. 299. Ex eodem genere est Plautinus ille *Bombomachides Clutinstaridysarchides* Mil. Glor. I 1 14 et anonymi poetae *ζητα̣ρετησιάδης* in Brunckii Anal. III p. 173 et Alcaei comici *εἰδομαλίδης* apud Eustath. ad Hom. p. 1571 45. Idem dicendi genus attigit Th. Bergkius Comment. p. 9, sed pleraque iam occupavit Lobeckius.

X.

Photius Lex. p. 29 1: *Εὕδοντι δ' αἱρεῖ κύρτος: παροιμία· καθεύδουσι γὰρ καθέντες τοὺς κύρτους. παρὰ τοῦτο*

ἐποίησε Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις· εὕδοντι δ᾽ αἱρεῖ πρωκτός. Hesychius vol. I p. 1496: εὕδοντι δ᾽ αἱρεῖ πρωκτός: παροιμία ἀπὸ τοῦ „εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ." λέγουσι δὲ ὅτι, ὅταν τοὺς κύρτους καθῶσιν, αὐτοὶ δὲ (leg. μὲν) καθεύδουσιν, ὁ δὲ κύρτος αἱρεῖ τοὺς ἰχθῦς. Κρατῖνος Ἀντιλέγω (sic). Proverbia Bodl. 429 p. 50: εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ: ἐπὶ τῶν ἐργασαμένων ἐπιτυχῶς, ἐπεὶ συμβαίνει καὶ κοιμωμένων ἁλιέων εἰσιέναι τοὺς ἰχθύας εἰς τοὺς κύρτους. Κρατῖνος ἐπὶ τὸ γελοιότερον ταῦτα μετέθηκεν, εὕδοντι πρωκτὸς αἱρεῖ. Acerbissime autem Cratinus haec dixisse videtur de exoleto quodam, cui sua sponte et nullo suo cum labore plurimi amatores obtigerant. De proverbio εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ dixit Schottus ad Zenob. IV 8. Cfr. Oppiani Hal. III 86 et Plat. Legg. VII p. 823 e.

XI.

Photius Lex. p. 498 10: Σαμιακὸν τρόπον: Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις· εἰσαμιαν (sic) ἐπισκώπτων μιννύω ναυσὶ γὰρ ἐμφερεῖς εἶχε τὰς πρώρας τὰ τῶν Σαμίων πλοῖα. Scholia ad Aristophanis Pac. 143: καὶ σωμικὸν τρόπος τρόπων φησὶ Κρατῖνος. Scribendum καὶ Σαμιακὸν τρόπον φησὶ Κρατῖνος. Quod vidit nunc etiam Th. Bergkius Comment. p. 29. Idem Photii verba ita corrigebat: Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις εἰς συανίαν (voluit ὑηνίαν vel ὑωδίαν) ἐπισκώπτων Μένωνα (vel Μένιππον)· ὑσὶ γὰρ κτλ. Postrema verissime; atque ita iam Naekius ad Choer. p. 156. qui priora ita constituit, Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις εἰς ὑν Σαμίαν ἐπισκώπτων. In literis μιννύω να quin hominis nomen lateat, cuius vel spurcitiem vel oris turpitudinem Cratinus notare voluit, non dubitari potest; sed quale illud sit non liquet. Cogitabam de Σίμωνα, cuius fraudes et periuria exagitat Aristoph. Nub. 350. 398. Possis etiam Μέμνονα. Etymol. M. p. 736, 46: Σύους (Σύας) τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς ἔλεγον καὶ τοὺς Παναιτίου καὶ Μέμνονος, εἰς ὑηνίαν κωμῳδοῦντες. Idem Dobraeo in mentem venit Advers. I p. 608. qui etiam Ἀμυνίαν tentabat. De proris Samiacarum navium ad suillorum

rostrorum similitudinem effictis praeter alios testis est versus ab Hesychio s. v. *Σαμιακὸν τρόπον* laudatus,

νηῦς δέ τις ὠκύπορος Σαμίη, συὸς εἶδος ἔχουσα,

quem praeclaro acumine Choerilo vindicavit Naekius l. l. p. 157.

XII.

Harpocrat. Lex. p. 100 22: *ἐλέγετο δὲ κυρίως* ἰ θ ύ φ α λ λ ο ς *τὸ ἐντεταμένον αἰδοῖον, ὡς Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις.*

XIII.

Scholiasta ad Luciani Iovem trag. vol. II p. 696: *ὁ μὲν Καλλίας οὗτος, ὡς Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις φησίν, Ἱππονίκου υἱὸς ἦν, τὸν δῆμον Μελιτεύς, ὡς Ἀριστοφάνης Ὥραις, πλούσιος καὶ πασχητιῶν καὶ ὑπὸ πορνιδίων διαφορούμενος καὶ κόλακας τρέφων.* ε ἰ ς *δὲ* σ τ ι γ μ α τ ί α ν *αὐτὸν Κρατῖνος κωμῳδεῖ ὡς ἕνα τῶν κατάχρεων.* et paucis interiectis: *κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν Κρατῖνος καὶ* ὡ ς Φ ώ κ ο υ γ υ ν α ῖ κ α μ ο ι χ ε ύ σ α ν τ α κ α ὶ τ ρ ί α τ ά λ α ν τ α δ ό ν τ α ε ἰ ς τ ὸ μ ὴ κ ρ ι θ ῆ ν α ι. In his quae de Calliae aere alieno et adulteriis traduntur, non cadunt in Calliam eum, quem Cratinus in Archilochis commemoraverat. V. quae infra dixi ad Fragm. inc. fab. CXL.

XIV.

Scholiasta ad Luciani Alex. 4 p. 66: *οὗτοι (Κέρκωπες) ἐν Βοιωτίᾳ διέτριβον Οἰχαλιεῖς ὄντες γένος Σίλλος καὶ Τρίβαλλος ὀνομαζόμενοι, ἐπίορκοι καὶ ἀργοί· ἀπ᾽ αὐτῶν καὶ τὸ παροιμιαζόμενον Κερκώπων ἀγορά. ἀπελιθώθησαν δ᾽ οὗτοι.* Haec insigni additamento e cod. Vindob. auxit I. H. Chr. Schubartus, in quo inter *ἐπίορκοι καὶ ἀργοί* et reliqua insertum legitur hoc: *ὡς Κρατῖνος Ἀρχιλόχος* (sic) *καὶ Διότιμος σύλλοι τε τριβαλλοί τε δύο βαρυδαίμονες ἄνδρες.* Ad Cratini Archilochos haec referenda esse post Schneidewinum vidit Th. Bergkius Comment. p. 24. In Diotimi versu verba *σύλλοι* et *τριβαλλοί*, ex superioribus temere repetita, ge-

sulna nomina *Ὦλος* et *Εὐρύβατος* expulerunt. Locus a Suida servatus hic est:

Κέρκωπες, τοὶ πολλὰ κατὰ τριόδους πατέοντες
Βοιωτῶν σίνοντο· γένος δ' ἔσαν Οἰχαλιῆες,
Ὦλός τ' Εὐρύβατός τε δύω βαρυδαίμονες ἄνδρες.

Copiose de his disseruit Lobeckius Aglaoph. p. 1297, quem fugit, quod monuit Iacobs. Anth. III 3 p. 888, Diotimi versus ex Heraclea ab Athen. XIII p. 601 d. laudata petitos esse. Ceterum haud male suspicatus est Bergkius Cercopas, quorum alia ab aliis nomina traduntur (v. Lobeck. Aglaoph. p. 1306), a Cratino vocatos fuisse *Sillum* et *Triballum*.

De aliis fragmentis quae ad Archilochos referri posse videntur, dixi infra in Incertis XXXIV. LI. LII. De argumento Archilochorum nihil habeo quod pro certo definiam. Quod enim olim suspicatus sum, Archilochum et Archilochi imitatores hac in fabula exagitatos esse, id ipse dudum repudiavi, Cfr. Hist. crit. p. 53. Illud unum intelligitur e fragmentis, non solum Archilocho sed etiam Homero et Hesiodo aliisque poetis magnas in hac fabula partes fuisse impositas. Videtur autem Cratinus rem ita instituisse, ut ipsi illi poetae acriter inter se decertarent acerbisque dicteriis sese proscinderent. V. Fragm. III. Atque hinc etiam fabulae nomen explicandum videtur. Nam quum Archilochus unus omnium maledicentissimus poeta haberetur, nomen eius etiam ad ceteros poetas transtulisse videtur Cratinus, ut qui Archilochi maledicentiam aemulati acerrimis se invicem pungerent aculeis. Hoc autem quo consilio poeta fecerit ignoramus: non lusus iocique caussa fecisse, ut indecoram altercantium poetarum imaginem exhiberet, Cratinei ingenii magnitudo et severitas fidem facit. Aliam viam ingressus est nuper Th. Bergkius noster Comment. p. 4 sq. Is enim istos Archilochos, ex quibus chorum constitisse putat, acerborum censorum partes sustinuisse existimat, qui validis et vibrantibus sententiis vitia quaedam satis gravia exagitaverint.

Ceterum fabulam circa Olymp. LXXXII 4 in certamen commissam esse, ex primo fragmento, in quo Metrobius de

obitu Cimonis conqueritur, probabiliter effecit Clintonus Fast. Hell. ed. Krüg. p. 53. Obiit autem Cimon eiusdem Olympiadis anno tertio.

ΒΟΥΚΟΛΟΙ.

I.

Hesychius, *Πυρπερέγχει: Κρατῖνος ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε περὶ* (cod. *πὲ*) *τοῦ ἄρχοντος ἔστιν οὗ ᾔτήρει.* Verissime haec Casaubonus ad Athenaeum XIV p. 638 f ita correxit, *Πῦρ πῦρ ἔγχει: Κρατῖνος — χορὸν ἔλαβε παρὰ τοῦ ἄρχοντος παρ' οὗ ᾔτήκει.* Quod fugit Th. Bergkium Comment. p. 31 qui easdem corruptissimis verbis correctiones adhibuit, nisi quod *πῦρ πυρὶ ἔγχει* scripsit. Sed legitimam et constantem huius dictionis formam esse *πῦρ ἐπὶ πῦρ*, docent glossae Zenobii V 69, Diogeniani VI 71 et Prov. Bodl. 767, quibus adde Aristot. Probl. IV 28: *συμβαίνει γὰρ πῦρ ἐπὶ πῦρ φέρειν*, et quae congessit Boissonadius ad Aristoph. fragm. p. 170 Dind. et Wyttenb. ad Plutarchi Mor. p. 61 a. Apud Photium Lex. p. 476 15. *Πῦρ ἐπὶ πυρί: παροιμία ἧς μέμνηται καὶ Πλάτων*, quo loco utitur Bergkius, male scriptum esse *πυρί*, docet locus Platonicus de Legg. p. 666 A. His igitur verbis *πῦρ ἐπὶ πῦρ ἔγχει* fortasse Cratinus carmen choricum exorsus est, quo archontem, qui ipsi chorum denegaverat, gravissime ulcisceretur. Sed quum illo proverbio *igni ignem addere* nihil aliud significetur quam *malum malis augere*, nescio an Casauboni ratio praeferenda sit, *πῦρ πῦρ ἔγχει* Cratinum scripsisse suspicantis, quibus verbis illatas iniurias acerrima vindicta ulciscendas esse significatur. Dithyrambum autem illud carmen vocavit Hesychius, quoniam et sententiarum fervore ardebat et numeris ferebatur concitatissimis. Ad eundem archontem etiam sequens fragmentum spectare iam Casaubonus indicavit.

II.

Ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορόν,
τῷ Κλεομάχῳ δ', ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ
ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

Athenaeus XIV p. 638 d: Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους ποιήσας Πτωχοὺς Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιαγράφου τῆς ἱλαρᾶς μούσης. Iam sequuntur Chionidis Eupolidis et Cratini ex Malthacis testimonia de eodem illo Gnesippo. Quibus appositis ita pergit: Σκώπτει δὲ αὐτὸν εἰς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βουκόλοις Ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι — εἰς Ἀδώνια. ἐν δὲ ταῖς Ὥραις

Ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
ὁ Κλεόμαχος διδάσκαλος, παρατιλτριῶν
ἔχων χορὸν Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη
πονηρά.

Τηλεκλείδης δ' ἐν τοῖς Στερροῖς καὶ περὶ μοιχείας ἀναστρέφεσθαί φησιν αὐτόν. Apertum est Cratini ex Bubulcis versus de eodem archonte intelligendos esse, de cuius iniuria superiore fragmento conquestus est. Versu primo Σοφοκλέει pro librorum lectione Σοφοκλεῖ ex nostra emendatione (Cur. crit. p. 70) edidit Dindorfius. Sed hoc leve est prae eo quod Athenaeus, quum de Gnesippo agere instituerit, subito ad Cleomachum delabitur. Ea res commovit Casaubonum ut ante σκώπτει δὲ αὐτὸν etc. lacunam indicaret, in quo obsequentem habuit Dindorfium. Ac sane commemoratur Cleomachus quidam Ionicorum poematum auctor ab Hephaestione XI p. 62: καὶ δίμετρον ἀκατάληκτον, τὸ καλούμενον Κλεομάχειον, ἐν ᾧ καὶ οἱ μολοσσοὶ ἐπὶ τῶν ἀρτίων χωρῶν ἐμπίπτουσιν καὶ οἱ χορίαμβοι, οἷον

Τίς τὴν ὑδρίην ὑμῶν
ἐψόφησ'. Β. ἐγὼ πίνων.

Qui sunt ipsius Cleomachi versus. Tricha de metris p. 34 item de versibus ionicis a minori disserens: δίμετρον δέ ἐστιν ἀκατάληκτον τό

χὠ παῖς πόκα πότνα σέθεν.

τοῦτο δὲ καὶ Κλεομάχειον λέγεται, ὅτι πολλῷ αὐτῷ ὁ ποιητὴς Κλεόμαχος χρῆται. Allatus versus num Cleomachi sit dubitare licet. Cfr. praeterea Plotius de metris p. 2659. Eundem etiam trochaicis pentametris usum esse indicat scholiastes Hephaest. VI p. 35, ubi ad Hephaestionis verba: οἷόν ἐστι καὶ τὸ Καλλιμάχου·

ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ' οἰνηρῆς Χίου,

haec adscripta leguntur: τροχαϊκὸν πεντάμετρον καταληκτικόν, τὸ καλούμενον Κλεομάχειον, ποδῶν ἁπλῶν θ' καὶ μιᾶς συλλαβῆς. Sed hoc loco fortasse Καλλιμάχειον scribendum est. Cleomachus autem ille initio pugil fuerat ac postea demum, in pueri amorem effusus, ad poesin sese contulerat. Tricha l. l. πύκτης μὲν πρότερον, ὥς φασιν, ἦν, ἐρασθεὶς δέ τινος νέου τὴν ποιητικὴν μετεχειρίσατο. Quae ne quis temere ficta dicat, eadem copiosius traduntur a Strabone XIV p. 648, ex quo Cleomachum patria Magnetem fuisse intelligitur. Disserit autem Strabo de viris illustribus Magnesia oriundis, et commemoratis Hegesia et Simo ita pergit: καὶ Κλεόμαχος ὁ πύκτης, ὃς εἰς ἔρωτα ἐμπεσὼν κιναίδου τινὸς καὶ παιδίσκης ὑπὸ κιναίδῳ τρεφομένης, ἀπεμιμήσατο τὴν ἀγωγὴν τῶν παρὰ τοῖς κιναίδοις διαλέκτων καὶ τῆς ἠθοποιΐας. Certum igitur est, de quo a nonnullis dubitatum esse video, fuisse olim poetam Cleomachum, eumque talium auctorem poematum, qualia fere describuntur a Cratino in Horis. Sed cum Cleomachus iste Magnesius longo post Cratinum tempore vixisse videatur (solet enim Strabo in commemorandis urbium vel provinciarum viris illustribus fere temporum ordinem sequi), et cum in Cratini loco ex Horis allato libros conspirare videam in lectione ὁ Κλεομάχου, quam Casaubonus praeeunte Dalecampio in ὁ Κλεόμαχος mutavit, non dubitari potest quin recte Dobraeus ad Aristoph. Ran. 1337 etiam in Bubulcis Cratini restituerit τῷ Κλεομάχου. *) Ita igitur Gnesippus Cleomachi

*) Idem nuper proposuit Th. Bergkius Comment. p. 33.

filius fuerit. *) Quod enim Dobraeus scripsit „ut scilicet Cleomenes fuerit Cleomachi filius" haud dubie calami errore factum est. Unum quod dubitationem movere et Casauboni in Athenaei loco aliquid excidisse statuentis opinionem commendare possit hoc est, quod Gnesippus, quem Athenaeus *παιγνιαγράφον τῆς ἱλαρᾶς μούσης* vocat, quique a Chionide et Helotarum auctore (Eupol. Helot. Fragm. III) propter petulantem carminum lasciviam acerrime exagitatur, a Cratino ita commemoratur, ut tragicus poeta fuisse videri possit. Sed primum ex eo quod cum Sophocle componitur nequaquam sequitur, ut idem poesios genus eum coluisse credamus. Sophocli, inquit, tragicorum principi chorum denegavit, Cleomachi autem filio, lyricorum poetarum futilissimo, quem ne Adoniis quidem, contemptissimo festo, chorodidascalum mihi esse velim, denegavit. At in Horis, inquies, diserte appellatur *τραγῳδίας διδάσκαλος.* Fateor; sed quis praestet non ludibrii causa haec dici, et hunc illius loci sensum esse: eat item Cleomachus et cum libidinosis suis perditisque choreutis tragoedias actitet! Denique ne illud quidem plane negligendum est, Athenaeum dicere, *σκώπτει δὲ αὐτὸν εἰς τὰ ποιήματα,* non *εἰς τὰς τραγῳδίας.*

III.

Καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν σκιαμαχῶν * * *
* * * * * *ἀποκτίννυσι ταῖς ἀπειλαῖς.*

Anecd. Bekkeri p. 429 23. *Ἀποκτίννυσιν: ἀποκτίννυσι λέγουσι μᾶλλον ἢ ἀποκτιννύει. Κρατῖνος Βουκόλοις· Καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν κτλ.* Eadem habet Suidas s. v. *ἀποκτιννύναι.* Versuum reliquias exhibui ut divisae leguntur

*) Huius Cleomachi fortasse nepos fuit Cleomachus tragicus actor, de quo schol. Aristoph. Eccles. 22: *γράφεται Κλεόμαχος* (pro *Σφυρόμαχος*). *καὶ φασὶ Κλεόμαχον τραγικὸν ὑποκριτήν. οὗτος φαίνεται ὑποκρινόμενός ποτε εἰρηκέναι τι ἐν δράματι καὶ ἐσκώφθη διὰ τὸ κακέμφατον.*

Τούτοισι δ' ἐξόπισθ' ἴτω φέρων δίφρον Λυκοῦργος ἔχων καλάσιριν.

Sed praestare videtur Hermanni ratio Opusc. V p. 296, qui lenissima mutatione metrum Archilochium restituit. Id igitur recepi. Videtur autem pompa describi ludendi caussa Panathenaicae assimulata, in qua virginis διφροφόρου partes subire iubetur Lycurgus. De illis διφροφόροις, in pompa Panathenaica canephoros subsequentibus, nota sunt omnia. Eligebantur autem ex filiabus inquilinorum; atque hinc est quod Lycurgus, cuius peregrina origo notatur, διφροφόρου vicibus fungi iubetur: nihil tamen impedit quo minus idem ad effeminatos hominis mores referatur, quod voluit Bergkius. Ad eiusdem peregrinitatis notationem spectat etiam hoc quod calasiride, veste Aegyptiaca (Herod. II 81. Poll. VII 71), indutus conspicitur. Aegyptum enim Lycurgi patriam fuisse habitam, praeter Aristophanem l. l. docet Pherecrates Agriis Aegyptios Lycurgi πατρώτας appellans. Alios tamen illam originationem ad hominis πονηρίαν traxisse docent scholiastae verba: διαβάλλει δ' αὐτὸν ἢ ὡς ξένον ἢ ὡς πονηρόν. Αἰγυπτιάζειν enim idem fere quod πονηρεύεσθαι. Valcken. ad Theocr. Adon. p. 357. Nequeo autem hoc loco silentio praetermittere Th. Bergkii opinionem, qui Lycurgo huic nostro, quem Eteobutadarum familiae adscribit *), ideo Aegyptiacam originem probro datam existimat, quod Eteobutadae, Erichtonii posteri, generis sui origines ex Aegypto repetiverint; Aegyptios autem in Attica terra sedes cepisse memoriae prodi a Theopompo apud Euseb. Pr. Ev. X 10. Spectant haec ad personati Theopompi Tricaranum, librum mendaciorum feracissimum, de quo dixi Hist. crit. p. 243. Eteobutadas autem Aegyptiacam sibi tribuisse originem tanto minus probabilitatis habet, quo magis Atheniensibus barbarorum odium insitum erat. Cfr. C. O. Muellerum in eximio libro de Orchom. p. 107 et I. H. Vossium Antisymb. I p. 427 sqq.

*) Putat enim Lycurgum oratorem nobilissimum huius Lycurgi nepotem fuisse.

II.

Scholiastes Ven. Aristoph. Vesp. 542: *Παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλοὺς ἔχοντες ἐπόμπευον.* Et paucis interiectis: *ὁ μέντοι Δικαίαρχος ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ οὐκ οἶδα ἐξ ὅτου ποτὲ καὶ τὰς γραῦς ἐν τοῖς Παναθηναίοις ὑπειλῆφθαι (ὑπείληφε) θαλλοφορεῖν, πολλῶν ἀλλήλοις ὁμολογούντων εἶναι τοῦ* (fort. *ἐν τῷ*) *μόνους τοὺς πρεσβύτας θαλλοφορεῖν, Ξενοφῶντος μὲν ἐν τῷ Συμποσίῳ* (IV 17), *Φιλοχόρου δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ, ὅς γε καὶ τὸν κατάδοντα* (leg. *παραδόντα*) *τὸ ἔθος Ἐριχθόνιον συνίστησι* (leg. *παρίστησι*). *Μνημονεύει τοῦ ἔθους Κρατῖνος μὲν ἐν Δηλιάσιν, Φερεκράτης δὲ ἐν Ἐπιλήσμονι.* Spectant haec ad eandem pompam, de qua superius fragmentum interpretatus sum. Th. Bergkius Comment. p. 41 ad Deliorum sacrorum solennitatem rettulit, quod recte factum esse facile credam, ubi testimonia afferri videro, quae morem olivae ramos gestandi etiam in Deliaca pompa locum habuisse doceant. Interim nihil caussae video cur doctissimo scholii illius auctori fides denegetur.

III. IV.

Ἵνα σιωπῇ τῆς τέχνης ῥάζωσι τὸν λοιπὸν χρόνον.
Ἔρραζε πρὸς τὴν γῆν, ὁ δ' ἠσκάριζε κἀπέπαρδεν.

Photius Lex. p. 481 13. *Ῥάζειν καὶ ῥύζειν: τὸ ὑλακτεῖν — ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τοὺς πικραινομένους καὶ σκαιολογοῦντας μετηνέχθη· Κρατῖνος Δηλιάσιν Ἵνα — χρόνον, καὶ ἑξῆς Ἔρραζε κτλ.* Eadem Suidas, nisi quod ibi minus recte *ῥαζεῖν* et *ῥυζεῖν* scribitur. Priora, quae Toupius Emend. II p. 129 vertit *silentio arti imposito*, vix sana sunt. Versu secundo legebatur *ὁ δὲ σκαρίζει κατέπαρδε*, et pro ultima voce apud Suidam *καὶ πέπορδε*. Correxit Porsonus Miscell. p. 377. Th. Bergkius Comment. p. 45 malebat, *κἆτ' ἔπαρδε*. Recte etiam Porsonus *ἠσκάριζε*, allato Photio p. 76 16: *ἠσκάριζεν ἀντὶ τοῦ ἤσπαιρε.* Idem iam commendaverat

Piersonus ad Moerin p. 86. Praeterea Th. Bergkius verba ita distinxit, *Ἔρραζε· πρὸς τὴν γῆν δ' ὅδ' ἠσκάριζε κᾆτ' ἔπαρδεν.* Utrum praestet hodie diiudicari vix potest.

V.

Ὑπερβορέους αἴθρια τιμῶντας στέφη.

Hesychius, *Αἴθρια: Κρατῖνος Ἰλιάσιν Ὑπερβορείους αἴθρια τιμῶντας στέφη. τὰ γὰρ Ὑπερβορέων ἱερὰ κατά τινα πάτριον ἁγιστείαν οὐχ ὑπὸ στέγην ἀλλ' ὑπ' αἴθριον διαφυλάττεται.* Ita Musurus. Codex *Κρατῖνος Ἡλιᾶσιν* (vel *Ἰλιᾶσιν*) *ὑπερμορίους αἴθριαι τιμῶντας στέφη.* Phavorinus, *Αἴθρια στέφη. Κρατῖνος Ἰλιάσιν· Ὑπερβορείους αἴθρια τιμῶντας στέφη.* Recte corrigunt *Δηλιάσιν.* In Cratini versu utrum *Ὑπερβορείους* an *Ὑπερβορέους* scribendum sit dubitari potest. Priorem formam tuetur Hellanici exemplum. Stephanus Byz. p. 728: *Ἑλλάνικος δὲ Ὑπερβόρειοι γράφει διὰ διφθόγγου.* Cfr. Lobeckii Paral. gramm. p. 220. Sed dactylus in medio versu nonnihil offensionis habet. Scribendum igitur fortasse:

Ὑπερβορέους αἴθρεια τιμῶντας στέφη.

Nisi malis inverso verborum ordine *τιμῶντας αἴθρια*, ut voluit Th. Bergkius Comment. p. 44. Formam *ὑπαίθρειος* sive *ὑπαίθριος* penultima producta Sophocli Antig. 357 restituebat Boeckhius Comment. Acad. Boruss. 1828 p. 96. Substantivum *αἰθρία* penultima longa dixerunt Cratinus Drapet. Fragm. IV. Arist. Nub. 370 et Solon Eleg. IV 22, sed media syllaba in thesi posita, quod secus est in eo de quo nos agimus versu et in loco Sophocleo, in quo nihil certum. Itaque praestat fortasse Bergkii ratio. Ceterum respexit ad Cratini versum etiam Suidas vol. III p. 373: *Στέφος καὶ στέφη καὶ αἴθρια στέφη, τὰ ἐξ Ὑπερβορέων κομιζόμενα, ὡς ἀεὶ ἐν ὑπαίθρῳ τιθέμενα.* Has subdiviales sacrorum primitias, ab Hyperboreis Delum missas, *ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν πυρῶν καλάμῃ* vocat Herodotus IV 33 et *καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα ἀσταχύων* Callimachus Del. 283.

Sed haec attulit iam Albertus. Th. Bergkius adiicit Pausan. I 31 2.

VI.

Ἐτήσιοι γὰρ πρόσιτ' ἀεὶ πρὸς τὴν τέχνην.

Photius Lex. p. 26 18. Ἐτήσιοι: πρόσκαιροι· Ἐτήσιοι γὰρ πρόσιτ' ἀεὶ πρὸς τ. τ. Κρατῖνος Δηλιάσιν. Codex πρόσιτα εἰ. Correxit Porsonus. Quamnam autem artem dicat ignoro cum Th. Bergkio Comment. p. 45, qui dubitanter ad artem canendi refert. Cfr. Fragm. II.

VII.

Τῷ δ' ὑποτρίψας τι μέρος πνῖξον καθαρύλλως.

Athenaeus IX p. 396 b de πνικτοῖς κρεαδίοις agens: Κρατῖνος δ' ἐν Δηλιάσι Τῷ δ' ὑποτρίψας κτλ.

VIII. IX.

Εἴ τις δ' ὑμῶν κάλλει προκριθῇ.

Πρὶν παροῦσα διδάσκῃ.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 129 10: λείπει δὲ (particula ἄν) καὶ ἐν ὑποτακτικοῖς· Εἴ τις δ' ὑμῶν κάλλει προκριθῇ. καὶ πάλιν· Πρὶν παροῦσα διδάσκῃ. Κρατῖνος Δηλιάσιν. De εἰ cum coniunctivo v. Hermannum Opusc. IV p. 69. Ex Aristophane unum exemplum in promptu est Equ. 698:

εἰ μή σ' ἐκφάγω
ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι.

Quibus alter respondet:

εἰ μὴ 'κφάγῃς; ἐγὼ δέ γ' εἰ μή σ' ἐκπίω.

X.

Hesychius, Βοῦς ἐν αὐλίῳ: παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχρήστων. Κρατῖνος Δηλιάσιν. Proverbia Bodl. 261. Βοῦς

ἐν αὐλίῳ γέρων: ἐπὶ τῶν δι' ἀσθένειαν ἡσυχαζόντων. Coisl. 56. Βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθῃ: ἐπὶ τῶν ἀχρήστων. Illud κάθῃ vix credam ex Cratini loco petitum esse; ea enim forma Hyperides demum usus est. Antiattic. p. 100 32. Κάθῃ: ἀντὶ τοῦ κάθησαι. Ὑπερείδης ὑπὲρ Κρατίνου. Locum Hyperidis servavit Zonaras Lex. p. 1168.

XI.

Antiattic. p. 94 7. Ἐξ αὐτῆς: ἀντὶ τοῦ παραχρῆμα. Κρατῖνος Δηλιάσιν. Hesychius, Ἐξαυτῆς: παραυτίκα. Non memini in attico scriptore hoc adverbium legisse. Proximum qui post Cratinum eo usus est novi Aratum Dios. 641. Ex Polybio et Oppiano exempla composuit Brunckius ad Apoll. Rh. IV 984. Cfr. Lobeck ad Phryn. p. 47 et Toupius Emend. IV p. 256.

XII.

Antiattic. p. 96 14. Ἐγκυρῆσαι: ἀντὶ τοῦ ἐντυχεῖν. Κρατῖνος Δηλιάσιν. Eadem Suidas s. v. ἐγκυρῆσαι et Zonaras p. 609. Verbo ἐγκυρεῖν ex atticis scriptoribus unus praeter Cratinum usus est Sophocles Electrae vs. 852 in lyrico carmine.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΙ.

Ὅτε σὺ τοὺς καλοὺς θριάμβους ἀναρύτουσ' ἀπηχθάνου.

Suidas, Ἀναρύτειν: ἀναντλεῖν, ἀπὸ τοῦ ἐρύεσθαι. Κρατῖνος Διδασκαλίαις· Ὅτε — ἀπηχθάνου. Legebatur ἀναρύττειν et ἀναρύττουσα. Correxerunt Toupius Emend. III p. 29 et Porsonus ad Phoen. 463. Ridet nescio quam mulierculam quae hymnos cantando corruperit. Ἀναρύτειν magna cum aerumna vocem promere dixisse videtur. Similiter ἀνασπᾶν λόγους dixit Sophocles Ai. 302. De titulo fabulae, quem mihi vitii suspectum esse indicavi Hist. crit.

p. 58, novam minimeque probabilem coniecturam protulit Th. Bergkius Comment. p. 131, qui suspicatur non novam hanc esse Cratini fabulam, sed eandem illam quae *Βουκόλοι* vocatur, ut *Διδασκαλίαι* vel quod praefert, *Διδασκαλία* appellata sit propterea, quod ibi de impedimentis, quae poetae fabulam docturo obiiciebantur, comicus conquestus fuerit.

ΔΙΟΝΥΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

Quibus rationibus hanc fabulam Cratino minori vindicare conatus sim, expositum est Hist. crit. p. 57 et 413, ubi argumentum eius ad Alexandrum Pheraeum spectasse suspicatus sum. Sed quum dubia res sit et incerta, fragmenta inter ceteras Cratini maioris fabulas exhibere satius duxi.

I.

Στολὴν δὲ δὴ τίν' εἶχε; τοῦτό μοι φράσον.
B. Θύρσον, κροκωτόν, ποικίλον, καρχήσιον.

Macrobius Saturn. V 21: *nec solus Asclepiades meminit huius poculi* (*καρχήσιον* dicit), *sed et alii poetae illustres, ut Sappho — Cratinus in Διονυσαλεξάνδρῳ· Στολὴν δὲ κτλ.* Vs. 1 *τοῦτό μοι φράσον* Porsonus ad Eurip. Hec. 782. Codex *τουδομοιφρασον*, quod ab editoribus in *τοῦδ' ὁμόχροον* corruptum est. Cleanthes apud Galenum Hipp. et Plat. V p. 292: *τί ποτ' ἔσθ' ὃ βαύλει θυμέ; τοῦτό μοι φράσον.* — Vs. 2 legebatur *ποικίλον καρχήσιον*, inepto carchesii epitheto, de quo admonui Quaest. scen. I p. 25 sive Hist. crit. p. 57, ubi de *ποικίλῳ* veste Dionysiaca plura attuli. Dicitur deinde de qualibet veste variegata, ut apud Eubulum Bekkeri Anecd. p. 1189. Theocritum Id. XV 78. Fuisse autem *τὸ ποικίλον* interiorem vestem sive tunicam ex addito *κροκωτῷ* apertum est. Cfr. Callixenus Athenaei

V p. 198c, ubi Bacchi simulacrum describitur *χιτῶνα πορφυροῦν ἔχον διάπεζον καὶ ἐπ' αὐτοῦ κροκωτὸν διαφανῆ.*

II.

Ἔνεισι δ' ἐνταυθοῖ μάχαιραι κουρίδες,
αἷς κείρομεν τὰ πρόβατα καὶ τοὺς ποιμένας.

Pollux X 140: *τὰ δὲ κουρέως σκεύη, κουρίδες μάχαιραι, μαχαιρίδες. ἐν μὲν γὰρ Κρατίνου Διονυσαλεξάνδρῳ· Ἐνεῖεν ἐνταυθοῖ κτλ.* Respexit haec Phrynichus App. Soph. p. 47: *κουρίδες μάχαιραι, αἷς κείρουσι τὰ πρόβατα.* Vs. 1 vulgo *ἐνεῖεν δὲ* pro *ἔνεισι δ'*, quod reposui ex emendatione Piersoni ad Moer. p. 259. nisi quod is scripsit *ἔνεισιν ἐνταυθοῖ.* Nec male tamen Runkelius retinuit *ἐνεῖεν* omisso *δέ.* Pro *ἐνταυθοῖ* fortasse erunt qui praeferant *ἐνταυθί.* Vid. Elmsleium ad Aristoph. Acharn. 152. Cfr. Dindorfii Praef. ad Poetas scen. p. XXIX et Hermannum ad Eurip. Iphig. Taur. 984 et Aristoph. Nub. 813. Secundi versus sententiam non perspicio.

III.

Οὐ γάρ τοι σύγε πρῶτος ἄκλητος φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον
ἄνηστις.

Athenaeus II p. 47 a: *ὅτι τὸ ἄνηστις ὁ νῆστις πλεονασμῷ τοῦ ᾱ, ὡς στάχυς ἄσταχυς, παρὰ Κρατίνῳ κεῖται. Οὐ γάρ τοι σύγε πρῶτος φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον ἄνηστις,* omissa voce *ἄκλητος* et tacito fabulae nomine, quorum utrumque servavit Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 402 32. *Ἄνηστις: ἡ* (leg. *ὁ*) *νῆστις, παρὰ Κρατίνῳ ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ· Ἰοὺ γὰρ σύγε πρῶτος ἄκλητος φοιτᾷς κτλ.* et Suidas vol. I p. 207. *Ἄνηστις: ὁ* (fort. *οὐ*) *γεγευμένος. καὶ ἄνηστις ἡ* (*ὁ*) *νῆστις λίαν παρὰ Κρατίνῳ ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ· Ἰοὺ γὰρ σύγε πρῶτος ἄκλητος.* Postrema iterum apposuit Grammaticus Bekk. p. 453 27. Qui quum *τοι* omittant, fortasse ita versus scribendi sunt:

οὐ γάρ σύγε πρῶτος ἄκλητος
φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον ἄνηστις.

Eodem metri genere quo Cratinus usus est Ulix. Fragm. XIV. Sed commode retineri potest τοι, ut sit versus anapaesticus tetrameter, ex eadem fabulae parte, ex qua sequens fragmentum, petitus. Cum Athenaeo conspirat etiam Eustathius ad Iliad. ν' p. 947 17. Illud ἰοὺ apud Grammaticum Bekkeri et Suidam manifesto ex iota subscripto proximae syllabae ortum est. Πρῶτος Iacobsius App. ad Porsoni Adv. p. 302 ruente metro mutavit in πρώϊος, cuius vestigiis insistens Bernhardius coniecit πρῳ̂ τόδ'. Poterat lenius πρῷος, quamquam ne hoc quidem necessarium est.

IV.

Τῶν βδελλολαρύγγων ἀνεπαγγέλτων αὐτῷ φοιτήσας ἐπὶ δεῖπνον.

Suidas vol. I p. 197. Ἀνεπάγγελτος: ἄκλητος. Κρατῖνος Διονυσαλεξάνδρῳ Τῶν βδελλολαρύγγων κτλ. Pollux VI 2: ἄκλητοι, οὓς ἀνεπαγγέλτους Κρατῖνος καλεῖ. Phrynichus App. Soph. p. 6 10: Ἀνεπάγγελτος δειπνεῖ. ᾧ οὐδεὶς μὲν ἐπήγγειλεν, ὁ δὲ ἀφικόμενος δειπνεῖ. Hesychius, Ἀνεπάγγελτοι: οἷς οὐ παρηγγέλη ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν, ἄκλητοι. Suidae cod. A βδελλοιαρύγγων C βδελλοφαρύγγων. Hoc quidem, quamquam simillimum adiectivo ποντοφάρυξ (Phryn. Bekk. 58 33), ferri tamen non potest, quum attice non φάρυγξ φάρυγγος dicatur, sed constanter φάρυγξ φάρυγος. V. Etymol. M. p. 788 34. Pro αὐτῷ cod. A αὐτῶν. Fortasse igitur scribendum:

βδελλολαρύγγων ἀνεπαγγέλτων φοιτησάντων ἐπὶ δεῖπνον.

Ad hunc Cratini locum existimabam aliquando respexisse Clementem Alex. Paed. II p. 61 Sylb. (184 Lips.) ἀλλ' αἰσθάνομαι ὅθεν ἡ εὐπρόσωπος ἐρρύη τῶν δείπνων προσηγορία, ἀπὸ τῶν φαρύγγων καὶ φοιτητῆς ἐπὶ δείπνων, κατὰ τὸν κωμικόν. Sed videtur ille tamen alium

locum in animo habuisse. Pro ἐπὶ δείπνων scribendum videtur ἐπιδείπνων.

V.

Ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

Etymolog. M. p. 196 7. Βῆ: τὸ μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς, οὐχὶ βαὶ λέγεται Ἀττικῶς. Κρατῖνος Διονυσαλεξάνδρῳ Ὁ δ' ἠλίθιος κτλ. Eadem totidem verbis Suidas vol. I p. 430. nisi quod ibi βὴ scribitur pro βῆ et ὁ δὴ λοίσθιος pro ὁ δ' ἠλίθιος. Ex Suida sua habet Zonaras p. 387. Idem versus legitur apud Eustathium ad Iliad. ί p. 768 14: οἱ δ' αὐτοί (veteres grammatici) φασιν ὁμοίως μιμητικῶς καὶ βὴ οὐ μὴν βαί, μίμησιν προβάτων φωνῆς. Κρατῖνος Ὁδ' ἠλίθιος κτλ. et ad Odyss. μ' p. 1721 27: καὶ φέρεται παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ καὶ χρῆσις Κρατίνου τοιαύτη Ὁδ' ἠλίθιος κτλ. Hi omnes consentiunt in ea quam exhibui lectione. Porsonus tamen Praef. Hec. p. XLV Lps. anapaestum vitaturus scripsit ὡς προβάτιον, *wie ein Schaefchen*, Reisigius autem Coniect. p. 99 ὥσπερ πρόβατα, *wie Schafe*. Vides neutrum satis aptum esse. In Porsoniana coniectura displicet etiam ὡς, quod pro ὥσπερ perraro dicitur ab Atticis. Vid. Reisigii Coniect. p. 312 et Elmsleii Censuram Hecubae Porson. ed. Lips. p. 268. qui mutato verborum ordine coniiciebat ὁ δ' ἠλίθιος, βὴ βὴ λέγων, ὥσπερ πρόβατον, βαδίζει. Ceterum βῆ an βὴ balaverint atticae oves mihi incompertum est. Grammatici probarunt βῆ, ut Etymol. M. p. 78 40 τὸ βῆ, ὅπερ περισπᾶται. Eodem modo scribitur etiam apud Antiattic. p. 86 3. Βῆ: προβάτων βληχή. Ἀριστοφάνης· Θύτην μέλλει καὶ κελεύει βῆ λέγειν. Quae ita corrigenda videntur,

Θύειν με μέλλει καὶ κελεύει βῆ λέγειν.

Respicere videtur Hesychius, Βήλγει: βληχᾶται ἢ θύει. Ubi scribendum Βῆ λέγει: βληχᾶται ἢ θύεται. Nempe oves, si quis forte nesciat, cum mactantur, balare solent.

VI.

Οὐκ ἀλλὰ βόλιτα χλωρὰ κῳσπώτην πατεῖν.

Scholiastes Aristoph. Lys. 575: τοῦ ἐρίου ὁ ῥύπος οἰσπώτη λέγεται. καὶ Κρατῖνος Διονυσαλεξάνδρῳ· Οὐ καλὰ βόλβιτα χλωρὰ καὶ οἰσπώτην πατεῖν. Correxit Porsonus Adv. p. 284. Verissime, consentientibus ceteris, Phrynichus Ecl. p. 357: βόλβιτον ὀλίγοι τινὲς λέγουσι τῶν Ἀττικῶν, ἀλλὰ τούτου δοκιμώτερον τὸ βόλιτον, ubi vide Lobeckium.

VII.

Ἐν σαργανίσιν ἄξω ταρίχους Ποντικούς.

Athenaeus III p. 119 b: λέγε οὖν ἡμῖν εἰ καὶ ἀρσενικῶς ὁ τάριχος λέγεται παρ' Ἀττικοῖς. παρὰ γὰρ Ἐπιχάρμῳ οἴδαμεν. Ὃν ζητοῦντα προφθάσας ὁ Μυρτίλος ἔφη, Κρατῖνος μὲν ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ· Ἐν σαργανίσιν ἄξω κτλ. Vulgo σαργανοῖσιν. C σαργάνοισιν. Correxit Porsonus Adv. p. 67. Schweighaeuserus edidit σαργάναις. Pollux VI 48: καὶ οὐδετέρως μὲν τὸ τάριχος οἱ Ἀττικοί. Ἴωνες δὲ καὶ Δωριεῖς καὶ τινὲς τῶν Ἀττικῶν ἀρσενικῶς, ὡς ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ Κρατῖνος. ὁ δὲ ταρίχους Ποντικούς. Quae ita corrige, Κρατῖνος οἶδε ταρίχους Ποντικούς.

VIII.

Νακότιλτος ὡσπερεὶ κωδάριον ἐφαινόμην.

Pollux VII 28: [τὸ δὲ ὄνομα ὁ νακοτίλτης, εἰ καὶ Φιλήμων αὐτῷ κέχρηται ἐν Ἁρπαζομένῃ (p. 362), ἄλλως δ' οὐκ ἀνεκτόν, εἰ μὴ τὸ ῥῆμα ἦν ἐν χρήσει παλαιότερον. καίτοι γε Κρατῖνος ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ φησίν Νακότιλτος κτλ. Toupius in Theocr. II p. 331 Wart. et Porsonus Adv. p. 284 νακότιλτον ὥσπερ. Neutro opus videtur. Metrum esse Cratineum monuit Hermannus. Quae ad versus integritatem deest syllaba, eam supplevit Th. Bergkius Comment. p. 27 καὶ ante νακότιλτος adiiciens.

IX.

Παραστάδας καὶ πρόθυρα βούλει ποικίλα.

Pollux VII 122: *Κρατῖνος δ' ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ Παραστάδας — ποικίλα. παστάδας δὲ ὁ Ξενοφῶν.* MS Iungerm. *βουλῇ.* Idem X 25: *ἐν δὲ Κρατίνου Διονυσαλεξάνδρῳ εἴρηται Παραστάδας κτλ.* Attigit haec propter *πρόθυρα ποικίλα* Hermannus Dissert. de pictura parietum p. 13.

X.

Pollux VII 198: *ἡ γελγόπωλις ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ Κρατίνου, ὥσπερ ἐν Ἀρτοπώλισιν Ἑρμίππου τὸ γελγοπωλεῖν.*

XI.

Pollux X 34: *εἴδη δὲ κλίνης ἀργυρόπους, παράπυξος, ὡς ἐν τῷ Διονυσαλεξάνδρῳ Κρατίνου κλίνην τὴν παράπυξον.* Idem VII 159: *κλίνην δὲ παράπυξον Κρατῖνος εἶπεν ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ.* Ita ex cod. editum pro *κατάπυξον.*

XII.

Athenaeus IX p. 384 b: *ὅτι γὰρ χηνοβοσκοὺς οἴδασι μάρτυς Κρατῖνος ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ λέγων· Χηνοβοσκοί, βουκόλοι.*

ΔΡΑΠΕΤΙΔΕΣ.

Magnas in hac fabula partes fuisse Lamponis, vatis et oraculorum interpretis Periclea aetate famosissimi, docent Fragm. I. II. XI. Notantur item homines seditiosi (Fragm. V) et perdita luxuria infames (Fragm. VI). Nec Pericli pepercit, qui compellari videtur Fragm. III. Praeterea nihil de argumento dramatis pro certo affirmaverim, nisi quod titulus

fabulae ad viros effeminatos et luxuria diffluentes spectat. Cfr. Fragm. VI. Longius progressus est Th. Bergkius Comment. p. 46. 61. Qui quum Lamponem coloniae Thurios deducendae praefectum fuisse *) meminisset, *Δραπετίδων* nomen ad illos Athenienses referendum esse coniecit, qui praesentis rerum in patria urbe condicionis pertaesi Thurios sese contulerint. Quam sententiam etsi ille magnis elegantissimae doctrinae copiis exornaverit, mihi tamen nequaquam credibile videtur, Cratinum fabulae scenam Thurios transtulisse. Itaque sic potius statuo, ut fugitivas illas mulieres, quas *μείρακας* vocat Fragm. VI, de Sybaritis intelligendas credam, qui quum patria profugi frustra Spartanorum opem implorassent, tandem intercedente Pericle ab Atheniensibus impetrarunt, ut et ipsi in patriam restituerentur et nova colonia in Italiam deduceretur. Vid. Diodorus Sic. XII 10. Sybaritis autem, hominibus luxurie effeminatis, quam apte mulierum personas imposuerit poeta, non est quod pluribus doceatur. Si recte conieci, fabula acta est proximo tempore ante Thurios conditos h. e. ante Olymp. LXXXIV 1. Cfr. Voemelii Comment. de anno Thuriorum condit. p. 7. Ad titulum fabulae, ut hoc adiiciam, spectant etiam haec Suidae verba s. v. *δραπέτης*: *καὶ δραπέτιδι* (leg. *δραπέτιδες* vel *δραπέτις*) *θηλυκῶς παρὰ Κρατίνῳ.*

I. II.

Λάμπωνα, τὸν οὐ βροτῶν
ψῆφος δύναται φλεγυρὰ δεῖπνου φίλων ἀπείργειν.

* * *

νῦν δ' αὖθις ἐρυγγάνει·
βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν, τρίγλῃ δὲ κἂν μάχοιτο.

Athenaeus VIII p. 344 e: *Κρατῖνος δ' ἐν Δραπέτισιν εἰπὼν περὶ αὐτοῦ· Λάμπωνα — ἀπείργειν, ἐπάγει· νῦν*

---

*) Cfr. Meyer Comment. de Andocidis orat. in Alcib. V 6 p. 32.

δ' αὖτις κτλ. Metricam loci rationem primus perspexit Porsonus apud Gaisfordium ad Hephaest. p. 341. Cfr. Hermannus Doctr. metr. p. 594. Dindorfius ambo fragmenta in sex versiculos distinxit, Bergkius autem Comment. p. 46 ad duorum versuum continuitatem coniunxit. — Vs. 2 φλεγυρὰν ψῆφον *flagrantem rumorem* nescio quam recte interpretatur Toupius Emend. III p. 201, opportune tamen advocans Hesychium, Φλεγυρά: ὑβριστική. Itaque ne ludibrio quidem et contumeliis Lamponem a conviviis prohiberi dicit. De vatum voracitate Runkelius attulit Aristoph. Pac. 1045 et Av. 960. — Vs. 3 ante Dindorfium αὖτις. — Vs. 4 τρίγλῃ δὲ κἂν μάχοιτο, ne mullo quidem, vilissimo pisce, abstineat. De trigla seu mullo, pisce omnium contemptissimo cfr. ad Antiphanis Agric. I 15.

III.

Πανδιονίδα πόλεως βασιλεῦ
τῆς ἐριβώλακος, οἶσθ' ἣν λέγομεν,
καὶ κύνα καὶ πόλιν ἣν παίζουσιν.

Pollux IX 98: ἡ δὲ διὰ πολλῶν ψήφων παιδιὰ πλινθίον ἐστὶ χώρας ἐν γραμμαῖς ἔχον διακειμένας. καὶ τὸ μὲν πλινθίον καλεῖται πόλις, τῶν δὲ ψήφων ἑκάστη κύων· διῃρημένων δὲ εἰς δύο τῶν ψήφων κατὰ τὰς χρόας, ἡ τέχνη τῆς παιδιᾶς ἐστι περιλήψει τῶν δύο ψήφων ὁμοχρόων τὴν ἑτεροχρόων ἀναιρεῖν, ὅθεν καὶ Κρατίνῳ πέπαικται· Πανδιονίδα κτλ. Zenobius V 67. πόλεις παίζειν: μέμνηται ταύτης Κρατῖνος ἐν ταῖς Δραπέτισιν. ἡ δὲ πόλις εἶδός ἐστι παιδιᾶς πεττευτικῆς καὶ δοκεῖ μετενηνέχθαι ἀπὸ τῶν ταῖς ψήφοις παιζόντων, ταῖς λεγομέναις νῦν χώραις, τότε δὲ πόλεσιν. Quibus similia habet Hesychius s. v. πόλεις παίζειν. Photius p. 439: πόλεις παίζειν, τὰς νῦν χαράς (sic) καλουμένας ἐν ταῖς ζ' ψήφοις. Itaque πόλεις et χῶραι vocabantur quadraturae in tabula latrunculorum lusoria alternatim coloribus distinctae. Ludum ipsum veteres Graeci appellabant πόλιν vel κύνα καὶ πόλιν, recentiores ζατρίκιον.

V. Salmasius ad Script. hist. Aug. II p. 736 sqq. Sententia loci Cratinei haec esse videtur: O Pandionida qui in eius urbis imperium involasti, in qua tanquam in tabula lusoria latrunculorum ludum tractant h. e. de principatu acerrime inter se digladiantur. Pandionides de Pericle interpretandus videtur, quem idcirco illo nomine compellavit, quoniam Pandionidae post patris obitum Athenas reversi, eiectis Metionidis, summa rerum potiti regnumque inter se partiti sunt. Cfr. Heynii Observ. ad Apollod. II p. 341 sq. Suspicor autem etiam nomen *βασιλεὺς* ambiguo sensu positum esse: quo nomine quum in latrunculorum ludo calculus dicatur urgente necessitate movendus (Schol. Theocr. VI 18 et Salmasius l. l.), videndum est ne hoc indicare voluerit Cratinus, regem esse Periclem, sed regi in latronum ludo comparandum, quem non dubium esse quin turbulenti homines de principatu acriter contendentes tandem aliquando loco suo moturi et in discrimen daturi sint. Unum quod non satis intelligo est Athenarum urbis epitheton *ἐριβῶλαξ*, in quo reconditior latere videtur ambiguitas. Antiquae Pollucis editiones habent *περὶ κόλακος*, unus codex *ἐρικόλακος*, meliores *ἐριβώλακος*. Lapides lusorios etiam *βώλους* dictos fuisse intelligitur ex Diogeniani Prov. VII 95: *ὀστρακίνοις γὰρ τὸ πάλαι χρώμενοι βώλοις, τῇ μεταβολῇ τούτων πολλάκις ἡττῶντο ἢ ἐνίκων.* Eo igitur fortasse referendum est illud *ἐριβῶλαξ*. Pro *βασιλεῦ* editi et scripti *βασιλέως*, quod emendavit Bentleius Epist. ad Hemst. p. 84. Restat ut Th. Bergkii Comment. p. 64 interpretationem afferam, qui fragmentum nostrum ad Thurios, Atheniensium coloniam, referendum putat. „Pandionides (inquit) aut ipse est populus „Atheniensis, aut unus aliquis e conditoribus urbis, qui Pan„dionidis tribus fuit. Sed haec fateor incerta: prorsus au„tem obscurum, quorsum spectet commemoratio ludi latrun„culorum. Fortasse Cratinus voluit discordiam, quae Thu„riorum incolas vexaverit, significare: Plato certe non dis„pari prorsus ratione Civit. IV p. 423 A dixit: *ἑκάστη γὰρ „αὐτῶν πόλεις εἰσὶ πάμπολλαι, ἀλλ' οὐ πόλις, τὸ τῶν*

„*παιζόντων.*" Haec postrema etiam nostrae interpretationi favent.

IV.

Φέρε νῦν σοι
ἐξ αἰθρίας καταπυγοσύνην μυὸς ἀστράψω Ξενοφῶντος.

Aelianus H. A. XII 10: *λέγουσι δὲ τοὺς μῦς λαγνιστάτους εἶναι, καὶ μάρτυρά γε Κρατῖνον ἐπάγονται εἰπόντα ἐν ταῖς Δραπέτισι· Φέρε νῦν σοι κτλ.* Tetigi ad Menandrum p. 408. Xenophontem fortasse dicit Melitensem, Euripidis filium, quem in decem Atheniensium ducibus belli Samii commemorat Androtio apud schol. Aristidis p. 485. Eadem Th. Bergkii opinio Comm. p. 63. Eundem Xenophontem postea Olymp. LXXXVII 4 cum Atheniensium exercitu contra Chalcidenses in Thracia missum esse docent Thucyd. II 79. Diodorus Sic. XII p. 512 et Plutarchus Nic. VI. In eo autem fallitur haud dubie Bergkius quod Xenophontem hunc eundem esse existimat cum eo, cuius nomen librariorum error intulit in cod. Venetum Aristoph. Nub. 384: *ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων οἷόν περ τὸν Ξενοφῶντα.* Illum enim Xenophontem, quem Euripidis filium nominat Thucydides, in ipso illo contra Chalcidenses praelio occubuisse diserto constat ipsius Thucydidis testimonio l. l. *ἀπέθανον δὲ αὐτῶν* (Atheniensium) *τριάκοντα καὶ τετρακόσιοι καὶ οἱ στρατηγοὶ πάντες.* Itaque neque in prioribus neque in secundis Nubibus commemorari potuit. Ceterum cum Cratini verbis comparandus Xenophon Hellen. VII 1 31: *ἐξ αἰθρίας ἀστραπάς τε καὶ βροντὰς λέγουσιν αἰσίους αὐτῷ φανῆναι.* Sed de sententia incertus haereo; nec sufficiunt quae dixit Bergkius l. l.

V.

Τοὺς ὧδε μόνον στασιάζοντας καὶ βουλομένους τινὰς εἶναι.

Photius Lex. p. 648 15. *Ὧδε: οὐ μόνον τὸ οὕτως, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνθάδε ὡς ἡμεῖς. Κρατῖνος Δραπέτισι Τοὺς ὧδε μόνον κτλ. Ἀριστοφάνης Κωκάλῳ·*

ἐκδότω δέ τις
καὶ ψηφολογεῖον ὧδε καὶ δίφρω δύο.

Eadem Suidas s. v. ὧδε. Neutro loco ὧδε pro ἐνθάδε dictum videtur, qui labentis graecitatis usus est. Nec apud Platonem, ad quem provocat Photius in sequentibus, eiusmodi quidquam reperio. In Cratini versu ὧδε est *sic temere*.

VI.

Ποδαπὰς ὑμᾶς εἶναι φάσκων, ὦ μείρακες, οὐκ ἂν ἁμάρτοιν;

Suidas I p. 144: ἁμάρτοιν εἴρηκε τὸ ἁμάρτοιμι Κρατῖνος Δραπέτισι Ποδαπὰς — ἁμάρτοιν; καὶ ὅλως σύνηθες αὐτοῖς (leg. Ἀττικοῖς cum T. H. ad Lucian. I p. 260) τὸ τοιοῦτο. Ita haec nunc correcta sunt ex codicibus. Vulgo in Cratini et Suidae verbis ἁμαρτεῖν. Verum viderat etiam Porsonus ad Aristoph. Eccl. 607. opportune admonens Euripidei τρέφοιν pro τρεφοίην ab Etymol. M. s. v. τρέφοιν p. 764 52 servati. Ex Etymologo sua hausit Varinus Ecl. p. 428 Dind. Ceterum compellari his verbis ipsas illas, a quibus fabulae nomen inditum est, δραπέτιδας apertum est. Respexit autem ad Cratini locum Draco Straton. p. 18 20: τὸ μεῖραξ ἐπὶ θηλυκοῦ τιθέμενον εὖ ἂν ἔχοι· ὡς ἀγνοοῦντες δὲ τοῦτο ἔσθ' ὅτε οἱ κωμικοὶ καὶ ἀρσενικῷ γένει τὴν σύνταξιν ποιοῦνται. ἀλλ' εἰκὸς αὐτοὺς θηλυκῇ προσηγορίᾳ σκώπτειν τοὺς πασχητιῶντας. Cfr. Phrynichus Ecl. p. 212. Μεῖραξ καὶ μείρακες: ἡ μὲν κωμῳδία παίζει τὰ τοιαῦτα· τὸ γὰρ μεῖραξ καὶ μείρακες ἐπὶ θηλειῶν τάττουσιν *), τὸ δὲ μειρακίσκος καὶ μειράκιον καὶ μειρακύλλιον ἐπὶ ἀνδρῶν, ubi Cratini locum commemorat Lobeckius. Non perspexit Cratinei versus sententiam Piersonus ad Moer. p. 262.

---

*) Idem haud dubie indicare voluit Hesychius, Μεῖραξ· παῖς. μῦς μήν. Itaque scripsisse videtur ἡ παῖς. Verba μῦς μήν, quae ex codice accesserunt, a prioribus separanda et ita scribenda sunt, Μείς: μήν.

VII.

Οἱ δὲ πυππάζουσι περιτρέχοντες, ὁ δ' ὄνος ὕεται.

Photius Lex. p. 337 19. Ὄνος ὕεται: ἐπὶ τῶν μὴ ἐπιστρεφομένων· Κηφισόδωρος Ἀμαζόσι· σκώπτεις μ'· ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι. Κρατῖνος Δραπέτισιν· Οἱ δὲ κτλ. Eadem Suidas s. v. ὄνος ὕεται, nisi quod desunt verba ὁ δὲ ante ὄνος. Ad eundem hunc Cratini versum spectat glossa Hesychii, Πυππάζουσι: φωνῇ ποιᾷ χρῶνται.

VIII.

Τὸν Κερκυόνά θ' ἕωθεν ἀποπατοῦντ' ἐπὶ
τοῖς λαχάνοις εὑρὼν ἀπέπνιξα.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 433 10. Ἀποπάτημα: αὐτὸ τὸ σκύβαλον. Εὔπολις Χρυσῷ γένει· τί γάρ ἐστ' ἐκεῖνος; ἀποπάτημ' ἀλώπεκος. Κρατῖνος Δραπέτισιν· Τὸν Κερκυόνά τε ἕωθεν ἀποπατοῦντ' ἐπὶ τοῖς λαχάνοις εὑρὼν ἀπέπνιξα. Eadem eodem modo scripta affert Suidas s. v. ἀποπάτημα et Etymologicum M. p. 132 9, nisi quod ibi priora ita leguntur: τὸν Κερκύωνα ἕωθεν ἀποπατῶν. Ex quo ne quis Cratinum τὸν Κερκύων' ἕωθεν scripsisse suspicetur, constanter hoc nomen in obliquis casibus penultimam corripit. V. Diodor. Sic. IV 61. Pausan. I 39. Stephanus Byz. s. Ἀλόπη. Ovid. Metam. VII 439 et Ibid. 412. Unus omnium scholiastes Aristoph. Nub. 504 habet Κερκύωνι. *) Scripsi igitur Κερκυόνά θ' ἕωθεν, ut sit trimeter iambicus, cui dactylicus tetrameter subiectus est. Praepositio tamen in fine versus posita nonnihil offensionis habet. Itaque videndum ne locus ita scribendus sit:

Τὸν Κερκυόνά θ' ἕωθεν ἀποπατοῦντ' ἐγὼ
ἐπὶ τοῖς λασάνοις εὑρὼν ἀπέπνιξα.

*) Consulto omisi Arcad. p. 15 26: τὰ μέντοι κατὰ γενικὴν τρέποντα τὸ ω̄ εἰς ο̄ ὀξύνεται, ἀλεκτρυών, Γηρυών, Κερκυών, Ἀμφικτυών. Ubi Κερκυὼν a duobus codd. abest: neque facile Κερκυὼν scriptum videas, sed Κερκύων, nisi forte apud schol. Nicandri Alex. 130.

Ita enim certissime pro *λαχάνοις* scribendum est. Ac ne singularem requiras, pluralis multo fuit singulari usitatior. V. Aristoph. Pac. 893 et exempla apud Pollux. X 44. 45. Sed Cercyoni, cuius nota est historia, quid faciam nescio. Nisi forte figurate hoc nomine usus est ad significandum hominem Cercyonis ingenio similem.

IX.

Δέχεσθε φιάλας τάσδε βαλανειομφάλους.

Athenaeus XI p. 501 d: *Κρατίνου δ' εἰπόντος ἐν Δραπέτισι Δέχεσθε κτλ. Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ περὶ κωμῳδίας τὴν λέξιν ἀγνοεῖν φησι Λυκόφρονα· τῶν γὰρ φιαλῶν οἱ ὀμφαλοὶ καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι παρόμοιοι· εἰς δὲ τὸ εἶδος οὐκ ἀρρύθμως παίζονται.* Lycophronis interpretatio, quam impugnat Eratosthenes, eodem loco his verbis ab Athenaeo servata est: *ἀπὸ τῶν ὀμφαλῶν, ἐν ταῖς γυναικείαις πυέλοις, ὅθεν τοῖς σκαφίοις ἀρύουσιν.* In qua explicatione neque *τὰς γυναικείας πυέλους* intelligo neque ea quae his proxime inferuntur. Hoc autem satis intelligitur, Lycophronem illas phialas ab umbonibus soliorum, Eratosthenem autem ab umbonibus tholorum denominatas voluisse. Utriusque, et Eratosthenis et Lycophronis, interpretationes his verbis refert Hesychius vol. I p. 684. *Βαλανειομφάλους: οὕτω Κρατῖνος ὠνόμασε τὰς ἐχούσας ὀμφαλοὺς ἄνευ προσώπων, ὁποίας οἱ θόλοι ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἐν τοῖς πυέλοις ἐν τοῖς βαλανείοις.* Quae Kusteri coniecturis adiutus ita corrigo, *ὁποῖοι οἱ θόλοι ἐν τοῖς βαλανείοις· ἢ* (vel *οἱ δὲ*) *ἀπὸ τῶν ὀμφαλῶν τῶν ἐν ταῖς πυέλοις.* Cum Eratosthene convenit Asclepiadi Myrleano apud Athen. l. l. *βαλανειόμφαλοι λέγονται, ὅτι οἱ ὀμφαλοὶ αὐτῶν καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι ὅμοιοί εἰσιν.* Item Timarcho, qui libro quarto commentariorum in Eratosthenis Mercurium haec scripserat: *πεπαῖχθαί* *) *τις ἂν οἰηθείη τὴν λέξιν,*

---

*) H. e. comice fictum esse. Vide ne alia commemorem Th. Bergkii Comment. p. 64.

διότι τὰ πλεῖστα τῶν Ἀθήνησι βαλανείων κυκλοειδῆ ταῖς κατασκευαῖς ὄντα τοὺς ἐξαγωγοὺς (vaporis emissaria dicit) ἔχει κατὰ μέσον, ἐφ' οὗ χαλκοῦς ὀμφαλὸς ἔπεστιν. Ex his apertum est balnea illa in alvearium formam fuisse orbiculata et superne in media parte habuisse emissaria aeneo umbilico aut claudenda aut aperienda. Quibus verbis id ipsum describitur quod θόλον Graeci vocabant. Iam etiam intelligitur phialarum illarum umbones recte ab Apione et Diodoro in glossis comparari cum colo seu camo: φιαλαὶ ποιαί, ὧν ὁ ὀμφαλὸς παραπλήσιος ἠθμῷ. Cuius cami quae forma fuerit intelligitur ex schol. Aristoph. Vesp. 99: κημὸς καλεῖται τὸ τοῖς καδίσκοις ἐπιτιθέμενον — ἔστι δὲ πλέγμα τι δικτυῶδες καὶ ἠθμῶδες, ἄνωθεν πλατύ, κάτωθεν στενόν. Horum igitur tholorum speciem referebant phialae illae Cratini βαλανειόμφαλοι, eo tamen discrimine, ut tholorum umbilicus in superiore, phialarum autem in inferiore parte promineret. Non recte igitur doctissimus Sapphicorum fragmentorum editor ὀμφαλωτὰς φιάλας interpretatur *suis stantes ubonibus* ad Fragm. C p. 91. — Haec multis abhinc annis perscripseram, quum nuper eandem explicationem vidi sequutum esse accuratae doctrinae et subtilis iudicii virum Letronnium in doctissima commentatione Sur les noms des vases grecs p. 60, ubi phialam βαλανειόμφαλον explicat „une phiale sans base, mais avec une „proéminence extérieure au fond, et par conséquent, ne „pouvant se poser que dans une situation renversée, ce que „les Grecs disaient ἐπὶ στόμα τίθεσθαι etc." Ceterorum grammaticorum loca iam ab Hesychii interpretibus indicata sunt. Suidas, Βαλανειομφάλους τὰς φιάλας οἱ κωμικοὶ καλοῦσι. Pollux VI 98: μεσόμφαλοι φιάλαι καὶ βαλανειόμφαλοι τὸ σχῆμα προσηγορίαν ἔχουσι. Denique Eustathius ad Hom. p. 1261 27, qui quidem omnia sua ex Athenaeo mutuatus est. His adde Grammat. Bekk. Anecd. p. 225 6. Βαλανόμφαλοι (leg. Βαλανειόμφαλοι): τὰς φιάλας τὰς ἐχούσας ὀμφαλοὺς ἄνευ τῶν προσώπων, ὁποῖοι οἱ τῶν βαλανείων θόλοι. Ubi attendas velim ad verba ἄνευ τῶν

προσώπων, quae habet etiam Hesychius l. l. Suspicor autem haec *πρόσωπα* de leonum luporum aliorumve animalium oribus intelligenda esse, quibus aliarum phialarum orae ornabantur. Pollux II 48: *προσωποῦττα δέ τι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὠνομάζετο χαλκοῦν ἀγγεῖον ἐχίνῳ παραπλήσιον, περὶ τὸ στόμα ἔχον πρόσωπα λεόντων ἢ καὶ βοῶν.* Hoc ornatu igitur illarum quas Cratinus commemorat phialarum orae carebant.

X.

Οὗτος, καθεύδεις; Β. οὐκ ἀναστήσεις βοῶν.

Apollonius de pronom. p. 285 B. *καὶ τούτου πίστις τὸ τὴν μὲν οὗτος καὶ ἐπὶ κλήσεως τάσσεσθαι, καθὸ πλησιάζει. „ὦ οὗτος, οἴῃ στρατείαν ἐσσεῖσθαι" Σώφρων. Κρατῖνος ἐν Δραπέτισιν· οὕτως, καθεύδεις; οὐκ ἀναστησεισβοτων;* Sequutus sum Koenium ad Greg. Corinth. p. 117. Nec male tamen Th. Bergkius Comment. p. 67 coniicit *οὐκ ἀναστήσει Βάτων;*

XI.

Hesychius, *Ἀγερσικύβηλις: Κρατῖνος ἐν Δραπέτισιν ἐπὶ Λάμπωνος. τὸν αὐτὸν ἀγύρτην καὶ κυβηλιστὴν εἶπεν, οἷον θύτην καὶ μάντιν. κύβηλιν γὰρ ἔλεγον τὸν πέλεκυν.* Quae sic intelligenda videtur ut Cratinus nomine *ἀγερσικύβηλις* eundem hominem tanquam *ἀγύρτην* sive *μάντιν* et tanquam *κυβηλιστὴν* sive *θύτην* significaverit. Non recte igitur Schneiderus in Lexico *κυβηλιστὴν* tanquam Cratini vocabulum recepit. Suidas s. v. *κυβηλίσαι. Ἀγερσικύβηλις: ὁ θύτης. Κρατῖνος ἐν Δραπέτισιν ἐπὶ Λάμπωνος εἶπε τὸν ἀγύρτην καὶ κυβηλιστήν.* Etymol. M. p. 8 11. *ἀγερσικύβηλιν: κύβηλις λέγεται ὁ πέλεκυς ὁ μαντικός. οἱ δὲ τὸν ἐφ' ἑαυτὸν ἀγείροντα τὸν πέλεκυν ἢ θύτην, παρὰ τὴν ἄγερσιν τὸν ἀγερμὸν ἢ ἀθροισμόν. Κρατῖνος ἐν Δραπέταις* (sic). Quae integriora servavit Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 330 15. *Ἀγερσικύβηλιν Κρατῖνος*

Λάμπωνα τὸν μάντιν ὡς ἀγύρτην καὶ θύτην. κύβηλις γὰρ ὁ πέλεκυς. οἱ δὲ ἐγερσικύβηλιν ἐν τῷ δράματι γράφουσι, τὸν ἐφ' ἑαυτὸν ἐγείροντα τὸν πέλεκυν. Itaque alii *ἐγερσικύβηλιν* alii *ἀγερσικύβηλιν* scribebant. Hoc praeferre videtur Lobeckius Aglaoph. II p. 979, illud probavit Th. Bergkius Comment. p. 46 sacrificulum intelligens stipem colligentem. Quod ad Menandri Fragm. p. 111 putabam significari *μάντιν ἐπὶ τῇ Κυβέλῃ ἀγείροντα*, dudum repudiavi.

XII.

Scholiastes Platonis p. 382 Bekk. *ὁ μῦθος ἀπώλετο: τούτῳ χρῶνται τῷ λόγῳ οἱ λέγοντές τι πρὸς τοὺς μὴ προσέχοντας. μέμνηται δὲ αὐτῆς καὶ Κρατῖνος ἐν Δραπέτισι καὶ Κράτης Λαμίᾳ.*

XIII.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 596 24: *ἀνεικάσασθε, ἀνασκώψατε. Δραπέτισι Κρατῖνος.* Eadem Suidas s. v. *ἀνεικάσασθε.* Eundem locum respiciens Hesychius verbum *ἀνεικάσασθαι* explicat per *ἀνασκῶψαι*, quam notionem optime illustrat locus Aristoph. Vesp. 1308:

εἶτ' αὐτὸν ὡς εἶδ' ᾔκασεν Λυσίστρατος.
ἔοικας ὦ πρεσβῦτα νεοπλούτῳ τρυγί
κλητῆρί τ' εἰς ἀχυρῶνας ἀποδεδρακότι.
ὁ δ' ἀνακραγὼν ἀντῄκασ' αὐτὸν πάρνοπι
τὰ θρῖα τοῦ τρίβωνος ἀποβεβληκότι.

Quibus simillima sunt haec Horatii Sat. I 5 56. *prior Sarmentus, equi te Esse feri similem dico* etc. Cfr. Hesychius, *Εἰκάζειν: σκώπτειν, ἐοικάζειν* (fort. *γελοιάζειν*), *τὸ λέγειν ὅμοιος εἶ τῷδε.* Cocondrius apud Boisson. Anecd. IV p. 296. *τὸ εἴκισμά ἐστι σκῶμμα καθ' ὁμοιότητα.* Eodem sensu verbum *εἰκάζειν* legitur apud Xenophontem Symp. VI 8.

XIV.

Zenobius VI 24. *Ὕδωρ παραρρέει: αὕτη τάττεται ἐπὶ τῶν ἐκ παντὸς ἔργου ἐπαγγελλομένων καταπράξασθαι τὸ προκείμενον. Μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ὑπὸ σπουδῆς*

εἰς ῥέοντα πλοῖα εἰσβαινόντων, καὶ παραβαλλομένων τῷ κινδύνῳ. Μέμνηται αὐτῆς Κρατῖνος ἐν Δραπέτισιν. Iisdem verbis explicatur in Proverb. Bodl. 925.

XV.

Harpocrat. Lex. rhet. p. 99 25: *Ἱερὰ ὁδός ἐστιν ἣν οἱ μύσται πορεύονται ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐπ' Ἐλευσῖνα. — μέμνηται δ' αὐτῆς Κρατῖνος ἐν Δραπέτισιν.* Vid. Meursii Eleus. 27. De ea totum librum scripserat Polemo Periegeta teste Harpocratione p. 99 27.

XVI.

Basilius MS apud Schaeferum Praef. Gregorii Cor. p. LIII: *στιβάς, χαμαικοίτιον, ὡς Εἰρηναῖος ὁ Ἀττικιστὴς καὶ Ἀριστοφάνης* (Pac. 347) *ἐν στρατείαις ὁ κωμικός, καὶ ἐν Δραπέτισι Κρατῖνος.* Verissime Dindorfius Aristoph. Fragm. p. 10 antiquioris grammatici, ex quo haec deprompta sint, hanc sententiam fuisse statuit, *στιβάδος* etiam in militia usum fuisse, et errare qui hinc Aristophani fabulam *Στρατεῖαι* inscriptam affingere velit. Hunc sequi debebat Rankius V. Aristoph. p. CCCXII. Recte autem C. W. Lucas Observatt. Spec. II p. 8 verba *ἐν στρατείαις* transposuit post *χαμαικοίτιον.* Sed quod idem Cratineae fabulae titulum latere suspicatus est in Etymol. M. p. 727 38: *στιβὰς παρὰ τὸ στοιβάζω, ῥυθμῷ δὲ τὸ ψεῦδος στιβάζουσιν — ἀντὶ τοῦ δραπετεύουσι, διαφέρουσι,* multum errat.

ΕΜΠΙΠΡΑΜΕΝΟΙ Η ΙΔΑΙΟΙ.

Clemens Alex. Strom. VI p. 751 Pott. *Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις τὰ ἐκ τῶν Κρατίνου Ἐμπιπραμένων μετήνεγκεν ἔπη.* Haec Dindorfius ad Aristoph. Fragm. p. 94 composuit cum scholiastae loco ad Thesmoph. 215:

MN. ἀτὰρ τί μέλλεις δρᾶν μ'; *EY.* ἀποξυρεῖν ταδί,
τὰ κάτω δ' ἀφεύειν.

Hic igitur scholiasta ad ταδί haec habet: τὰ γένεια· ταῦτα δὲ ἔλαβεν ἐκ τῶν Ἰδαίων Κρατίνου. Ex quo recte conclusit Dindorfius plenum fabulae titulum fuisse eum quem supra adscripsi. Idem sequutus est Th. Bergkius Comment. p. 109, qui *Idaeos*, quos Dactylos Idaeos interpretatur, Cratinum hanc fabulam inscripsisse existimat, quoniam in ea cultum et religionem Cybelae, quae tunc ab Atheniensibus recepta fuerit, exagitare instituerit. Idem alterum titulum (Ἐμπιπράμενοι) ad chorum traxit quem ex perditis hominibus constitisse coniicit, qui deae Phrygiae sacris initiati atque penitus effeminati corpus levigarent et crines omnes igni amburerent. Atque Ἐμπιπραμένους etiam Fritzschius ad Thesmoph. p. 71 ad pilorum ambustionem traxit, Idaeis autem Ἰδυίους h. e. *Testes* substituit, quod nomen quum illis temporibus ex communi sermone prorsus evanuerit *), a Cratino in fabulae titulo positum fuisse prorsus incredibile est. Sed nec de Idaeis omnis mihi sublata est dubitatio, qui illos magnae matris ministros, de quibus doctissima est Lobeckii Aglaoph. p. 1156 disputatio, constanti usu *Dactylos Idaeos*, nunquam simpliciter *Idaeos* appellari meminerim. Ἐμπιπραμένους an recte interpretatus sit Bergkius, in medio relinquo. Menander scripsit Ἐμπιπραμένην, sensu haud dubie multum diverso. Praeterea semel tantum haec Cratini fabula commemoratur, a scholiasta Aristophanis, qui ad Eccles. 1134 (1081):

τουτὶ τὸ πρᾶγμα κατὰ τὸ Καννώνου σαφῶς
ψήφισμα, βινεῖν δεῖ με διαλελημμένον,

haec adscripsit: ψήφισμα γεγράφει (Cannonus) κατεχόμενον ἑκατέρωθεν ἀπολογεῖσθαι τὸν κατ' εἰσαγγελίαν ἀποκρινόμενον. Κρατῖνος δὲ καὶ πρὸς κλεψύδραν κελεῦσαι. Ξενο-

---

*) Docet hoc vel Aristophanium illud φρασάτω τί καλοῦσιν ἰδυίους Daetal. p. 41. Scholiastes Iliad. χ' 254 τοὺς μάρτυρας Ἀττικοὶ δήους (leg. ἰδυίους) φασίν, minus accurate loquutus est.

φῶν δὲ εἰς τὸ βάραθρον ἐμβληθέντα ἀποθανεῖν, καὶ τὴν οὐσίαν ἀπολέσαντα τὸ ἄνθος. καὶ ὁ Κρατῖνος ἐν τοῖς Ἰδίοις (Ἰδαίοις) τὰς θείας μορφὰς ἐν ἀρχῇ φανείσας. In his quae de Cannoni psephismate afferuntur, non ad Cratinum spectare videntur, sed ad Craterum, de cuius sylloge ψηφισμάτων, quae etiam aliis locis a scholiastis Aristophanis laudatur, alio tempore dicam copiosius. Interim vide Histor. crit. p. 56, ubi etiam exemplum nominis Κρατερὸς (sive Κράτερος) in Κρατῖνος depravati commemoratum est. Scribendum igitur Κρατερὸς δὲ καὶ πρὸς κλεψύδραν κελεῦσαι h. e. Craterus memoriae prodidit, Cannonum illo decreto etiam hoc sancivisse, ut qui publici criminis reus ageretur ad clepsydram caussam peroraret. Nec magis altero loco Cratini testimonium ad Cannoni decretum pertinere arbitror. Primum post οὐσίαν addendum δημοσίαν εἶναι, sive mavis δημευθῆναι. *) Docet hoc ipse ille, quem scholiastes in animo habuit, locus Xenophontis Hellen. I 7 21: τὸ Καννώνου ψήφισμα — κελεύει ἐάν τις τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον ἀδικῇ, δεδεμένον ἀποδικεῖν ἐν τῷ δήμῳ, καὶ ἐὰν καταγνωσθῇ ἀδικεῖν, ἀποθανόντα ἐς τὸ βάραθρον ἐμβληθῆναι, τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημευθῆναι, καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον εἶναι. Iam quae sequuntur verba ἀπολέσαντα τὸ ἄνθος, ea nullis unquam machinis efficies ut ad eum, cui adscripta sunt, Aristophanis locum illustrandum aliquid faciant. Sed salva res est. Pertinent haud dubie ad v. 1166:

πολὺ δ' ὑπερπέπαικεν αὖ
τούτων ἁπάντων τὰ Θάσι' ἀμφορείδια.
ἐν τῇ κεφαλῇ γὰρ ἐμμένει πολὺν χρόνον·
τὰ δ' ἄλλ' ἀπανθήσαντα πάντ' ἀπέπτατο.

Ubi hoc scholion legitur: ὡς ἐπὶ τῶν ἀνθῶν εἶπε τὸ ἀπανθήσαντα, ἀντὶ τοῦ ξηρανθέντα. Apertum est ad hoc ipsum

*) Similiter idem scholiasta ad eiusdem fabulae vs. 1052 (999) corruptus est: εἰ μὴ ὑπὲρ ἐμοῦ κατέλαβες (leg. κατέβαλες) τὴν πεντακοσιοστήν. νόμος γὰρ τοῦ μὴ φέροντος τὴν οὐσίαν εἶναι. Lege τὴν οὐσίαν δημοσίαν εἶναι.

ἀπανθήσαντα referenda esse verba *ἀπολέσαντα τὸ ἄνθος*. Itaque consentaneum est, etiam in eo qui his proxime subiicitur Cratini loco aliquid infuisse, quod ad illum usum verbi *ἀπανθῆσαι* pertineat. Id autem quale sit acutioribus indagandum relinquere malo quam ipse incertam coniecturam periclitari. Th. Bergkii mei Comment. p. 111 rationem cur probare nequeam, ex iis quae in superioribus disputavi abunde intelligitur.

Ε Υ Ν Ε Ι Δ Α Ι.

De Eunidarum gente, citharoedicae artis et vero etiam orchesticae (Hesych. v. *Εὐνεῖδαι*) laude florentissima, veterum grammaticorum testimonia diligenter composuerunt Meursius Lect. att. V 10 et Valesius ad Harpocr. p. 34. Quibus nihil novi addiderunt Th. Bergkius Comment. p. 70 et Bosslerus de Gentibus att. p. 50. qui quod Cratinum hanc fabulam non *Εὐνεῖδαι* sed *Εὐοινεῖδαι* (sic) inscripsisse coniectavit, quoniam Lemnus insula, ex qua originem repetebant Eunidae, vini fuerit feracissima, id in diverso genere simillimum est ingeniosae Kannegiesseri Com. att. p. 446 coniecturae, fabulae titulum *Εὐνίδες*, *die Beischlaeferinnen*, fuisse acutissime suspicantis. De argumento dramatis nihil certi definire ausim; ad musicam tamen artem pertinuisse et index et fragmenta fidem faciunt. Ptolemaei Heph. locum apud Photium Bibl. 192 p. 151, ex quo Alexandrum M. hac fabula summopere delectatum esse intelligitur, attigi Hist. crit. p. 101.

I.

Ἥβης ἐκείνης νοῦ τ' ἐκείνου καὶ φρενῶν.

Stobaeus Floril. LII 11: *Κρατῖνος ἐν Εὐνίδαις· Ἥβης ἐκείνης, νοῦ δὲ τοῦδε καὶ φρενῶν κατάλληλος.* Postremam

vocem delevit Grotius. Iulianus a Gaisfordio allatus Misop. p. 339 d: *ὅπερ ὑμεῖς ὁρῶντες ὀλίγῳ πρότερον ἀναμιμνήσκεσθε νῦν ἥβης ἐκείνης νοῦ τε ἐκείνου καὶ φρενῶν.* Item Synesius, scriptor antiquae comoediae studiosissimus*), Epist. 129 p. 265: *στένομεν μεμνημένοι ἥβης τε ἐκείνης νοῦ τ' ἐκείνου καὶ φρενῶν.* Ubi verba *στένομεν μεμνημένοι* dubitari potest utrum Synesii sint an Cratini. Cum Cratini versu coniunxit ea Blomfieldius ad Aeschyli Pers. 290 et Th. Bergkius Comment. p. 71. In ceteris probavi scripturam eam, in qua Iulianus et Synesius consentiunt, *νοῦ τ' ἐκείνου.* Stobaeus *νοῦ δὲ τοῦδε.*

II. III.

Δωροῖ συκοπέδιλε.

Τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων.

Aristophanes Equ. 523 sqq. Cratini virtutes praedicans: *ᾆσαι δ' οὐκ ἦν ἐν συμποσίῳ πλὴν „Δωροῖ συκοπέδιλε" καὶ „Τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων"· οὕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος.* Ubi scholiastes ad *Δωροῖ συκοπέδιλε* haec scripsit: *Κρατίνου μέλους ἀρχή. σκώπτων δέ τινα ἐκεῖνος δωροδόκον καὶ συκοφάντην τοῦτο εἶπεν.* Idem ad *τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων* haec habet: *καὶ τοῦτο δὲ ἐκ τῶν Εὐμενίδων* (sic) *Κρατίνου.* Quae utrumque carmen ex eadem fabula petitum esse docent. Postrema *τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων* miro errore Pindaro tribuit Tzetzes Epist. MS apud Potterum ad Lycophr. p. 1363 ed. Muell. sive apud Kusterum ad Suid. vol. II p. 473: *ἡμεῖς δὲ περὶ τὸν ἀδελφὸν Φειδίου φανούμεθα δεύτεροι, καὶ οὐκ ἐπ' αὐτῷ ταὐτὸ Φειδίᾳ ποιήσαιμεν, εὐπαλάμων τε ὕμνων τελοῦντι κατὰ Πίνδαρον τέκτονι, καὶ ἡμῖν στεργομένῳ ἀσύγκριτα;* ubi

*) Hoc ipse testatur Synesius Dione p. 62 c: *ἐγὼ δὲ θαμὰ καὶ τραγῳδίαις ἐπιτραγῴδησα καὶ κωμῳδίαις ἐπισκωμύλλομαι, πρὸς τὸν πόνον* (fort. *τόνον*) *ἑκάστου τοῦ γράψαντος. εἴποις ἂν ἡλικιώτην εἶναι νῦν μὲν Κρατίνου καὶ Κράτητος, νῦν δὲ Διφίλου τε καὶ Φιλήμονος.*

τελοῦντι delendum videtur. Confudit autem Tzetzes Cratini locum, ex Aristophane ipsi cognitum, cum hoc Pindarico Nem. III 4: ὕδατι γὰρ μένοντ' ἐπ' Ἀσωπίῳ μελιγαρύων τέκτονες κώμων νεανίαι. Prioribus verbis ingeniosissime Cratinus venales sycophantarum artes descripsit. Ita certe locum intellexit scholiastes, δωροδόκον καὶ συκοφάντην his verbis exagitari dicens. Quamquam cum Cratinus etiam Δεξὼ deam finxerit teste Hesychio, Δεξώ: ὁ Κρατῖνος ὠνοματοποίησεν ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι δῶρα, rectius fortasse *Doro* activo sensu accipienda est, ut sycophantae intelligantur muneribus iudices corrumpentes. Ita igitur duo diversa sibique opposita habemus numina, quasi *Dononam* dicas et *Accipitram*, quorum utrique fortasse in una eademque fabula Cratinus locum concesserat. Ac fortasse etiam scholiastes δωροδόκον de munerum largitore intellexit, quam huius nominis vim illustravit Ruhnkenius ad Tim. p. 91. Ceterum similia sive nomina sive cognomina sunt Σιτὼ Μνημὼ Περιβασὼ Θαλλὼ Καρπὼ Αὐξὼ alia, de quibus suo more egit vir eximius Aglaoph. p. 733. Qui quod ex Hesychio commemorat Ἐμβλώ: παρὰ τὸ ἐμβλέπειν πέπλασται, ὡς ἡ Δωρὼ καὶ ἡ Δεξώ, id et ipsum ad Cratinum refert Th. Bergkius Comment. p. 69, pro Ἐμβλὼ corrigens Ἐμβλεπώ, ut voluit etiam Sopingius. Sed fateor me non intelligere quid illa Ἐμβλεπὼ significare potuerit apud Cratinum. Fortasse igitur fuit vox dorica, sive *adspectum* sive *invidiam* significans, quemadmodum iidem κινὼ dicebant pro κίνησις et alia eiusdem generis, de quibus itidem egit Lobeckius l. l. Unum est quod adiiciam. Constat ex Athenaeo, cuius verba ad Fragm. IV adscripsi, Eunidis Cratinum frequentes inseruisse parodias. Itaque verisimillimum est, etiam illud carmen, in cuius initio Cratinus verba Δωροῖ συκοπέδιλε posuerat, ex alius poetae carmine fuisse πεπαρῳδημένον. Fortasse hymnus aliquis antiquioris poetae e. c. in Iunonem his verbis ordiebatur Ἥρη χρυσοπέδιλε, quae deinde Cratinus suo consilio et instituto accommodate in ipsum illud Δωροῖ συκοπέδιλε detorsit. Ac confirmat hanc coniecturam planissime Hesy-

chii glossa, *Δωροῖ συκοπέδιλε: παρῳδεῖται* (fort. *παρῳδηται*) *ἐκ τῶν ἀρχαίων ποιημάτων*. Quae non recte Th. Bergkius l. l. p. 69 ita interpretatus est „exagitatur hoc ab Aristophane ex antiquis (Cratini) carminibus petitum." Quam interpretationem Th. Bergkio placere potuisse tanto magis miror, quum ipse probe perspexerit, Cratinum ab Aristophane non reprehendi, sed summis laudibus efferri. Certissimum igitur est, hanc Hesychii adnotationem ut centenas alias eiusdem grammatici ex Cratini scholiastis esse petitam, et ad ipsam illam Cratini cantilenam spectare ex antiquioris poetae carmine parodiae lusu deflexam. Iam illud etiam magis patescit, rectissime in verbis scholiastae editum *Εὐμενίδων* a Meursio Bibl. att. p. 1467. Fabricio Bibl. gr. II p. 432 aliisque in *Εὐνειδῶν* mutatum esse.

IV. V.

Suidas vol. I p. 149. *Ἀμφιανακτίζειν: ᾄδειν τὸν Τερπάνδρου νόμον, τὸν καλούμενον Ὄρθιον, οὗ τὸ προοίμιον ταύτην τὴν ἀρχὴν εἶχεν*

Ἀμφί μοι αὐτὸν ἄναχθ' ἑκατηβόλον ᾀδέτω φρήν.

ἔστι δὲ καὶ ἐν Εὐναίᾳ καὶ ἐν Ἀναγύρῳ. Dindorfius ad Aristoph. Fragm. p. 95 corrigit *Εὐνείδαις* vel *Πυλαίᾳ*. Praetuli *Εὐνείδαις*, in qua fabula frequentes fuisse aliorum poetarum parodias Quaest. scen. I p. 21 monui ex Athenaeo XV p. 698 d: *κέχρηται δὲ* (*παρῳδίαις*) *καὶ Κρατῖνος ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς ἐν Εὐνείδαις.* Hinc fortasse ad eandem fabulam referenda sunt, quae leguntur apud Porphyrium Eusebii Praep. Ev. X 3: *τὸ γὰρ „τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Διομήδης" σιγῶ, Ὁμήρου κωμῳδηθέντος ὑπὸ Κρατίνου διὰ τὸ πλεονάσαι ἐν τῷ „τὸν δ' ἐπαμειβόμενος."* Itaque ut Homericum illud hemistichium *τὸν δ' ἐπαμειβόμενος*, ita etiam dithyrambicis poetis frequentatum exordium „*ἀμφί μοι αὖτις ἄνακτα*" parodiae lusu riserat Cratinus. Terpandri versus a Suida et schol. Arist. Nub. 591 allatus praeeunte fere Ernestio ita scribendus est:

Ἀμφί μοι αὖτις ἄναχθ' ἑκατηβόλον ᾀδέτω ἁ φρήν.
Frequentem in Nomis fuisse usum hexametri, maxime in prooemiis, docet Timothei Milesii exordium Persarum apud Plutarchum Philop. c. XI.

Κλεινὸν ἐλευθερίας τεύχω μέγαν Ἑλλάδι κοσμόν.
Porro *αὖτις* quod pro *αὐτὸν* reposui ipse Suidas l. l. confirmat: *Ἀμφιανακτίζειν: διὰ τὸ οὕτω προοιμιάζεσθαι. Τέρπανδρος· Ἀμφί μοι αὖτις ἄνακτα· καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις· Ἀμφί μοι αὖτε Φοῖβε ἄναξ Δήλιε.* Ita enim rectissime Kusterus correxit editum *Περίανδρος*. Idem voluit Bergkius p. 71. Quae statim sequuntur apud Suidam, *Ἀμφιάνακτας ἔλεγον καὶ τοὺς διθυραμβοποιούς· συνεχῶς γὰρ ἐκεῖνοι ταύτῃ ἐχρῶντο τῇ λέξει*, ea fortasse et ipsa ad Cratinum referenda sunt. Terpandri Nomum respexit etiam Hesychius, *Ἀμφιάνακτα: ἀρχὴ νόμου κιθαρῳδικοῦ.* Ubi scribendum *Ἀμφὶ ἄνακτα.*

VI.

Ἐπίσχες αὐτοῦ, μὴ πέρα προβῇς λόγου.

Io. Alexandrinus de acc. p. 29 25: *ἔστι τινὰ* (adverbia) *καὶ παρὰ αἰτιατικῆς γεγονότα, οἷον τὸ πέραν καὶ πέρην — καὶ ἀπὸ δοτικῆς· ἐπίσχες αὐτοῦ, μὴ πέρα προβῇς λόγου, Κρατῖνος Εὐμένισιν.* Sublato scholiastae Aristophanis (Fragm. II. III.) testimonio, hic unus locus relictus est, in quo Cratini Eumenides commemorantur, quo nomine qui Cratinum eodem quod Aeschylus in cognomine tragoedia sequutus est consilio fabulam scripsisse censet Th. Bergkius Comment. p. 68, vehementer vereor ne sententiam suam paucis probaturus sit. Mihi quidem, quamquam olim (Quaest. scen. I p. 21) contrariam sententiam sequuto, nunc re diligenter perpensa non dubitandum videtur, quin etiam Ioannes Alex. *Eunidas*, non *Eumenidas* Cratini ad partes vocaverit. Parum cognitum librariis Eunidarum nomen errorem genuit.

Θ Ρ Αι Τ Τ Α Ι.

Quo tempore haec fabula acta esse videatur indicavi olim Quaest. scen. I p. 16 (Hist. crit. 46). Nam quum in primo fragmento ostracismi discrimen commemoretur, quod Pericles feliciter evaserit, vix dubitari potest quin Thressas Cratinus circiter Olymp. LXXXIV ineunte in scenam produxerit. Argumentum fabulae ad Bendideorum sacrorum solennitatem spectasse, chorumque e Thressis mulieribus, quae sacra illa curaverint, compositum fuisse, non improbabilis est coniectura Bergkii Comment. p. 91. ne tum quidem illa veritatis specie plane destituta, si Boeckhium (Ind. lect. hibern. 1828 p. 12) sequutus Thraciae deae sacra demum Olymp. XCII publica auctoritate ab Atheniensibus recepta esse statueris. Cum enim consentaneum sit, peregrinam Bendidis religionem, antequam publice constitueretur, in occulto serpentem animos civium multis modis occupasse, id ipsum Cratinum movere potuit, ut fabulam scriberet, quae gliscentem alienigenae superstitionis amorem restingueret et ne inter publica Atheniensium sacra reciperetur prohiberet. Fritzschii opinionem Quaest. Aristoph. I p. 78 fabulam in eiusmodi homines scriptam fuisse suspicantis, qui non minus quam *θρᾷτται* pisces, varii essent et quasi versicolores, verbo commemorasse sufficiat.

I.

Ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὁδὶ προσέρχεται
ὁ Περικλέης, τῴδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου
ἔχων, ἐπειδὴ τοὔστρακον παροίχεται.

Plutarchus Vita Periclis c. 13: *τὸ δ' Ὠιδεῖον, τῇ μὲν ἔντος διαθέσει πολύεδρον καὶ πολύστυλον, τῇ δ' ἐρέψει περικλινὲς καὶ κάταντες ἐκ μιᾶς κορυφῆς πεποιημένον, εἰκόνα λέγουσι γενέσθαι καὶ μίμημα τῆς βασιλέως σκηνῆς, ἐπιστατοῦντος καὶ τούτῳ Περικλέους. διὸ καὶ πάλιν Κρα-*

τῖνος ἐν Θρᾴτταις παίζει πρὸς αὐτὸν Ὁ σχινοκέφαλος κτλ. Vs. 1 legebatur *ὅδε*, quod annotante Schaefero correxerunt Bekkerus et Gottholdus. Ad *σχινοκέφαλος* cfr. Plutarchus l. l. cap. 3: *οἱ Ἀττικοὶ ποιηταὶ σχινοκέφαλον αὐτὸν ἐκάλουν· τὴν γὰρ σκίλλαν ἔστιν ὅτε καὶ σχῖνον ὀνομάζουσι.* Pollux II 43: *σχινοκέφαλον δὲ Κρατῖνος τὸν Περικλέα εἶπε.* Ad Cratini locum pertinet item glossa Hesychii, *Σχινοκέφαλος: εἶδος φυτοῦ.* Quae quomodo redintegranda sit facile intelligitur. — Vs. 2 addidi articulum ante Periclis nomen; quem quum Odeum, proximis ante annis ab ipso conditum, in capite gestare dicit, respexit fortasse ad galeam Periclis, qualis in eius *προτύποις* conspicitur, propter capitis longitudinem vulgarem modum excedens. Plutarchus l. l. *ὅθεν αἱ μὲν εἰκόνες αὐτοῦ σχεδὸν ἅπασαι κράνεσι περιέχονται, μὴ βουλομένων, ὡς ἔοικε, τῶν τεχνιτῶν ἐξονειδίζειν.*

II.

Πανὶ κακὸν δεῦρο μαστάω τινὰ
ποτὲ χαλκοῦν ἢ ξύλινον καὶ χρύσεον προσῆν.
οὐδαμῶς ξύλινος ἐκεῖνος * * * *
ἀλλὰ χαλκοῦς ὢν ἀπέδρα. πότερα Δαιδάλειος ἦν;
ἤ τις ἔκλεψεν αὐτόν;

Scholiastes Euripidis Hec. 821: *ὅτι δὲ ἐκινεῖτο (τὰ Δαιδάλου ἔργα) καὶ προΐει φωνήν, αὐτός τε Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ λέγει — καὶ Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις· Πανὶ κακὸν δεῦρο κτλ.* Versus distinxi prout voluit referente Matthiaeo Hermannus, qui scripturae vitia hisce emendationibus tollere conatus est:

— υ υ — υ *πάνυ καλὸν δεῦρο βάσταδόν τινα.*
β΄. πότερα χαλκοῦν ἢ ξύλινον; α΄. καὶ μὴ χρυσίον προσῆν.
β΄. οὐδαμῶς ξύλινός γ᾽ ἐκεῖνος υ — υ — υ —
ἀλλὰ χαλκοῦς ὢν ἀπέδρα. α΄. πότερα Δαιδάλειος ἦν,
ἤ τις ἔκλεψεν αὐτόν;

Idem, si *Πανὶ* rectum sit, de patera vel simili re sermonem esse suspicatur. His adiutus Dobraeus ad Aristoph. Nub. 518 tentat:

Πανὶ κάδον δεῦρο βάστασόν τινα.
β. πότερα χαλκοῦν ἢ ξύλινον; α'. καὶ χρυσοῦν ἐὰν προσῇ.
β'. οὐδαμῶς, ξύλινος δ' ἐκεῖνός [σοι. χαλκοῦς μοί ποτ' ἦν,] ἀλλὰ χαλκοῦς ὢν ἀπέδρα κτλ.

Quae etsi ingeniose excogitata sunt, malui tamen, quum in tali loco omnia incerta sint, librorum lectiones retinere. Ad quartum versum comparandus Dio Chrysost. Orat. 37 p. 105 Rsk. *ὁ δὲ ἀνδριὰς τῶν Δαιδάλου ποιημάτων ἔτυχεν ὢν καὶ λαθὼν ὑμᾶς ἀπέδρα.* Ceterum fragmentum hoc eam quoque ob causam memorabile est, quod Eupolideis versibus poetas comicos etiam in diverbiis usos esse ex eo intelligitur.

III.

Ὅτι τοὺς κόρακας τἀξ Αἰγύπτου χρυσία κλέπτοντας ἔπαυσεν.

Pollux IX 91: *οὕτως ἂν καὶ ὁ Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις εἰρηκὼς εἴη τὸν χρυσὸν χρυσία· Ὅτι τοὺς κόρακας* etc. Vulgo *κόλακας*, quod correctum ex cod. Iungermanni. Idem in fine versus *ἔπαυσαν*, quod in *ἔπαυσα* mutabat Bergkius Comment. p. 105. Revocavi *ἔπαυσεν*. Chorus loquitur de poeta, ut apud Aristoph. Equ. 541 sqq. Pac. 739 aliisque locis. Id enim recte perspexit Bergkius ex parabasi illum versum petitum esse, et gloriari poetam, quod comoediis suis effecerit ut improbi homines munera Atheniensium populo ab Aegyptiis missa intervertere desistant.

IV.

Ἐς τὸν καλιόν, ἣν τύχῃ, καθείργνυται.

Pollux X 160: *οἰκίσκος ὀρνίθειος παρὰ Ἡροδότῳ καὶ Ἀρχιλόχῳ. καὶ καλιὰ δὲ καὶ καλιὸς ὁ τοιοῦτος οἰκίσκος,*

ὡς Κρατῖνος Θρᾴτταις· Ἐς τὸν — καθέργνυται. Unus liber καθήργνυται. Attica forma est καθείργνυται, quam servavit ad Cratini versum respiciens Hesychius, Καθείργνυται: συγκλείεται. Pro ἣν τύχῃ, quae duorum librorum est lectio, olim legebatur ἐν τύχοι. Cod. Salm. ἡ τύχη. Vocabulum καλιός, quod seriori aetati adscribere non debebat Passovius, ex hoc ipso Cratini loco commemorasse videtur Hesychius, Καλιός: δεσμωτήριον, καὶ ξύλον, ᾧ ἐδέοντο. καὶ οἱ μικροὶ οἶκοι καλιοὶ καὶ καλίδια. De domuncula dixit Epicharmus apud Poll. l. l. τὸν τοῦ γείτονος καλιόν. Sententiam versus Cratinei mirifice mihi pervertisse videtur Fritzschius Quaest. Aristoph. I p. 78. callidum civem, qui in omnes se formas mutet et callidissime temporibus inserviat, a Cratino designari existimans. Sed ita saepenumero vir doctissimus, ne trita incedat via, in avia defertur.

V.

Pollux X 67: προσθετέον δὲ τὰς ἐν Θρᾴτταις Κρατίνου πελίκας ἢ κύλικας ἢ προχοΐδια εἶναι δοκούσας. Quarum interpretationum priorem Pollux e Callistrati in hanc fabulam commentario derivavit. Athenaeus XI p. 495 a. Πελίκαι: Καλλίστρατος ἐν ὑπομνήματι Θρᾳττῶν Κρατίνου ἀποδίδωσι κύλικα. Cfr. interpretes Hesychii vol. II p. 906.

VI.

Τὴν πέρυσι βουλὴν ἐφεστώς.

Priscianus lib. XVIII p. 206 Kr. ἐπιστατήσει ὑμῶν καὶ ὑμῖν. Θεόπομπος Στρατιώτισιν Ἡ Θρασυμάχου δ' ὑμῶν γυνὴ καλῶς ἐπιστατήσει. Πλάτων Νόμων δωδεκάτῳ (p. 949 A) Γυμνικῶν τε καὶ ἱππικῶν ἄθλων ἐπιστάτας. Κρατῖνος Θρᾴτταις Τὴν πέρυσι βουλὴν ἐφεστώς. Ita Putschius. Aldus Ἐρέταις. Leid. Θράπταις. In Cratini versu, qui trochaicus dimeter est, scribendum videtur τῆς — βουλῆς.

VII.

Antiatticista p. 104 18. *Κακόδουλος: Κρατῖνος Θρᾳκὶ* (sic). Pollux III 80: *εὔδουλος ὁ εὖ τοῖς δούλοις χρώμενος παρὰ Φερεκράτει, καὶ τὸ δρᾶμα Δουλοδιδάσκαλος. παρὰ Κρατίνῳ δὲ ὁ κακόδουλος εἴρηται.* Hinc suspicor Cratinum *κακόδουλος* de homine dixisse qui male servis uteretur. Idque ipsum notasse videntur Atticistae, quum *κακόδουλος* proprie de homine dicendum fuisset qui malis servis uteretur. Nam Cratinum hoc nomen pro *κακὸς δοῦλος* posuisse non credibile est.

VIII.

Harpocrat. Lex. rhet. p. 34 22 Bekk. *Ἀρκυωρός — ὁ τὰς ἄρκυς, τουτέστι τὰ λίνα, φυλάττων. ἄρκυς δὲ λέγονται πάντα τὰ κυνηγετικὰ λίνα. Ξενοφῶν Κυνηγετικῷ, Κρατῖνος Θρᾴτταις.* Dubitari potest utrum *ἀρκυωρὸς* an *ἄρκυς* grammaticus e Cratini fabula enotaverit. Prius tamen probabilius. Xenophon utroque usus est in Cynegetico. Vid. II 5. VI 5. De scriptura nominis *ἀρκυωρός* cfr. Kiessling ad Fragmenta Lycurgi p. 61.

IX.

Photius Lex. p. 183 1. *Κύβηβον: Κρατῖνος Θρᾴτταις. τὸν θεοφόρητον. Ἴωνες δὲ μητραγύρτην καὶ γάλλον νῦν καλούμενον. οὕτως Σιμωνίδης.* Ita codicis lectionem *θεόφραστον* correxit ante Porsonum iam Ruhnkenius ad Tim. p. 11. De *κύβηβος* vide Th. Bergkium Comment. p. 92.

X.

Photius Lex. p. 326 19. *Ὀκτώπουν: Κρατῖνος Θρᾴτταις· ὀκτώπουν ἀνεγείρεις. ἀντὶ τοῦ σκορπίον. παροιμία γὰρ „σκορπίον [ὀκτώπουν] ἀνεγείρεις."* Eadem Suidas vol. II p. 676 et omisso Cratini nomine similia Diogen. VIII 8 et Hesychius vol. II p. 1219. Qui etsi omnes in eadem proverbii forma consentiunt, non dubitavi tamen *ὀκτώπουν*

secludere. Proverbium enim illud haud dubie ita fuit conceptum „σκορπίον ἀνεγείρεις." Cratinus autem, ut erat figuratae dictionis amantissimus, pro σκορπίος substituit ὀκτώπους. Illustravit hoc dicendi genus Lobeckius Aglaoph. p. 847 sqq. Cratini exemplum sequutus est Nicander Ther. 605 cancrum dicens ὀκταπόδην.

XI.

Hesychius, Ἀπέφρησαν: ἀφῆκαν. Κρατῖνος Θράσσαις. Musurus Κρατῖνος Θρᾶσυν Codex autem Κρατινοιθρᾶσυ, h. e. Κρατῖνος Θρᾴσσαις, ut monui olim Quaest. scen. I p. 23 sive Hist. crit. p. 55.

XII.

Hesychius, Δίλογχον: τὴν Βένδιν οὕτω Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις ἐκάλεσεν, ἤτοι ὅτι δύο τιμὰς ἐκληρώσατο, οὐρανίαν τε καὶ χθονίαν· λόγχας γὰρ ἐκάλουν τοὺς κλήρους· οἱ δὲ ὅτι δύο φῶτα ἔχει, τὸ ἴδιον καὶ τὸ τοῦ ἡλίου. τὴν γὰρ σελήνην Βένδιν καὶ Ἄρτεμιν νομίζουσι. Rectius scribi Βενδῖς et Βενδῖν grammaticorum testimoniis monstravit Goettlingius doctr. acc. p. 275. Cum Hesychii glossa Lobeckius Aglaoph. p. 500 apte composuit locum Plutarchi de Orac. c. 13: οἱ μὲν ἄστρον γεῶδες, οἱ δὲ Ὀλυμπίαν γῆν, οἱ δὲ χθονίας καὶ οὐρανίας κλῆρον Ἑκάτης προσεῖπον (τὴν σελήνην). Idem de Bendi dixit quaedam Aglaoph. p. 1214. Copiosius eundem locum tractavit Th. Bergkius Comment. p. 76 sqq. cuius disputationi nihil habeo quod addam nisi hoc unum, Bendin a nonnullis Admeti filiam habitam esse. Hesychius, Ἀδμήτου κόρη: Ἑκάτη. τινὲς δὲ τὴν Βένδιν. Quae quo spectent haud obscurum est Dianae cultum apud Pheraeos reputantibus.

XIII.

Hesychius, Συρβηνεύς: Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις. ἤτοι αὐλητὴς (σύρβη γὰρ ἡ αὐλοθήκη) ἢ ταραχώδης. Ad tibia-

rum strepitum, quo Bendidea sacra personabant, traxit Th. Bergkius Comment. p. 91. Notum est proverbium *συρβηνέων χορός tumultuantium chorus*, de quo egit Casaubonus ad Athen. XV p. 697 e. Adde Zenobium VI 1: *συρβήνης* (leg. *συρβηνεὺς*) *χορός: αὕτη τέτακται κατὰ τῶν ἀτάκτων χορῶν*. Quibus similia habent Proverbia Bodl. 857, ubi item minus recte legitur *σύρβηνος χορός*. Ac fortasse hoc ipsum *συρβηνέων χορὸς* Cratinus de impetusso et percito Thressarum mulierum in hac fabula choro dixerat.

XIV.

Scholiastes Aristoph. Vesp. 590: *Εὔαθλος ῥήτωρ συκοφάντης, οὗ μνημονεύει καὶ ἐν Ἀχαρνεῦσι καὶ Ὁλκάσιν*

Οὗτός ἐσθ' ὑμῖν πονηρὸς τοξότης συνήγορος
ὥσπερ Εὔαθλος.

Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ καὶ Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις. De Euathlo dixi nonnulla Hist. crit. p. 180, plura Th. Bergkius Comment. p. 97 sqq.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΙΝΑΙ.

Diogenes Laert. I 89: *Κλεόβουλος Εὐαγόρου Λίνδιος, ὡς δὲ Δοῦρις, Κάρ. ἔνιοι δὲ εἰς Ἡρακλέα ἀνέφερον τὸ γένος αὐτοῦ· ῥώμῃ δὲ καὶ κάλλει διαφέρειν — γενέσθαι τε αὐτῷ θυγατέρα Κλεοβουλίνην, αἰνιγμάτων ἑξαμέτρων ποιήτριαν, ἧς μέμνηται καὶ Κρατῖνος ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, πληθυντικῶς ἐπιγράψας*. De argumento et consilio huius similiumque fabularum dixi Hist. crit. p. 277. Cfr. Th. Bergkium Comment. p. 112 sqq. qui de Cleobulinae aenigmatis doctissime disseruit. Sed quod idem coniicit p. 121 contra tragicae artis corruptelam a Callia profectam Cratinum Cleobulinas docuisse, ut luculento exemplo ostenderet, quantopere artificiosa illa compositio et ludicra orationis

conformatio ab antiquae tragoediae dignitate et magnificentia aliena esset, id igitur aliquanto plus est quam quod ex paucis et exiguis huius fabulae fragmentis efficias. Aenigmatum indicia habent Fragm. III. VI. VII.

I.

— — *Ἀκέστορα γὰρ ὅμως εἰκὸς λαβεῖν*
πληγάς, ἐὰν μὴ συστρέφῃ τὰ πράγματα.

Scholiastes Aristoph. Av. 31: *οὗτός ἐστιν Ἀκέστωρ τραγῳδίας ποιητής. ἐκαλεῖτο δὲ Σάκας διὰ τὸ ξένος εἶναι. Σάκαι γὰρ Θρᾷκές εἰσιν· Θεόπομπος δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Σάκαν προσηγόρευσεν Τισαμενῷ. ὁ δ' αὐτὸς καὶ Μυσὸν ἐκάλεσεν. εἰς δὲ τὴν ποίησιν αὐτὸν κεχλευάκασι, Καλλίας μὲν ἐν Πεδήταις — Κρατῖνος δὲ ἐν Κλεοβουλίναις· Ἀκέστορα γὰρ κτλ.* Ita enim recte corrigunt editum *Κλεοβούλοις*. Versum primum Th. Bergkius Comment. p. 123 ita supplebat *Ἀκέστορ' ἐστὶ τἄρ' ὅμως* etc. melius Bentleio, post *ὅμως* inserente *Σάκαν*. Equidem satius duxi lacunam in versus initio indicare, quamquam ictus in ultima syllaba nominis *Ἀκέστορα* nonnihil offensionis habet. — Vs. 2 legebatur *συστρέψῃ*, quod correxi Quaest. sc. I p. 54. Idem Bentleio placuisse ex postea editis eius ad Kusterum epistolis cognitum est. Quid sit *τὰ πράγματα συστρέφειν* in poeta tragico nescio an e cognatis locutionibus *συστροφὴ τοῦ λόγου, συστρέφειν τὴν λέξιν* et similibus colligi possit, quae de concinna orationis brevitate dici constat. Vid. Ernesti Lex. rhetor. p. 335. Itaque *συστρέφειν τὰ πράγματα* significare videtur actionem et argumentum fabulae rotundare et suis finibus circumscribere, ne temere diffluat et extra terminos vagetur. Th. Bergkio Cratinus tortuosam et obscuram poesin, qua et alii tragici et Acestor tunc maxime delectati sint, reprehendere videbatur. Vid. Comment. p. 119 sq.

II.

Ἐπέδωκε βαλάνων ἄβακα τῶν ἐκ Φελλέως.

Pollux X 105: *ἄβακα δ' εἰ βούλοιό τι τῶν τοῦ μαγείρου σκευῶν καλεῖν, προσχρηστέον σοι Κρατίνῳ ἐν Κλεοβουλίναις λέγοντι· Ἐπέδωκε βαλάνων ἄβακα τῶν ἐκ Φιττέως.* Kuhnius tentabat *Πιτθέως*. Sed recte Bentleius Epist. ad Hemsterh. p. 63. V. Ruhnkenium ad Tim. p. 192 cll. Elmsleio ad Aristoph. Acharn. 273. Verba *βαλάνων ἄβακα* rursus attigit Pollux VI 86: *ταῦτα δὲ ὅσα κατὰ φιάλας ἀνεπέπτατο, καὶ κάναστρα καλούμενα εὑρεῖν ἔστι παρὰ Νικοφῶντι τῷ κωμικῷ, ὡς καὶ παρὰ Κρατίνῳ βαλάνων ἄβακα.* Itaque *ἄβαξ* de lance plana et patula intelligendum, qualis phialarum forma erat.

III.

Ἔστιν ἄκμων καὶ σφῦρα νεανίᾳ εὔτριχι πώλῳ.

Hephaestio Enchir. I 3 p. 17: *ἐδείξαμεν ἔτι καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Κρατίνῳ πολλάκις οὖσαν* (correptionem syllabae ante mutam et liquidam), *ὡς ἐν Κλεοβουλίναις Ἔστιν ἄκμων κτλ.* D'Orvillius comparat Homericum *ἄκμονά τε σφῦράν τ' εὐποίητόν τε πυράγρην* Odyss. γ' 434. Pro *πώλῳ* ed. Flor. et duo codd. *πώπῳ*, unus *πόλῳ*. Sententiam aenigmatis non perspicio. An obscenus latet sensus, ut *ἐρεσσόμενος καὶ ἐρέσσων* intelligendus sit? Ita *πῶλος*, quod de puellis frequentissimum est, de puero vel adolescente dictum esset. Hesychius, *Πῶλος: ἑταίρα· πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷον Ἀφροδίτης πώλους. τοὺς νέους, καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους.*

IV.

Ἐκβάλλοντες τῆς αἴθης πέπλους.

Hesychius, *Αἰθὴς πέπλος. Κρατῖνος Κλεοβουλίναις· ἐκβάλλοντες τῆς αἴθης πέπλους.* Proverbia Bodl.

62. *Αἴθης πέπλος: ἐπὶ τῶν ἐκκαιόντων καὶ στάσεις καὶ διαβολὰς ἐγειρόντων, παρ' ὅσον ἡ Δηϊάνειρα πέπλον ἔπεμψε τῷ Ἡρακλεῖ, ὑφ' οὗ καυθεὶς διεφθάρη.* Similia afferunt Diogen. I 31 et Zenobius I 33. Qui omnes consentiunt in *αἴθης πέπλος*, pro quo recte Hesychii codex *αἰθὴς πέπλος*. Corrupte Arsenius Viol. p. 33: *Αἴθεις ἐν πέπλῳ καὶ αἴθων* (apogr. Dresd. *αἴθης*) *πέπλος: ἐπὶ τῶν στάσεις ἐγειρόντων καὶ ὑπεκκαιόντων.* Hesychii glossam recepit Phavorinus, ubi pro *ἐκβάλλοντες* legitur *ἐμβάλλοντες*, pro quo fortasse scr. *ἐπιβάλλοντες*. Pro *τῆς αἴθης* recte Alberti *τοὺς αἴθεις* sive potius *αἰθεῖς*. Cratinus de seditioso homine dixisse videtur [*Δήμῳ τὸν*] *ἐπιβάλλοντα τοὺς αἰθεῖς πέπλους*, *ardentes illas tunicas populo iniicientem.*

V.

Zenobius Prov. V 14. *Μύλος* (*Μύλλος*) *πάντ' ἀκούων: αὕτη τέτακται ἐπὶ τῶν κωφότητα προσποιουμένων καὶ πάντα ἀκουόντων. Μέμνηται αὐτῆς Κρατῖνος ἐν Κλεοβουλίναις. ἔστι δὲ καὶ κωμῳδιῶν ποιητὴς Μύλος.* De Myllo (ita enim rectius scribitur) vide Hist. crit. p. 26.

VI.

Photius Lex. p. 515 23. *Σκάλωψ: ὁ σπάλαξ. ἐν Κλεοβουλίναις Κρατῖνος.* Rectius scribitur *σκάλοψ*, ut apud Aristoph. Acharn. 879 et Etymol. M. p. 715 27 aliosque scriptum reperio.

VII.

Photius Lex. p. 645 8. *Φέροικος: ἐν Κλεοβουλίναις. ζῷον ὅμοιον γαλῇ, λευκόν, φωλεῦον ἐν ταῖς ῥίζαις τῶν δρυῶν, βαλανηφάγον, οὕτω καλούμενον.* Quibus verbis quod animalculum significetur, non meum est quaerere. Alios, in his Hesiodum, *φερέοικον* pro cochlea dixisse constat, alios pro testudine. V. Intpp. Hesychii vol. II p. 1500. Cochleae *domiportae* apud Cicer. Divin. II 64 iam Runkelius admonuit. Cfr. Th. Bergkii Comment. p. 121.

VIII.

Athenaeus IV p. 171 b: *παροψωνεῖν δ' ἔφη Κρατῖνος ἐν Κλεοβουλίναις οὕτως.* Statuunt excidisse Cratini locum, quod non necessarium est. V. Schweighaeuserus ad Athen. p. 654 a. et Dobraeus Adv. II p. 356.

IX.

Scholiastes Aristoph. Thesm. 389: *καὶ παρὰ Κρατίνῳ ἐστὶν ἐν Κλεοβουλίναις τὸ ἐπισμῇ. ἔστι δὲ λοιδορία, ἀπὸ τοῦ καθάπτεσθαι τῶν σμωμένων.* Postrema obscura sunt. Aristophanis versus hic est, *τί γὰρ οὗτος ἡμᾶς οὐκ ἐπισμῇ τῶν κακῶν;* Quae satis docent quo sensu *ἐπισμῆν* Cratinus dixerit, ad cuius locum more suo spectat Hesychius, *Ἐπισμῇ: ἐπιτρίβει — λοιδορεῖ, πλήττει.* Ita enim legendum ex codice.

X.

Pollux VII 41: *ἔοικε δὲ καὶ τὸ ἰποῦν καὶ ἰποῦσθαι ἐπὶ τοῦ ἀποθλίβεσθαι καὶ πιέζεσθαι κναφεῦσι προσήκειν, οὐκ ἄντικρυς μὲν ἐπὶ τούτου εἰρημένον, ὑποδηλούμενον δέ·*

Δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην,
ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς,

Κρατῖνός πού φησι. καὶ ἶπον μὲν ἐν Κλεοβουλίνῃ. καὶ Ἀρχίλοχος δ' ἔφη· κέαται ἐν ἶπῳ. Pro *Κρατῖνος* cod. Falk. habet *Ἀριστοφάνης*, cuius sunt illi versus Equit. 920. Eos Aristophanem Cratino surripuisse praeter Casaubonum et Brunckium statuit Meierus Ind. lectt. aest. 1832 p. 4. Sed noli dubitare quin scripserit Pollux, *Ἀριστοφάνης πού φησί. καὶ Κρατῖνος ἰποῦμεν ἐν Κλεοβουλίναις. καὶ Ἀρχίλοχος δ' ἔφη· κέαται δ' ἐν ἶπῳ.* Ad eundem Cratini locum refero Hesychii glossam, *Ἱπποῦμεν: πιέζομεν.* Corrige *ἰποῦμεν.*

Λ Α Κ Ω Ν Ε Σ.

Φοβερὸν ἀνθρώποις τόδ' αὖ
κταμένοις ἐπ' αἰζηοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

Clemens Alexandr. Strom. VI p. 738 25 (263): *Πάλιν δ' αὖ Ὁμήρου* (Odyss. χ' 412) *εἰπόντος „οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι", Ἀρχίλοχός τε καὶ Κρατῖνος γράφουσιν, ὁ μὲν „οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν", Κρατῖνος δὲ ἐν τοῖς Λάκωσι· Φοβερὸν ἀνθρώποις κτλ.* Ingeniosa et fortasse vera est Iacobsii Animadv. Anal. Brunck. I p. 164 coniectura *φθονερὸν* pro *φοβερὸν* scribentis. In fine versus Grotius Exc. p. 489 *τόδε* scribebat pro *τόδ' αὖ*. Sed aliud quid latere videtur. Aoristo *κτάσθαι* vix alius atticorum poetarum usus est; nec *αἰζηός* in vulgari sermone usitatum fuit. Ceterum num recte Cratino fabula *Λάκωνες* inscripta tribuatur vehementer nunc dubito. Ac dubitat etiam Th. Bergkius Comment. p. 130. Si illa a Lacedaemonio dicta fuisse statuas, non male opinor verba *ἐν τοῖς Λάκωσι* cum Cratini fragmento coniungas, ut apud Lacedaemonios res plena invidiae fuisse dicatur de occisis gloriari. Ita igitur hic locus scribendus est:

Ἐν τοῖς Λάκωσι φθονερὸν ἀνθρώποις πέλει
κταμένοις ἐπ' αἰζηοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

Ac fortasse etiam in poetae nomine erratum et in Cratini locum *Καρκίνος* substituendum est.

Μ Α Λ Θ Α Κ Ο Ι.

I.

Παντοίοις γε μὴν κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρέπτομαι,
λειρίοις, ῥόδοις, κρίνεσιν, κοσμοσανδάλοις, ἴοις,
καὶ σισυμβρίοις, ἀνεμωνῶν κάλυξί τ' ἠριναῖς,
ἑρπύλλῳ, κρόκοις, ὑακίνθοις, ἑλιχρύσου κλάδοις,

οἰνάνθῃσιν, ἡμεροκαλλεῖ τε τῷ φιλουμένῳ,
ἀνθρύσκου φόβῃ, * * * * *
τῷ τ' ἀειφρούρῳ μελιλώτῳ κάρα πυκάζομαι,
καὶ δὴ κύτισος αὐτόματος παρὰ Μέδοντος ἔρχεται.

Athenaeus XV p. 685 d. de floribus coronariis disserens: *καὶ Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς· Παντοίοις γε μὴν κτλ.* Versus hos ex parabasi petitos esse et a coryphaeo caput variis floribus redimito recitari statuit Th. Bergkius Comment. p. 125. Vera haec puto, nisi quod praesentia tempora *ἐρέπτομαι πυκάζομαι* et *ἔρχεται* indicare videntur, eum qui haec recitat nunc ipsum in ornando coronandoque capite occupatum esse. Respicit eosdem versus Pollux VI 106: *τὰ δὲ ἐν τοῖς στεφάνοις ἄνθη, ῥόδα, ἴα, κρίνα, σισύμβρια, ἀνεμῶναι, ἕρπυλλος, κρόκος, ὑάκινθος, ἑλίχρυσος, ἡμεροκαλλές, ἑλένειον, θρυαλλίς, ἀνθρίσκος* (sic), *ναρκισσος, μελίλωτον, ἀνθεμίς, παρθενὶς καὶ τἄλλα, ὅσα τοῖς ὀφθαλμοῖς τέρψιν ἢ ῥισὶν ἡδεῖαν ὄσφρησιν ἔχει. Μέμνηται δὲ τῶν πλείστων Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς, ὥσπερ καὶ κοσμοσανδάλου καὶ μίλου, ὅπερ ἦν τῆς μίλακος ἄνθος.* Vs. 2 *κρίνεσι* Porsonus apud Dobraeum ad Nub. 518 pro *κρίνοις*. Athen. l. l. p. 681 b: *κοσμοσανδάλων δὲ μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς διὰ τούτων· Κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρέπτομαι, λειρίοις, ῥόδοις, κρίνοισι, κοσμοσανδάλοις.* Ita libri. — Vs. 3 *κάλυξί τ'.* Porsonus *κάλυξιν*. — Vs. 4 *ὑακίνθοις*. Porsonus *ὑακίνθοισι*. Vulgo *ὑακίνθῳ*. Ego Dindorfium sequutus sum. Et sic Athenaeus l. l. p. 681 a. de *ἑλιχρύσῳ* agens: *Κρατῖνος δ' ἐν Μαλθακοῖς φησιν „ἑρπύλλῳ, κρόκοις, ὑακίνθοις, ἑλιχρύσου κλάδοις."* In eiusmodi versibus recte muta cum liquida positionem facit. Ita ipse Cratinus dixit Troph. I *ἐρυθρόχρων*, secunda syllaba producta. — Vs. 5. Athenaeus l. l. p. 501 e: *τοῦ ἡμεροκαλλοῦς καλουμένου ἄνθους, ὃ τὴν μὲν νύκτα μαραίνεται, ἅμα δὲ τῷ ἡλίῳ ἀνατέλλοντι θάλλει, μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς λέγων οὕτως „ἡμεροκαλλεῖ τε τῷ φιλουμένῳ.* — Vs. 6 *ἀνθρύσκου*. Schweig-

haeuserus pro ἀνθρυσκίσσου (A) vel ἀνθρυσκίσκου (P). Idem lacunam indicavit. Th. Bergkius l. l. p. 123 Pollucis loco fretus ingeniose tentabat:

ἀνθρύσκου (vel ἀνθρύσκῳ) * * * * *
ναρκίσσου φόβῃ θ', ἐλενείῳ τε καὶ θρυαλλίδι,
τῷ τ' ἀειφρούρῳ κτλ.

Vs. 7 ἀειφρούρῳ h. e. semper virenti, docente Hesychio, Ἀείφρουρος: ἀεὶ διαμένων. ἀειθαλής. Σοφοκλῆς Τηλέφῳ. Ita enim haec emendavit Porsonus. — Vs. 8 pro καὶ δὴ vulgo καὶ. Porsonus κἀμοί, quod vix aptum hoc loco. Hermannus Doctr. metr. p. 685 καὶ γάρ. Melius Bergkius l. l. καί μοι. Ipse scripsi καὶ δή. Tum vulgo παραμέδοντος. Porsonus παρὰ μέδοντος. Nostrum Dobraeus.

II.

Τίς ἄρ' ἐρῶντά μ' οἶδεν, ὦ Γνήσιππ', ἐγὼ πολλῇ χολῇ.
οἴομαι γὰρ μηδὲν οὕτως μωρὸν εἶναι καὶ κενόν.

Athenaeus XIV p. 638 e: Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιαγράφου τῆς ἱλαρᾶς μούσης — Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς Τίς ἄρ' ἐρῶντά μ' οἶδεν κτλ. — Vs. 1 Dalecampius ἐρῶντα. Libri ἔρωτα. Pro οἶδεν Hermannus εἶδεν. Tum idem: Β. ἐγὼ οὔ. πολλὴ σχολή. Dobraeus Advers. II p. 348: Γνήσιππέ πω; πολλὴ χολή, allato Aristoph. Ran. 4 πάνυ γάρ ἐστ' ἤδη χολή. Sed πω sic positum quis ferat? — Vs. 2 γὰρ addidit Grotius. Pro μηδὲν fortasse μηδέν', ut iam alii voluerunt. Sed locus perquam obscurus est.

III.

Athenaeus III p. 111 e: ἄρτου δ' εἶδός ἐστι καὶ ὁ ἀποπυρίας καλούμενος, ἐπ' ἀνθράκων δ' ὀπτᾶται. καλεῖται δ' οὗτος ὑπό τινων ζυμίτης. Κρατῖνος Μαλθακοῖς „πρῶτον ἀποπυρίαν ἔχω ζυμιταμιάδου πλέους κνέφαλλον." Cod. A ζυμηταμιαδου sine accentu. Casaubonus inter alia tentat ζυμίταν μὰ Δί' οὐ πλέων κεκρύφαλον vel ἔμπλεων γναφάλων, acerosum panem significari

existimans. Pro *πλέους* B habet *πλέον* Fortasse igitur scribendum:

πρῶτον ἀποπυρίαν ἔχω
ζυμίταν μὰ Δί' οὐ πλέον γναφάλλων.

Quorum versuum primus non integer servatus est: videtur autem aut iambicis aut trochaicis numeris scriptus fuisse. Alter est hendecasyllabus, qualis infra Fragm. inc. fab. XX. Ac ne *ζυμίτην* et *πλέων* desideres, suspicor haec ab homine Doriensi pronunciata esse. *Γναφάλλων*, non autem *κνεφάλων* hoc loco olim lectum fuisse docet locus Herodiani de dict. solit. p. 39 24 de nomine *κνέφαλλον* disserens: *ὥστε καὶ ἀντίθεσις ἐγένετο τοῦ ᾱ εἰς ε̄, ἐπεὶ παρὰ τὸ κνάφος ἐγένετο. εἰσὶ μέντοι οἳ καὶ διὰ τοῦ γ̄ γράφουσιν. ἐν τισιν*) ἐν μαλακροῖς Κρατίνου περιφύλαξε Σύμμαχος.* Ubi Blochius *Μαλθακοῖς* et *παρεφύλαξε* corrigit; sed praeterea pro *ἀντίθεσις* scribendum videtur *μετάθεσις*. Usus igitur Cratinus est forma *γνάφαλλον*, quod et ipsum documento est Doriensem haec hominem locutum esse. Ut enim veteres Attici constanter dixerunt *κνάπτειν* et *κναφεύς*, non autem *γνάπτειν* et *γναφεύς* (v. Dobraeus ad Arist. Plut. 166), ita eosdem *κνάφαλλον* vel *κνέφαλλον*, non autem *γνάφαλλον* vel *γνέφαλλον* dixisse consentaneum est.

IV.

Ἀμοργὸν ἔνδον βρυτίνην νήθειν τινά.

Hesychius, *Βρυτίνη: ἐν Μαλθακοῖς· Ἀμοργὸν ἔνδον βρυτίνην νήθειν τινά. ἔπαιξε πρὸς τὸ πόμα τὸ βρύτινον· ἔστι δὲ καὶ ζῷον βρῦτον, ὅμοιον κανθάρῳ, καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ βρύτινον πήνισμα, ὅπερ ὑπ' ἐνίων βομβύκινον λέγεται.* Haec ad Cratini Malthacos pertinere primus omnium vidit Salmasius ad Tertull. de Pall. p. 197. qui pro *νήθειν* tacite scripsit *νήθει*. Versus in codice ita scriptus est: *ἄμοργον*

---

*) H. e. *ἐν τισιν ἀντιγράφοις*. Anecd. Bekk. p. 440 30: *ἐν τισι δὲ ὥσπερ παρνόπων γράφεται.*

ἔνδον βρύτινην νίθειν τινά. Qui si recte emendatus legitur apud Musurum, ἀμοργὸς de lino intelligendum est. Pausanias apud Eustath. ad Dionys. Perieg. 525: Ἀμοργός: ὅμοιον βύσσῳ. Itaque sensus esset: *intus aliquam nere linum byssinum*, sive malis *bombycinum*. Sed vereor ne illud ἀμοργὸς Pausaniae ex ἀμοργὶς corruptum sit; et aegre neges si contuleris grammaticorum testimonia apud Barkerum ad Etymol. M. p. 732 sqq. Neque intelligitur, si de bysso agitur in Cratini loco, quo sensu comicus ita ad βρύτινον πόμα allusisse dicatur a glossographo. Ita enim legitur in codice, non quod Musurus temere invexit πήνισμα. Ipse Hesychius paullo infra, Βρυττόν: πᾶν τὸ ἐκ τρυφῆς ποτόν. Quae ita corrigo, Βρῦτον: πᾶν τὸ ἐκ τρύγης ποτόν. Aretaeus Capp. I 9 p. 8 τὸ τῶν βρυτέων πῶμα commemorat. Galenus vol. VI p. 342 Chart. τὸ γάρ τοι τῶν βρυτίων ἀπόβρεγμα τρύγα καλοῦσιν, ὅπερ αὖ πάλιν οἱ ἀττικίζοντες ὀνομάζουσι δευτερίαν. Itaque probabile est non de veste aliqua, sed de potu agi in Cratini loco. Proinde nescio an versus ita scribendus sit:

Ἄμοργιν ἔνδον βρυτίνην ἠθεῖν τινα.

Ἀμόργη sive ἄμοργις *amurca* proprie de aquatili olivarum humore dicitur, v. Schneiderum ad Caton. R. R. 99 p. 154. Idem nomen ad vini faecem fuisse translatum docet Etymol. M. p. 129 13: ἀμόργη ἐκ τοῦ ἀμέργω γίνεται. σημαίνει δὲ δύο, τὴν ὑποστάθμην τοῦ ἐλαίου καὶ τὴν τρύγα τοῦ οἴνου. Nec dubito quin de cuiusvis generis sedimento dictum fuerit. Itaque ἀμόργην βρυτίνην ludibundus poeta de pingui et crasso hordacei potus humore dixisse videtur. Hunc igitur potum nescio quis eliquare seu percolare iubetur. Plane enim non dubito quin ἠθεῖν scribendum sit pro codicis lectione νίθειν. Ita ut alia mittam Geopon. XVIII 18: ἀμόργη ἄναλος διηθεῖται. Ac ne de forma ἄμοργις dubites, disertim eam commemorat Arcadius sive potius Herodianus de Acc. p. 29 22: ἔτι τὰ εἰς ις πολυσύλλαβα (ὀξύνεται), στρατηγὶς ἀλουργίς. τὸ δὲ ἄμοργις, ἡ ὑποστάθμη, βαρύνεται. Suidas I p. 142. Ἀμοργίς: κυ-

ρίως ἡ λευκοκαλάμη, ἐξ ἧς γίνεται ἐνδύματα ἀμόργινα λεγόμενα. ἢ ἡ τοῦ ἐλαίου ὑποστάθμη, καὶ ἡ τρὺξ τοῦ οἴνου. Ubi Kusterus „confundit hic Suidas duas voces, ἀμόργη et ἀμοργίς." Immo confundit ἀμοργίς, ἰδος, *linum amorginum*, et ἄμοργις, εως, *olei sedimentum*. In loco Arcadii post ἀλουργὶς fortasse excidit ἀμοργίς. Apud Aristophanem Lys. 735 sqq. ambigue in utroque nomine luditur:

τάλαιν' ἐγώ, τάλαινα τῆς ἀμόργιδος
ἣν ἄλοπον οἴκοι καταλέλοιπα.

(leg. ἀμοργίδος). Ad quae Lysistrata obsceno sensu dicit:

αὕτη 'τέρα
ἐπὶ τὴν ἄμοργιν τὴν ἄλοπον ἐξέρχεται.

V.

Λευκοὺς ὑπὸ ποσσὶν ἔχων πίλους.

Pollux VII 171: οὐ μόνον δὲ ὁ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν ἐπιτιθέμενος πῖλος οὕτως ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ καὶ ὁ περὶ τοῖς ποσίν, ὡς δηλοῖ Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς λέγων „Λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους." In his Μαλθακοῖς pro Μαλακοῖς e cod. Iungerm. emendatum. Tum pro λέγων cod. Kuhn. λαών, et in Cratini loco κακοὺς pro λευκοὺς et εἶχε pro ἔχων. Idem Pollux X 50: τοὺς δὲ περὶ τοῖς ποσὶ πίλους οὐ Πλάτων μόνον ἐν Συμποσίῳ φήσας „ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας," ἀλλὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς „Λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους." ἔξεστι δὲ εἰπεῖν καὶ πλεκτοὺς πίλους. Ita enim haec e codice emendata sunt. De albis istis, quibus molles et effeminati homines utebantur, udonibus commode T. H. attulit Lucianum praec. rhet. vol. III p. 16: ἡ ἐμβὰς Σικυωνία πίλοις τοῖς λευκοῖς ἐπιπρέπουσα. Cfr. Musonius Stobaei Flor. I 84: χεῖράς τε καὶ πόδας περιδέσει πίλων ἢ ὑφασμάτων τινῶν μαλακύνειν. Ceterum in Cratini versu ποσσὶν scripsi pro ποσίν. De epicis formis in anapaesticis versibus comicorum admonui olim Quaest. scen. II p. 25, ubi attuli ex Anaxilae Lyropoeo apud Athen. XII p. 548 c: Ἐφεσήϊα γράμματα

καλά, et ex Platonis Symmachia apud Hermiam in Plat. Phaed. p. 90: *κἂν μὲν πίπτῃσι τὰ λεύκ' ἐπάνω.* Quae forma etiam Aristophani reddenda Av. 567, ubi non sine gravi corruptela legitur *ἢν δ' Ἡρακλέει θύῃ τις βοῦν, λάρῳ ναστοὺς μελιτοῦττας.* Recte libri *βοῦν* omittunt et post *ναστοὺς* inferunt *θύειν*. Scribendum igitur:

ἢν δ' Ἡρακλέει θύῃσι, λάρῳ ναστοὺς θύειν μελιτοῦττας.

Ex eodem genere est *κατένασθεν* apud Aristoph. Vesp. 662. *κοὔπω πλείους ἐν τῇ χώρᾳ κατένασθεν.* Item *ἐνέπω* apud Axionicum Athenaei VIII p. 342 b. *τίνα τῷδ' ἐνέπω τὴν σκευασίαν*, et *προβᾶν* pro *προβαίνειν* apud Cratinum Legibus: *σκήπτροισιν ἄκασκα προβῶντες*, et *ἠδὲ* apud Eupolin Plutarchi Symp. p. 662 f. *κύτισόν τ' ἠδὲ σφάκον εὐώδη*, de quo dixi Curis crit. p. 59. Huic simillimum est quod Aristophani Lys. 589 recte Dindorfius restituit *ἠέ*. Ex eodem genere est productio ante mutam cum liquida apud Cratinum in Plutis II 3: *Αἰγιναῖαι κατεβέβληντο δρυπετεῖς*, cui multa similia adiicere possem.

VI.

Stephanus Byz. s. v. *Ἰβηρία* p. 410 sive apud Constantinum Porphyrog. de adm. imp. 23: *Ἴβηρ Ἴβηρος ὁ Ἴβηρος, ἀφ' οὗ παρὰ Κουαδράτῳ ἐν Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος ε̄ ἐστὶν Ἰβήροισιν, οὕτω „καίτοι Λίγυσί θ' ἅμα καὶ Ἰβήροισι πολεμέοντες." Τὸ αὐτὸ καὶ Ἅβρων ἐν παρωνύμοις φησί. καὶ „αὐτὸς Ἴβηρος τραγοπώγων" ἐν Μαλθακοῖς εἴρηται Κρατίνου.* Videntur haec verba in fine anapaestici versus tetrametri posita fuisse; *αὐτὸς* fortasse corruptum est. De Iberibus Atheniensium mercenariis constat ex Thucyd. VI 90. Cfr. Th. Bergkii Comment. p. 343.

VII.

Etymol. M. p. 482 22: *Κάβαισος: ὁ ἄπληστος, διὰ διφθόγγου. προπαροξύνεται. παρὰ τὸν καβόν, ὅ ἐστι μέτρον σιτικόν. Κρατῖνος Μαλθακοῖς. ἔστι δὲ κύριον πεποιημένον παρὰ τὴν αἶσαν* (?). Nomen igitur hoc fictum

est a Cratino ad significandam nescio cuius voracitatem. Similia habent Photius et Hesychius s. v. *κάβαισος*, omisso tamen Cratini nomine. Cfr. Pollux VI 43: *κάβαισον δὲ ἐκάλουν τὸν περὶ τὴν τροφὴν ἄπληστον, ὥσπερ οἱ νῦν τὸν πολυπότην πίθον.* De Hebraeorum mensura *Kab* vide Iosephum Archaeol. III 6 6. Cfr. Prov. Coisl. p. 144 B *κάβος: εἶδος μέτρου. καὶ παροιμία Κάβος κάβου* (?). Quod autem *Κάβαισος* per diphthongum scribendum esse dicit Etymologus, fecit id, credo, ut nomen illud a *Καβασσός*, quod Cappadociae oppidum fuit, distingueret.

VIII.

Photius Lex. p. 185 21. *Κυλλοῦ πήραν: ἡ Πήρα χωρίον πρὸς τῷ Ὑμηττῷ, ἐν ᾧ ἱερὸν Ἀφροδίτης, καὶ κρήνη ἐξ ἧς αἱ πιοῦσαι εὐτοκοῦσιν καὶ αἱ ἄγονοι γόνιμοι γίνονται. Κρατῖνος δὲ ἐν Μαλθακοῖς Καλιὰν* (Suidas II p. 394 *Καλλίαν*) *αὐτὴν φησίν. οἱ δὲ Κολλοπήραν. τάττεται δ' ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν τὴν φύσιν βιαζομένων ἐξ ἐπιτεχνήσεως.* In his verba *Καλιὰν αὐτὴν φησίν* in codice a correctore addita esse monuit Dobraeus; post *Κολλοπήραν*, pro quo Suidae codd. *Κύλλου πήραν* habent, demidiatum versum in codice deesse annotavit idem. Quae lacuna quomodo explenda sit docet Hesychius v. *Κύλλεια: χωρίον δασύ, ὅπερ διαφόρως προσαγορεύουσιν, οἱ μὲν Κάλλιον, οἱ δὲ Κυλίαν, ἄλλοι Κυλύπεραν.* Quamquam et haec corrupta esse intelligitur. Cratinum nomine *Κύλλος* usum esse in hac fabula docet Herodianus *περὶ μονήρους λέξ.* p. 11 16. *κάλλος: τὰ εἰς ος λήγοντα δισύλλαβα βαρύτονα ἔχοντα δισσὸν τὸ λ οὐ θέλει εἶναι οὐδέτερα. Κύλλος* (ita Dind. Fragm. Arist. p. 129 pro *ὕλλος*) *τὸ κύριον, οὗ μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς.* Hinc coniicias apud Photium, omissis illis *Καλιὰν αὐτὴν φησί*, scribendum esse *Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς οἶδε Κύλλου πήραν.* De accentu nominis *Κύλλος* admonuit etiam auctor Proverb. Bodl. 571 p. 67 E et Arcadius p. 56 23.

IX.

Herodianus περὶ μονήρους λέξ. p. 8 33 de nominibus in νος desinentibus: Τισαμενός, Δεξαμενός, Ἀκεσαμενός, Κλαυσαμενός· καλεῖται δὲ ἐν μαλακοῖς. Ἀγχομενός· γενναῖα βοιώτιος ἐν Ἀγχομενοῦ, Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς. Φαμενός, Σοφοκλῆς Μάντεσι „ξουθὸς Φαμενὸς Τειρεσίου παῖς." Recte Blochius Μαλθακοῖς. Cratini nomen addi non necesse est. V. Fragm. IV. Pro Κλαυσαμενός, quoniam id non ut reliqua nomina ab Herodiano commemorata, a verbo medio descendat, Th. Bergkius Comment. p. 129 suspicatur Κλαυσομενός Sed etiam κλαίομαι in usu fuisse docet Aeschylus Sept. c. Theb. 914 Blomf.

X.

Choeroboscus Crameri Anecd. IV p. 416. Bekkeri Anecd. p. 1295: εὕρηται δὲ καὶ μετὰ τοῦ σ οἶσθας, ὡς παρὰ Κρατίνῳ ἐν Μαλθακοῖς. Vide ad Menandri Fragm. p. 122.

XI.

Epimerismi Homer. p. 363 21: παρὰ δὲ Ἀττικοῖς μάλιστα ἐπὶ πρώτου προσώπου ἡ παρὰ (πάρα) ἀντὶ τοῦ πάρειμι· Κρατῖνος Μαλθακοῖς· καὶ Ἕρμιππος Στρατιώταις Τίς ἐσθ' ὁ πωλῶν τἀνδράποδ'; ὅδ' ἐγὼ πάρα.

Ν Ε Μ Ε Σ Ι Σ.

I.

Ὄρνιθα τοίνυν δεῖ σε γίγνεσθαι μέγαν.

Athenaeus IX p. 373 c: Ὀρνίθια δ' εἴρηκε Κρατῖνος ἐν Νεμέσει (Fragm. III. IV). ἐπὶ δὲ τοῦ ἀρσενικοῦ οὐ μόνον ὄρνιν, ἀλλὰ καὶ ὄρνιθα. ὁ αὐτὸς Κρατῖνος ἐν τῷ αὐτῷ δράματί φησιν „Ὄρνιθα φοινικόπτερον." καὶ πάλιν Ὄρ-

νιθα κτλ. Apertum est haec ad Iovem dici Nemesis amore incensum. Facit huc Eratosthenes Catast. 25 p. 20: λέγεται τὸν Δία ὁμοιωθέντα τῷ ζώῳ τούτῳ (cycnum dicit), Νεμέσεως ἐρασθῆναι, ἐπεὶ αὐτὴ πᾶσαν ἤμειβε μορφὴν ἵνα τὴν παρθενίαν φυλάξῃ, καὶ τότε κύκνος γέγονεν· οὕτω καὶ αὐτὸν ὁμοιωθέντα τῷ ὀρνέῳ τούτῳ καταπτῆναι εἰς Ῥαμνοῦντα τῆς Ἀττικῆς κἀκεῖ τὴν Νέμεσιν φθεῖραι· τὴν δὲ τεκεῖν ᾠόν, ἐξ οὗ ἐκκολαφθῆναι καὶ γενέσθαι τὴν Ἑλένην, ὥς φησι Κρατῖνος ὁ ποιητής. Ita enim pro Κράτης correxit Valcken. ad Eurip. Phoen. 447. Ex Eratosthene profecit scholiasta German. Phaen. 273. *Cycnum dicunt inter astra constitutum eo quod Iupiter in cycnum transfiguratus evolaverit in Rhamnunta Atticae regionis ibique compresserit Nemesin, quae et Leda dicitur, ut refert Crates tragoediarum scriptor, quae enixa est ovum, unde nata est Helena.* Ubi legendum esse *Cratinus comoediarum scriptor*, iam olim monui, firmante nunc codice Berol. in quo perspicue *Cratinus* scriptum est. Praeterea nescio an haec verba eo quo apud Eratosthenem leguntur loco transponenda sint. Vix enim credibile est Cratinum Ledam et Nemesin inter se confudisse. Nam quod sequenti fragmento non Nemesis, sed Leda illud ovum excludere iubetur, etiam alios rem ita narrasse constat, ut quod Nemesis pepererit ovum, id postea Spartam allatum a Leda exclusum sit. V. Apollod. III 10 7. Hygin. Astr. VIII p. 374. Schol. Callim. Dian. 232. Itaque Cratinus rem ita videtur instituisse. Iuppiter Nemesin deperiens in cycnum mutatus Rhamnuntem avolat et cum Nemesi congreditur. Nemesis exactis mensibus parit ovum, quod Lacedaemonem allatum Ledae excludendum traditur. Ex hac fabulae parte fortasse Fragm. IX desumptum:

Σπάρτην λέγω τὴν Σπαρτιάδ', οὐ τὴν σπαρτίνην.

Quae Nemesis aliusve personae ad ministrum verba esse suspicabar, qui quum Spartam illud ovum portare iuberetur, innata huic hominum generi scurrilitate Spartam non de urbe sed de funiculo spartino se intelligere simularet. Sed haec incerta esse non diffiteor. Ceterum non totam co-

moediam in hac Nemesis fabula consumptam esse intelligitur ex Fragm. VIII. X. XI. XII.

II.

Λήδα, σὸν ἔργον· δεῖ σ' ὅπως εὐσχήμονος
ἀλεκτρυόνος μηδὲν διοίσεις τοὺς τρόπους,
ἐπὶ τῷδ' ἐπῴζουσ', ὡς ἂν ἐκλέψῃς καλὸν
ἡμῖν τι καὶ θαυμαστὸν ἐκ τοῦδ' ὄρνεον.

Athenaeus IX p. 373 e: *τὸν δ' ἀλεκτρυόνα — οἱ ἀρχαῖοι καὶ θηλυκῶς εἰρήκασι. Κρατῖνος Νεμέσει· Λήδα κτλ.* Vs. 1 *δεῖ σ' ὅπως διοίσεις.* Valcken. ad Eurip. Phoen. 447 comparat Sophocl. Ai. 557 *δεῖ σ' ὅπως δείξεις* et Philoct. 54 *δεῖ σ' ὅπως ἐκκλέψεις* Ibid. legebatur *εὐσχημόνως*, quod correxit H. Stephanus. V. Dindorfium. — Vs. 3 vulgo *ἐπωάζουσαν*, propius vero AP *ἐπωάζουσα.* Correxit Valcken. ad Phoen. l. l.

III. IV.

Τἄλλα πάντ' ὀρνίθια.
Ὄρνιθα φοινικόπτερον.

Athenaeus IX p. 373 c. d: *ὀρνίθια δ' εἴρηκε Κρατῖνος ἐν Νεμέσει οὕτως „Τἄλλα πάντ' ὀρνίθια." ἐπὶ δὲ τοῦ ἀρσενικοῦ οὐ μόνον ὄρνιν, ἀλλὰ καὶ ὄρνιθα ὁ αὐτὸς Κρατῖνος ἐν τῷ αὐτῷ δράματί φησιν „Ὄρνιθα φοινικόπτερον."*

V.

Ὥς τ' οὖν ἐσθίων τοῖς σιτίοις ἥδομαι.
ἅπαντα δ' εἶναί μοι δοκεῖ ῥοδωνιά,
καὶ μῆλα καὶ σέλινα καὶ σισύμβρια.

Scholiasta Theocriti Id. XI 10: *ῥόδων δὲ τῆς γυναικείας ἥβης, παρόσον καὶ ῥοδωνιὰν αὐτὴν ἔσθ' ὅτε λέγουσιν, ὡς Κρατῖνος ἐν Νεμέσει Ὥς τ' οὖν ἐσθίων κτλ.* Vs. 1

Toupius ὡς ἐσθίων συνήδομαι τοῖς σιτίοις. Poterat lenius et aptius: ὥστ' ἐσθίων τοῖς σιτίοισιν ἥδομαι. Sed altius fortasse latet vulnus. — Vs. 3 μοι addidi cum Meursio Bibl. att. p. 1469 d. Opportune Toupius adscripsit Hesychii verba, Ῥοδωνιά: τόπος ἐν ᾧ φύεται τὰ ῥόδα — δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀνδρὸς αἰδοῖον αὕτη. Ubi recte corrigit γυναικός. Codicis haec est lectio, δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀνδ'αι αὕτη. Etiam ῥόδον de parte muliebri dictum esse idem docet Hesychius, Ῥόδον: Μιτυληναῖοι τὸ τῆς γυναικός. Eadem ἀμφιβολία in reliquis florum nominibus.

VI.

Athenaeus XV p. 667 e. f: ἕτερον δ' ἐστὶν εἶδος παιδιᾶς τῆς ἐν λεκάνῃ. αὕτη δ' ὕδατος πληροῦται, ἐπινεῖ τε ἐπ' αὐτῆς ὀξύβαφα κενά, ἐφ' ἃ βάλλοντες τὰς λάταγας ἐκ καρχησίων ἐπειρῶντο καταδύειν· ἀνῃρεῖτο δὲ τὰ κοττάβια ὁ πλείω καταδύσας. Ἀμειψίας Ἀποκοτταβίζουσι — Κρατῖνος ἐν Νεμέσει· „Τῷ δὲ κοττάβῳ προθέντας ἐν πατρικοῖσι νόμοις τὸ κεινέου ὀξυβάφοις βάλλειν μὲν τῷ πόντῳ δὲ βάλλοντι νέμω πλεῖστα τύχης." τὸ δ' ἆθλον Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν „ἔγνωκ'· ἐγὼ δὲ χαλκίον (τοῦτ' ἔστι κοττάβειον) ἱστάναι καὶ μυρρίνας." Eandem hanc cottabi speciem describit scholiasta Aristoph. Pac. 1243: ἕτερον δὲ ἀγγεῖόν τι ἐοικὸς λουτῆρι πλῆρες ὕδατος, ἐν ᾧ ὀξύβαφον ἦν ἐπιπλέον τὸ πλῆθος, ὅπερ καταδύειν ταῖς λάταξιν ἐπειρῶντο. Ubi corrige ὀξυβάφων ἦν ἐπιπλεόντων πλῆθος, ἅπερ καταδύειν etc. In Cratini loco B habet τὸ δὲ κοττάβῳ. Pro δὲ PV δι. Bas. L. Δῖ. Ibidem VL πατρικοῖσιν, et κινέου pro κεινέου. Tum ὀξυβάφοις AB. ὀξύβαφος P. ὀξύβαφον VL. Iacobsius τὸ κενὸν ὀξύβαφον. Mox Dobraeus tentabat βάλλειν μέτωπον, τῷ δὲ βάλλοντι etc. quo nihil proficitur. Fortasse respexit ad hunc ipsum locum, qui non videtur sine meliorum librorum ope sanari posse, Athenaeus XV p. 666 c. κότταβος καὶ τὸ

ἄγγος εἰς ὃ ἔβαλλον τὰς λάταγας, ὡς Κρατῖνος ἐν Νεμέσει δείκνυσιν, quae eadem habet schol. Aristoph. Pac. 1243.

VII.

Ψύρα τε τὴν Σπάρτην ἄγεις.

Stephanus Byz. p. 764. *Ψύρα: νῆσος μικρὰ πλησίον Χίου, ἣν ὁ ποιητὴς* (Od. γ' 169) *Ψυρίαν καλεῖ — Στράβων ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ* (p. 645) *Ψύρα φησὶν οὐδετέρως „τὰ Ψύρα νῆσος ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων τῆς ἄκρας." Τὸ ἐθνικὸν Ψυρεύς, ὡς Μυρεύς. Λαμβάνεται δὲ τὸ ὄνομα ἐπὶ εὐτελείᾳ διὰ τὸ εὐτελεστάτην εἶναι τὴν νῆσον. Κρατῖνος Ψυρᾷ* (sic) *τὸν Διόνυσον ἄγοντες. καὶ ἐν Νεμέσει Ψυρᾷ* (sic) *τε τὴν Σπάρτην ἄγεις.* V. ad Fragm. Inc. XCII.

VIII.

Ἐν τῷ κύφωνι τὸν αὐχέν' ἔχεις.

Pollux X 177: *Κρατίνου εἰπόντος ἐν Νεμέσει „ἐν τῷ κύφωνι τὸν αὐχέν' ἔχεις" ἦ που νοητέον ὡς σκεῦος ἦν τι ἀγορανομικόν, ᾧ τὸν αὐχένα ἐνθέντα δεῖ* (fort. *ἔδει*) *μαστιγοῦσθαι τὸν περὶ τὴν ἀγορὰν κακουργοῦντα.*

IX.

Σπάρτην λέγω γε σπαρτίδα τὴν σπάρτινον.

Pollux X 185: *εἰ δὲ καὶ πλέγμα τι σπάρτινον ἢ σάκον σπάρτινον ἐθέλοις καλεῖν, καὶ πρὸς τοῦτο Κρατῖνός σοι βοηθεῖ ἐν Νεμέσει λέγων Σπάρτην κτλ.* Ita Cratini verba leguntur in cod. Falckenb. Vulgo *σπάρτην δὲ λέγω καὶ σπάρτινον*. MS Seberi *σπάρτην δὲ λέγω καὶ σπαρτίδα τὴν σπάρτινον*. Alius liber *σπάρτην δ' ἀλέγω καὶ σπαρτίδα τὴν σπάρτινον*. Iocum captari ex ambigua significatione nominis *σπάρτη*, quivis viderit. Ac lusit similiter Aristoph. Av. 815:

Σπάρτην γὰρ ἂν θείμην ἐγὼ τῇ 'μῇ πόλει·
οὐδ' ἂν χαμεύνῃ πάνυ γε κειρίαν ἔχων.

Ubi interpretes Cratini locum non neglexerunt. Tentabam aliquando, sed cum exigua veri specie, *Σπάρτην λέγω τὴν Σπαρτιάδ', οὐ τὴν σπαρτίνην*, *Spartam dico Spartiacam urbem, non funiculum spartinum*. Gentile *Σπαρτιάς* attulit Stephanus Byz. in v. *Σπάρτη*. Ceterum vide quae coniectando lusimus ad Fragm. I p. 81.

X.

Μόλ' ὦ Ζεῦ ξένιε καὶ μακάριε.

Plutarchus Vit. Periclis c. 3. Periclem refert capite ultra vulgarem modum longo fuisse eamque ob caussam ludendi opportunitatem dedisse poetis comicis: *τῶν δὲ κωμικῶν ὁ μὲν Κρατῖνος ἐν Χείρωσι* (Fragm. III) *καὶ πάλιν ἐν Νεμέσει* „*μόλ' ὦ Ζεῦ ξένιε καὶ μακάριε*". Libri H. Stephani *μόλ' ὦ Ζεῦ μέγιστε καὶ κάριε* Scribendum videtur:

υ — μόλ' ὦ Ζεῦ ξένιε καὶ καραιέ.

De Iove Caraeo (Capitolino) Hesychius haec habet: *Καραιὸς Ζεύς: παρὰ Βοιωτοῖς οὕτω προσαγορεύεται, ὡς μέν τινές φασι, διὰ τὸ ὑψηλὸν εἶναι, ἀπὸ τοῦ κάρα.* Ubi falluntur, mea quidem sententia, qui contra litterarum ordinem *Κάριος* pro *Καραιὸς* scribere instituunt.

XI.

Scholiasta Aristophanis Av. 521: *ὅτι οὗτος* (Lamponem dicit) *χρησμολόγος· ἔζη δὲ ἐπὶ τῆς τῶν Ὀρνίθων διδασκαλίας, οὐχ ὥς τινες ἐτεθνήκει. πολλῷ γὰρ ὕστερον. Κρατῖνος ἐν τῇ Νεμέσει οἶδεν αὐτὸν ζῶντα, καὶ ταῦτα πολλῷ ὕστερον.* Fallitur. Vid. Hist. crit. p. 44.

XII.

Scholiasta Aristophanis Av. 858: *ἦν δὲ ὁ Χαῖρις οὗτος κιθαρῳδός. καὶ γέγονεν αὐλητής. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Φερεκράτης ἐν Ἀγρίοις. ἔστι καὶ ἕτερος, αὐλητής, οὗ μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει.* Hinc profecit Suidas s. v. *Χαῖρις*. Cfr. ad Pherecratis Agr. IV 2.

XIII.

Athenaeus XIV p. 629 c: *τὴν δ' ἀπόκινον καλουμένην ὄρχησιν, ἧς μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει καὶ Κηφισόδωρος ἐν Ἀμαζόσιν Ἀριστοφάνης τ' ἐν Κενταύρῳ καὶ ἄλλοι πλείονες, ὕστερον μακτρισμὸν ἐκάλεσαν.* Fuit lasciva saltationis species in crebra lumborum agitatione constans. Pollux IV 101: *μακτρισμὸς δὲ καὶ ἀπόκινος καὶ ἀπόσεισις ἀσελγῆ εἴδη ὀρχήσεων, ἐν τῇ τῆς ὀσφύος περιφορᾷ.* Atque hinc ad impudica cinaedographorum carmina translatum est. Grammaticus Bekk. Anecd. p. 429 29. *Ἀπόκινος: γένος ὀρχήσεως φορτικῆς. οἱ δὲ μέλος ἢ ὁ κιναιδογράφων ἴαμβος.*

XIV.

Priscianus lib. XVIII p. 91 Kr. de praepositionum abundantia disserens „Isocrates *ἐν Πανηγυρικῷ: Ἀπεστερη-„μένους δὲ τοῦ στρατηγοῦ, μεθ' οὗ συνηκολούθησαν.* Ari-„stophanes (sic) *Βοηθοῖς — ὅπως μετ' ἐμοῦ συνέσει. Κρα-„τῖνος ἐν Νεμέσει· Μεθυστέρῳ ἐν χρόνῳ*" Cratini locum ignorant editiones omnes praeter Asc. quae verba ita exhibet: *κρατινοσεν νεμέσει μεθ' οἷς θεροῦ ἐχρόθαι.* Correxi ex cod. Monac. in quo illa ita scripta sunt *MeΘ YCTeΡΩΙ e ΧΡΟΝΩ.* Itaque proxime a vero aberat acuta Hermanni coniectura apud Krehlium *μεθύστερον ἐν χρόνῳ.*

N O M O I.

I.

Ἀλλὰ μὰ Δί' οὐκ οἶδ' ἔγωγε γράμματ' οὐδ' ἐπίσταμαι,
ἀλλ' ἀπὸ γλώττης φράσω σοι· μνημονεύω γὰρ καλῶς.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 436 6. *Ἀπὸ στόματος: ὡς ἡμεῖς, τὸ μὴ διὰ γραμμάτων, ἀλλ' ἀπὸ μνήμης. Φι-*

λήμων Νεμομένοις — Κρατῖνος δὲ ταὐτὸ τοῦτο ἀπὸ γλώττης Νόμοις Ἀλλὰ κτλ. Eadem Suidas s. v. ἀπὸ στόματος, ubi Aldina post ἐπίσταμαι infert ταῦτα, libri τά, quod delendum esse vidit Toupius Emend. I p. 77. Ceterum Th. Bergkius Comment. p. 139 de hoc loco haec scripsit. „Videtur Cratinus duos homines in scenam induxisse, alterum antiquitatis tenacissimum, novitiis alterum moribus imbutum; et ille quidem, qui nondum a patrum virtute desciverat, minus quidem liberaliter erat institutus, at mente leges tenebat et in vita agenda exsequebatur: alter artibus et litteris excultus, iuris quoque scientiam sibi comparaverat et in forensibus causis satis erat versatus."

II.

Νῦν γὰρ δή σοι πάρα μὲν θεσμοὶ
τῶν ἡμετέρων, πάρα δ' ἄλλ' ὅ τι χρῇς.

Suidas s. v. χρή vol. III p. 683: χρῇς τὸ χρήζεις καὶ δέῃ. Κρατῖνος Νόμοις· Νῦν γὰρ κτλ. Frustra pro ὅ τι χρῇς Kusterus scripsit ᾧ χρῇς. Cratini locum respexit Hesychius, Χρῇς: θέλεις, χρήζεις. V. Th. Bergkius Comment. p. 135. qui Solonis haec verba esse existimat, cuius magnas in hac fabula partes fuisse ex sequenti fragmento coniicit.

III.

Ὑμῶν εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπηξ δωροδοκεῖται.

Suidas s. v. ἀλώπηξ vol. I p. 125: παροιμία. ἀλώπηξ [οὐ] δωροδοκεῖται, ἐπὶ τῶν μὴ ῥᾳδίως δώροις πειθομένων. Κρατῖνος Νόμοις· Ὑμῶν εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπηξ [οὐ] δωροδοκεῖται. Recte οὐ particulam in Cratini versu omittit cod. A, ex quo consequens est etiam in Suidae verbis μὴ ante ῥᾳδίως delendum esse. Cfr. Grammaticus Bekk. Anecd. p. 218 29. ἀλώπηξ δωροδοκεῖται: παροιμία ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως δώροις ἁλισκομένων. Gaisfordii errorem, qui Cratini versum ex Glyconeo et Pherecratio compositum esse

dicit, miror sine nota transmisisse Bernhardium. Respexisse Cratinum Solonis versum notissimum, *ὑμέων δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει* a Diogene Laert. I 52 servatum, annotavit Runkelius. Ac nescio an etiam Cratinus *ὑμέων δ' εἷς* scripserit. *Εἷς ἕκαστος* severioribus Atticistis improbatum fuisse docet glossa Antiattic. p. 96 10: *Εἷς ἕκαστος: Ἄλεξις Ἑλένης μνηστῆρσιν.* Sed iniuria, ut docent Thucyd. II 60. Sophocles Antig. 260 et Plato Republ. III p. 394 E. quem locum adhibuit Priscianus lib. XVIII p. 198 ed. Krehl. Ceterum quod Th. Bergkius Comment. p. 135 suspicatur, ipsum Solonem a Cratino in hac fabula ita loquentem inductum fuisse, ut suis ipse versibus uteretur, ingeniose excogitatum esse haud diffiteor, verum esse quis affirmare audeat?

IV.

Τυρῷ καὶ μίνθῃ παραλεξάμενος καὶ ἐλαίῳ.

Pollux VI 68: *μίνθα ἢ μίνθη τὸ καλούμενον ἡδύοσμον, ὅπερ ὠνομάσθαι φασὶν ἀπὸ Μίνθης τῆς Πλούτωνος παλλακῆς εἰς τουτὶ τὸ φυτὸν μεταβαλούσης. μέμνηται τῆς μίνθου* (lege *μίνθης*) *Κρατῖνος ἐν τοῖς Νόμοις Τυρῷ καὶ μίνθῃ κτλ.* Describitur homo frugi et vulgari victu contentus; nec dubitari potest quin haec ab eadem dicantur, quem superiore fragmento loquentem audivimus. Pro *ἐλαίῳ* fortasse praestat *ἐλαίᾳ*. *Παραλέξασθαι* eodem sensu dictum videtur quo *ξυγγενέσθαι* dixit Eupolis apud Hephaest. p. 10 o. *καὶ ξυνεγιγνόμην ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν.* Idem apud Athen. III p. 123 a. *ἵνα σπλάγχνοισι συγγιγνώμεθα.*

V.

Ἡ πρεσβῦται πάνυ γηραλέοι σκήπτροισιν ἄκασκα προβῶντες.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 371. *Ἄκασκα: ἥσυχα, φαρδέα* (leg. *βραδέα*). *Κρατῖνος Νόμοις· Ἡ πρεσβῦται*

κτλ. Codex *πρεσβύταις* et *γηραλέοις*. Correxit Bekkerus. Eustathius ad Iliad. p. 668 29: *τὸ δὲ ἀκὴν εὕρηται λεγόμενον καὶ ἀκασκᾶ. Αἴλιος δὲ Διονύσιος καὶ χρῆσιν παράγει Κρατίνου ταύτην σκήπτροισιν ἀκασκᾶ προβιβῶντα.* Quam vitiosam adverbii *ἄκασκα* scripturam idem sequitur Praef. Comment. Pindar. p. 57 ed. Taf. *τὸ ἀκασκᾶ, ὃ δηλοῖ τὸ ἡσύχως, ὅθεν ἴσως καὶ ὁ παρ' Ὁμήρῳ ἀκάκητα κατὰ τὰ πρὸ τούτων δεδώρισται.* Propius vero *ἀκάσκα* scribitur apud Hesychium, *Ἀκάσκα: ἡσύχως, μαλακῶς, βραδέως.* Quae ad hunc ipsum Cratini locum spectare videntur, quem respicit idem Hesychius alia glossa, *Προβοῶντες: προφωνοῦντες, ἐγκελευόμενοι, προβαίνοντες.* Quae in duas glossas discernenda sunt, *Προβοῶντες: προφωνοῦντες, ἐγκελευόμενοι. — Προβῶντες: προβαίνοντες.* Verbi *προβᾶν* significatione intransitiva apud Atticos manifesta vestigia habemus in imperativis *πρόβα κατάβα* et similibus. Denique fortasse scribendum *ὦ πρεσβῦται.* Suspicor enim his verbis ipsos *Νόμους* compellari, quos cur tanquam decrepitos et invalidos senes in scenam produxerit Cratinus non obscurum est.

VI.

Οὐκ ἀπερρήσεις σὺ θᾶττον; ἀποτιλῶ σε τήμερον.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 422 9. *Ἀπερρήσεις: ἀπελεύσῃ, ἀποφθαρήσῃ. οὕτω Κρατῖνος Νόμοις Οὐκ ἀπερρήσεις — τήμερον. ὅλως δὲ πλέον τι τοῦ ἀποφθαρῆναι δηλοῖ τὸ ῥῆμα.* Ediderat haec etiam Ruhnkenius ad Tim. p. 121. Pro *ἀποτιλῶ σε* codex *ἀποτιλῶσαι*, quod correxit Porsonus Adv. p. 39. Respexit autem hunc locum Hesychius, *Ἀπερρήσει: ἀπολέσει, ἀποφθερεῖ.* Ita Musurus. Codex pro *ἀπολέσει* habet *ἀπελεύσει.* Itaque legendum *Ἀπερρήσεις: ἀπελεύσει, ἀποφθαρεῖ.* Ceterum Porsonus „verba sunt alicuius ad gallum sive gallinam." Galli gallinaeve partes hac in fabula fuisse non credideram.

VII.

Χρυσίδι σπένδων γέγραφε τοῖς ὄφεσι πιεῖν διδούς.

Athenaeus XI p. 502 b: *Χρυσίδος δὲ (μνημονεύει) Κρατῖνος ἐν Νόμοις· Χρυσίδι σπένδων κτλ.* Nihil hic e codd. auxilii. B *ὄφεσσι.* Metrum quidem et sensum quadammodo restituas scribendo *κέκραγε, τοῖς ὄφεσι πιεῖν δίδου.* Sed qui sint illi angues non perspicitur. Partem loci attulit Athenaeus p. 496 e. *ῥυσίς: φιάλη χρυσῆ, Θεόδωρος. Κρατῖνος ἐν Νόμοις· ῥυσίδι σπένδων.* De *ῥυσὶς* recte statuit Piersonus ad Moerin p. 412. frustra repugnante, ut mihi quidem videtur, doctissimo Letronnio Dissert. de nomin. vas. graec. p. 65 nomen *ῥυσὶς* cum *ῥυτὸν* componente. Sane *ῥυτὸν* recte a *ῥέω* formari potuit, non item *ῥυσίς*, quod analogiae legibus plane repugnat. A *ῥυτὸν* autem si quis *ῥυσὶς* formatum putet, ne hoc quidem analogiae conveniret, nec primam produceret; nam *ῥυσὶς* prima longa, sive potius *ῥῦσις*, esset a *ῥύω*.

VIII.

Καὶ δρόσον βάλλων ἕωθεν χλιαρὸς ταγηνίας.

Athenaeus XIV p. 646 e: *Ταγηνίτης, πλακοῦς ἐν ἐλαίῳ τετηγανισμένος. ὁ καὶ ταγηνίας. μνημονεύει Μάγνης — καὶ Κρατῖνος ἐν Νόμοις Καὶ δρόσον βάλλων κτλ.* Pro *ἕωθεν* fortasse *ἄνωθεν*. Rorem autem dicere videtur mel et oleum, desuper a placentis illis destillantia. Hesychius, *Ταγηνίας: πεμμάτια τηγάνων. οἱ δὲ στέαρ ὑγρὸν ἐπιχεόμενον τηγάνῳ, ᾧ προσβάλλεται μέλι σησάμη ἔλαιον.* Ita editi. Codex *πεμμάτια τιγανῶν*, pro quo *πεμμάτιά τινα* scribendum videtur, aut *πεμμάτια ἀπὸ τηγάνων.* Cfr. Photius Lex. p. 564 15. Ad *δρόσον* compares Alciphr. Epist. I 20. *ἧπαρ δρόσῳ προσεοικὸς διὰ τὴν ἐκ τῆς πιότητος λειότητα.*

IX.

Photius Lex. p. 371 24. *Παλαιστή: θηλυκῶς· Κρατῖνος Νόμοις· μεῖζον τὸ δέος παλαιστῆς.* Photii ad-

monitio spectat ad discrimen nominum ὁ παλαιστής et ἡ παλαιστή. V. Lobeckium ad Phryn. p. 295. Recte autem Ruhnkenius apud Albertum ad Hesych. II p. 841 corrigit τὸ πέος. Fortasse etiam τὸ delendum.

X.

Pollux VII 68: τὸ δὲ σανδάλιον οὐ μόνον Μένανδρος εἴρηκε καὶ Ἡρόδοτος (II 91), ὥσπερ τὸ σάνδαλον Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει, καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ κωμικοί, ἀλλὰ καὶ Κρατῖνος Νόμοις· Σανδάλια Τυρρηνικά. Photius Lex. p. 611 6: Τυρρηνικὰ σανδάλια πολυτελῆ. Ita codex. Frustra Porsonus Τυραννικά, quod etsi facile in Τυρρηνικὰ abire potuit *), hoc loco tamen parum aptum est. Tyrrhenicas soleas, quo calceamenti genere Phidias nobilissimam Minervae virginis statuam induerat, accuratius describit Pollux l. l. 92. Τυρρηνικά: τὸ κάττυμα ξύλινον τετραδάκτυλον, οἱ δὲ ἱμάντες ἐπίχρυσοι. σανδάλιον γὰρ ἦν. ὑπέδησε δ' αὐτὸ Φειδίας τὴν Ἀθηνᾶν. ἐκάλουν δὲ αὐτὰ Τυρρηνουργῆ. **) Ubi pro τετραδάκτυλον ex cod. Falckenb. legendum τετράγωνον. Itaque quadratae formae erant illi Tyrrhenici calcei et inauratis loris adstringebantur. Eorum altitudinem commemorat Hesychius, Τυρρηνικὰ σανδάλια: κάττυμά τι ὑψηλόν. Simillimi ergo erant cothurnis, quos quadratos fuisse docet Etymol. M. p. 524 39. Κόθορνος: γυναικεῖον ὑπόδημα τετράγωνον τὸ σχῆμα, ἁρμόζον ἀμφοτέροις τοῖς ποσίν. Atque haec calceorum forma etiamnum in pluribus antiquae artis monumentis conspicitur. V. Boettigeri Opusc. I p. 283. Ceterum non improbabile est Tyrrhenicorum calceorum, de quibus etiam I. H. Vossius Epist. myth. I p. 190

*) Porphyrius de Abstin. II 17: τῶν τυράννων μετὰ τὸ κρατῆσαι Καρχηδονίων ἑκατόμβας κατὰ πολλὴν ἔριν τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐκπρεπεῖς παραστησάντων τῷ Ἀπόλλωνι. Scribendum videtur τῶν Τυρρηνῶν. Contra apud Stobaeum Flor. 64, 35. Τυρρηνικὰ legendum pro τυραννικά.

**) Scribendum ex cod. Falck. Τυρρηνικουργῆ. Talia enim composita ἀπὸ τῶν κτητικῶν formantur.

videndus est, in ea fabulae parte mentionem a poeta factam esse, in qua de luxurie Atheniensium ex legum contemptu profecta Cratinus egerat.

XI.

Ὁ δὲ Ζεὺς ὀσταφίσιν ὕσει τάχα.

Photius Lex. p. 353 8. Ὀσταφίδα: οὐχ ὅπως Κρατῖνος Νόμοις „ὁ δὲ Ζεὺς ὀσταφίσιν ὕσει τάχα", ἀλλὰ καὶ Πλάτων ἡ Νόμων (p. 845 B) „τῆς δ' εἰς ἀπόθεσιν ὀσταφίδος." Non improbabilis est Th. Bergkii Comment. p. 140 coniectura, haec ex ea fabulae parte petita esse, in qua poeta felicissimae vitae imaginem exhibuisse videtur, quae reditura esset si Athenienses ad vitae simplicitatem legumque observantiam rediisent. Ad eandem fabulae partem rettulit Fragm. VIII.

XII.

Hesychius, Λυκαμβὶς ἀρχή: ὁ Κρατῖνος ἐν Νόμοις, τὸν πολέμαρχον δηλῶν, πρὸς ὃν ἀπεγράφοντο τὰς τοῦ ἀπροστασίου δίκας. Λυκαμβίδα δὲ εἶπε τὴν ἀρχήν. Ubi excidisse in fine verba ἐπεὶ ἐπολέμησεν Ἀρχίλοχος τῷ Λυκάμβῃ, docet Photius Lex. p. 234 4. Λυκαμβὶς ἀρχή: τοῦ πολεμάρχου· ψυχρῶς. ἐπεὶ ἐπολέμησεν Ἀρχίλοχος τῷ Λυκάμβῃ. ἐπὶ δὲ τούτου ἀποστασίου καὶ ἐπικλήρου (leg. ἐπικλήρων vel κλήρου) αἱ δίκαι ὑπήγοντο. Sane si eam ob caussam molestum et laboribus plenum polemarchi magistratum Λυκαμβίδα ἀρχὴν dixit, quoniam Lycambes multas gravesque cum Archilocho exercuit inimicitias, satis frigide iocatus esse videri potest: sed vereor ne grammatici poetae mentem non recte assequuti sint.

XIII.

Scholiasta Aristophanis Equ. 1147: Κημὸς ὁ ἐπὶ τοῦ καδίσκου, εἰς ὃν τὰς ψήφους καθίεσαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Κρατῖνος αὐτὸν ἐν Νόμοις σχοίνινον ἠθμὸν καλεῖ. Colum dicit urnae iudiciariae impositum, per quod lapilli

iudicum in urnam mittebantur. Legebatur *χοίνιον*, quod correxit Casaubonus ad Athen. X 18 allato Hesychio, *Σχοίνινος ἠθμός: δι' οὗ τὰς ψήφους οἱ δικασταὶ εἰς τὰς ὑδρίας καθιᾶσιν.* Cfr. Th. Bergkius Comment. p. 139. Ceterum rectius scribi *ἡθμός*, docent tituli, velut is quem Boeckhius edidit Corp. Inscr. II p. 173.

XIV.

Photius Lex. p. 291 14. *Νεάτην: οὐχὶ νήτην λέγουσιν· καὶ παρανεάτην καὶ τρισνέατον. Κρατῖνος Νόμοις.* In his quid *τρισνέατον* significet, non intelligo.

Quae praeterea ad hanc fabulam fragmenta referri voluit Th. Bergkius Comment. p. 139 et 140, ego inter incertarum fabularum reliquias (7 et 139 a) exhibere satius duxi. Quod idem coniecit, chorum huius fabulae in orchestram legum tabulas prae se ferentem prodiisse atque inde comoediam nomen accepisse (p. 130), eiusmodi est ut nec praefracte negari neque argumentis demonstrari possit.

Ο Δ Υ Σ Σ Η Σ.

Hanc fabulam, quae neque chorica carmina nec parabasin habuit, iis temporibus scriptam videri, quibus comoediae licentia Morychidis decreto angustioribus finibus circumscripta erat (Olymp. LXXXV 2 et 3) indicavi olim Quaest. scen. I p. 35 (Hist. crit. p. 43). Eandem sententiam proposuit nuper Th. Bergkius Comment. p. 142. Argumentum quale fuerit quum fragmenta docent, tum indicavit Platonius p. XXXIV: *τοιοῦτος οὖν ἐστιν ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας τύπος, οἷός ἐστιν ὁ Αἰολοσίκων Ἀριστοφάνους καὶ οἱ Ὀδυσσεῖς Κρατίνου καὶ πλεῖστα τῶν παλαιῶν δραμάτων οὔτε χορικὰ οὔτε παραβάσεις ἔχοντα*, et p. XXXV *οἱ γοῦν Ὀδυσσεῖς Κρατίνου οὐδενὸς ἐπιτίμησιν ἔχουσι, διασυρμὸν δὲ τῆς Ὀδυσσείας Ὁμήρου.* Atque hinc explicandum est, quod hanc fabulam suam Cratinus ipse *novum et inusitatum oblectamentum* dixit Fragm. XV.

I. II.

Τίνες αὖ πόντον κατέχουσ' αὖραι; νέφος οὐράνιον τόδ' ὁρῶμαι.

* * * *

Ὡς ἂν μᾶλλον τοῖς πηδαλίοις ἡ ναῦς ἡμῶν πειθαρχῇ.

Hephaestio de metris cap. 8 p. 46: ὅτι μέντοι καὶ ἐν τῷ Ἀριστοφανείῳ καλουμένῳ ἀδιαφόρως εὑρίσκεται ὁ παραλήγων ἀνάπαιστος ἢ σπονδεῖος, δηλώσει Κρατῖνος· εἰς γὰρ τοὺς Ὀδυσσέας εἰςβάλλων τούτῳ τῷ μέτρῳ ἐχρήσατο· Τίνες αὖ — ὁρῶμαι. ἐποίησε δέ τινα στίχον καὶ σπονδείῳ τῷ παραλήγοντι κεχρημένον· Ὡς ἂν μᾶλλον — πειθαρχῇ. Versu primo ed. Flor. τίνες οὖν πόντον. Esse haec ex ipso fabulae exordio petita disertim indicavit Hephaestio. Sunt autem Ulixis verba ingruentem tempestatem vitaturi et ad Cyclopum insulam appellentis. De usu spondeorum in fine versus anapaestici tetrametri cfr. Th. Bergkius Comment. p. 279 sq. Ceterum quod Hephaestio Cratinum his versibus usum esse dicit εἰς τοὺς Ὀδυσσέας εἰσβάλλοντα, indicio est poetam exorsum esse hanc fabulam a prologo. Ea enim fere ratio est nominis εἰσβολή, ut de ea fabulae parte dicatur, quae proximo post prologum loco infertur. Cfr. Histor. crit. p. 443 et Hermannum Opusc. V p. 139.

III.

Ἐπ' ἀριστέρ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν ἕως ἂν ἐφευρῄς.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 445 14. Ἄρκτον οὐχὶ ἄρκον· Ὀδυσσεὺς ἐν ἀριστέρ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν ἕως ἀνευφερής. Corrigenda haec ita esse ut supra adscripsi, et pro Ὀδυσσεὺς scribendum esse Ὀδυσσεῦσιν, suppleto Cratini nomine, indicavi olim ad Menandri fragm. p. 86. in eo tamen falsus, quod haec Calypsus verba esse putavi, ductus Homerico loco Odyss. V 276:

τὴν γὰρ (ἄρκτον) δή μιν ἄνωγε Καλυψώ, δῖα θεάων,
ποντοπορευέμεναι, ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς ἔχουσαν.

Transtulisse Cratinum quod apud Homerum Calypso Ulixi in patriam redituro dicit, ad hoc iter in insulam Cyclopum perspexit Th. Bergkius Comment. p. 157.

IV.

Ἦσθε πανημέριοι χορταζόμενοι γάλα λευκόν,
[πῦον δαινύμενοι, κἀμπιμπλάμενοι πυριάτῃ.]

Athenaeus III p. 99 f: χορτασθῆναι εἴρηται, ὦ δαιμόνιε ἀνδρῶν, παρὰ μὲν Κρατίνῳ ἐν Ὀδυσσεῦσιν οὕτως Ἦσθε — λευκόν. Priscianus 18 vol. II p. 272 Kr. χορταζόμενοι τόδε καὶ τῷδε. Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσιν Ἦσθε κτλ. Apud Athenaeum vulgo ἦσθε, libri ἦσθα et ἦσθαι. Cyclopis haec verba esse ad Ulixen eiusque socios largiter se lacte ingurgitantes apertum est. Alterum versum a schol. Arist. Vesp. 708 omisso auctoris nomine allatum probabili coniectura priori subiunxit Porsonus apud Gaisfordium ad Hephaest. p. 272. Verba scholiastae haec sunt: πυριάτης τὸ πυρίεφθον ὑπό τινων προσαγορευόμενον, ὃ κατασκευάζουσιν ἐκ τοῦ πρώτου γάλακτος μετὰ τὸν τόκον. „πῖον δαινύμενοι καὶ ἐμπιμπλάμενοι πυριάτην." Πῦος an πυός scribendum esset, iam veteres grammatici dissentiebant. Alterum probabat Herodianus. V. schol. Ven. Pac. 1116 (1150).

V.

Ἀνθ' ὧν πάντας ἑλὼν ὑμᾶς ἐρίηρας ἑταίρους
φρύξας ἑψήσας, κἀπ' ἀνθρακιᾶς ὀπτήσας
εἰς ἅλμην τε καὶ ὀξάλμην κᾆτ' ἐς σκοροδάλμην
χλιαρὸν ἐμβάπτων, ὅς ἂν ὀπτότατός μοι ἁπάντων
ὑμῶν φαίνηται, κατατρώξομαι ὦ στρατιῶται.

Athenaeus IX p. 385 c: Κρατῖνος ἐν Ὀδυσσεῦσιν εἴρηκε τὴν ὀξάλμην διὰ τούτων Ἀνθ' ὧν πάντας κτλ. Eundem locum, qui ex eadem Cyclopis oratione desumptus est,

ex qua superius fragmentum petitum est, primo versu omisso servavit Pollux VI 69: καὶ σκόροδον καὶ σκοροδάλμη καὶ ὀξάλμη, ὡς Κρατῖνος ἐν 'Οδυσσεῦσιν Φρύξας κτλ. Vs. 1. Quod ἐρίηρας ἑταίρους dicit, indicio est, Ulixem his ipsis verbis, praesente Polyphemo, socios compellasse. — Vs. 2 Pollucis ed. pr. φρύξας καὶ ἑψήσας καὶ ἐπανθρακήσας καὶ ὀπτήσας, quae in recentioribus Pollucis editionibus ex Athenaeo correcta sunt. Quid codices habeant non indicatum est. Pro κἀπανθρακίσας (ita enim habet Athenaeus) Porsonus Miscell. p. 235 correxit κἀπ' ἀνθρακιᾶς. Hoc recepi. Nisi forte scribendum κἀπανθρακίσας κὠπτήσας, quo Pollucis lectio ducere videtur. — Vs. 3 Dindorfius „κᾆτ' ἐς σκοροδάλμην L et Pollux in editt. veteribus. κᾆτ' ἐσκοροδάλμην AB. κᾆτα σκοροδάλμην PVL." — Vs 4 Dindorfius „χλιερὸν AB. χλιαρὸν PVL et Pollux. χλιερὰν C." Recepi χλιαρόν, qua forma usus est Cratinus Fragm. X. Et sic constanter attici poetae. V. Magnetis et Aristophanis locos Fragm. X adscriptos. Ibid. ὀπτότατος. P Athenaei ὀκτόκαλος. Pollucis ed. pr. ἀνυπόστατος. Falck. ὑποπτώματος. — Vs. 5 πατριῶται ex ed. pr. Pollucis pro στρατιῶται affert Th. Bergkius Comment. p. 158. In eo, quo ego utor principis editionis exemplari (Ald. *MDII*), perspicue scriptum est στρατιῶται.

VI.

Τῆ νῦν τόδε πῖθι λαβὼν ἤδη, καὶ τοὔνομά μ' εὐθὺς ἐρώτα.

Athenaeus X p. 446 b: τὸ δὲ πῖθι τίς εἴρηκεν; ἀπεσκυτώθης, φίλτατε, ἔφη ὁ Οὐλπιανός, σπάσας οἴνου τοσοῦτον· παρὰ Κρατίνῳ ἔχεις ἐν 'Οδυσσεῦσι Τῆ νῦν τόδε πῖθι κτλ. Cratini verba ad unum versum esse continuanda vidit Iacobsius. Et ita Athenaei editiones ante Schweighaeuserum omnes. Mireris Gaisfordium ad Heph. p. 272. Apertum est autem haec expressa esse ex Od. IX 347: Κύκλωψ τῆ πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρομέα κρέα. Quae comparavit iam Casaubonus. In eo vero comicus ab Homero recessit, quod ibi Polyphemus ex Ulixe quaerit nomen, vide v. 355:

δός μοι ἔτι πρόφρων, καί μοι τεὸν οὔνομα εἰπὲ
αὐτίκα νῦν, ἵνα τοι δῶ ξείνιον, ᾧ κε σὺ χαίρῃς.
Item Euripides Cycl. 548: *σὺ δ᾽ ὦ ξέν᾽ εἰπὲ τοὔνομ᾽ ὅ τι σε χρὴ καλεῖν*". **Th. Bergkius Comment. p. 159.**

VII.

Οὔπω ᾽πιον τοσοῦτον οὐδὲ πίομαι
Μάρωνα.

Pollux VI 26: *Κρατῖνος μέντοι τὸν οἶνον μάρωνα εἴρηκεν Οὔπω ᾽πιον κτλ.* **Haec Cyclopis verba esse vinum ab Ulixe acceptum admirantis vidit Runkelius allato Homero l. l. 196 et Eurip. Cycl. 141** *καὶ μὴν Μάρων μοι πῶμ᾽ ἔδωκε παῖς θεοῦ.* **Th. Bergkius illa ad unum versum continuavit et pro** *τοσοῦτον* **scripsit** *τοιοῦτον.*

VIII.

Πώποτ᾽ εἶδές μοι τὸν ἄνδρα παῖδα Λαέρτα φίλον;
B. ἐν Πάρῳ σικυὸν μέγιστον σπερματίαν ὠνούμενον.

Athenaeus II p. 68 c: *ὅτι τοὺς πέπονας Κρατῖνος μὲν σικυοὺς σπερματίας κέκληκεν ἐν Ὀδυσσεῦσιν Πώποτ᾽ εἶδες κτλ.* „Cyclopi inebriato Ulixes narrasse videtur se Troiam cum ceteris Achivis expugnasse, ut apud Homerum et Euripidem facit; Cyclops autem eum de Ulixe interrogavit, forsan vaticinii memor, quod se ab illo excaecatum iri praedixerat." Runkelius. Vs. 1 *παῖδα* Erfurdtii emendatio est pro *παῖ.* Pro *πώποτ᾽* Runkelius probabiliter *ποῦ ποτ᾽.* — Vs. 2 *σπερματίαν.* Phrynichus Ecl. att. p. 258 *πέπων* ab imperitis de maturo cucumere dici affirmans: *χρὴ οὖν οὕτω λέγειν ὡς ὁ Κρατῖνος σικυὸν σπερματίαν, ἢ εἰ θέλεις πέπονα σικυόν.* Idem Appar. soph. p. 63 *σικυὸς σπερματίας: ὃ οἱ πολλοὶ πέπονα οὐκ ὀρθῶς λέγουσι. τὸ γὰρ πέπων κατὰ πολλῶν* (Lobeckius *πάντων*) *φέρεται τῶν εἰς πέψιν φθασάντων.* Photius Lex. p. 530 11: *σπερματίαν: τὸν εἰς σπέρμα παρειμένον. Κρατῖνος.* Pollux VI 46: *καὶ σικυὸς πέπων, ὃν καὶ*

σπερματίαν ὠνόμαζον. Magnae autem offensioni in hoc altero versu dactylorum usus est, cuius nullum, quod quidem certum sit, exemplum in atticis comicis reperias. Itaque nescio an locus ad iambicos senarios revocandus sit hoc fere modo,

Ποῦ ποτ' εἶδες, εἰπέ μοι,
τὸν ἄνδρα, παῖδα Λαρτίου φίλον; Β. ἐν Πάρῳ,
σικυὸν μέγιστον σπερματίαν ὠνούμενον.

Atque ita fere iam Casaubonus, quo auctore *εἰπὲ* adscivi. Secundus tamen versus magis placeret ita scriptus, *τὸν ἄνδρα, Λαέρτα φίλον παῖδ'. ἐν Πάρῳ —*

IX.

Οὐκ ἰδίᾳ τάδ' οὐκετόνθοι τἀπὶ Χαριξένης.

Etymol. M. p. 367 21. *Ἐπὶ Χαριξένης: αὐλητρὶς ἡ Χαριξένη ἀρχαία, καὶ ποιήτρια κρουμάτων. οἱ δὲ μελοποιόν. Θεόπομπος Σειρῆσιν· Αὐλεῖ γὰρ σαπρὰ αὕτη γε κρουμάτια τὰ ἐπὶ Χαριξένης. Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσιν· Οὐκ ἰδίᾳ τάδ' κτλ.* Theopompi versus ita scribendus videtur:

αὐλεῖ γὰρ σαπρὰ
αὕτη γε κρούμαθ', οἷα τἀπὶ Χαριξένης.

sive malis *κρουμάτι' οἷα τἀπὶ Χαριξένης* Difficilior Cratinei versus emendatio. Suspicor tamen ita fere scribendum esse:

οὐκ ἴδι' ἄττα κοὐκέτ' ὄνθ' οἷα τἀπὶ Χαριξένης,

his numeris:

— ∪ ∪ — ∪ — ∪ — | — — | — ∪ ∪ — ∪ —

Quo ex genere Sophocleus ille versus est, *πολλὰ τὰ δεινὰ κοὐδὲν ἀνθρώπου δεινότερον πέλει.* Ad priora quae Cratino restitui *ἴδι' ἄττα*, fortasse respexit Hesychius, *Ἴδι' ἄττα: ἴδιά τινα.* Idem, *Ἐπὶ Χαριξένης: ἐπὶ* (fort. *ἐπεὶ ἐπὶ*) *μωρίᾳ ἡ Χαριξένη διεβεβόητο, ἀρχαία οὖσα* (fort. add. *αὐλητρίς*). *ἔνιοι δὲ καὶ ποιήτριαν αὐτὴν ἐρωτικῶν λέγουσιν· ἔστι δὲ καὶ παροιμία οἷα τὰ ἐπὶ Χαριξένης.* Quae ad eundem Cratini versum pertinere videntur, et hoc certe

docent, me recte Cratino restituisse *οἷα τἀπὶ Χαριξένης*. Cfr. Prov. Bodl. 427. Utebantur autem illo proverbio qui insipida et insulsa significare vellent. Ita manifesto accipiendum in loco Theopompi. Nec multum differt locus Aristophanis Eccl. 973:

οἰμώζων ἄρα νὴ Δία σποδήσεις·
οὐ γὰρ τἀπὶ Χαριξένης τάδ' ἐστίν.

Quo significatur novis rem veneream regi legibus, nec suopte ingenio amatores eligere cuiquam licitum esse.

X.

Οἱ δ' ἀλυσκάζουσιν ἐπὶ ταῖς κλινίσιν.

Pollux X 33: *ἐν δὲ τῷ κοιτῶνι δεῖ μὲν εἶναι καὶ κλίνην τινά, ἢ κλινίδιον, ὡς ἐν Λυσιστράτῃ Ἀριστοφάνης, κλινάριον ὡς ἐν Δαιταλεῦσιν, ἢ κλινίδα ὡς ἐν Ὀδυσσεῦσι Κρατῖνος· ἐπὶ δὲ τῶν κλινῶν ἀκουστέον ὅταν φῇ· Οἱ δ' ἀλυσκάζουσιν ἐπὶ ταῖς κλινίσιν.* Ita Kuhnius pro *ἀλισκάζουσιν*. Pro *οἱ δ'* fortasse *ἄλλοι δ'*. Non male haec de sociis Ulixis interpreteris, qui metu puterriti sub *κλίναις* sese occultaverint. Ita fere etiam Runkelius. Pro *ἐπὶ* necessarium videtur *ὑπό*.

XI.

Τέμαχος ὀρφῶ χλιαρόν.

Athenaeus VII p. 315 b: *Δωρίων δὲ τὸν νέον φησὶν ὀρφὸν ὑπ' ἐνίων καλεῖσθαι ὀρφακίνην. Ἄρχιππος δ' ἐν Ἰχθύσιν*

ἱερεὺς γὰρ ἦλθ' αὐτοῖσιν ὀρφὼς τοῦ θεοῦ.

Κρατῖνος δ' ἐν Ὀδυσσεῦσιν Τέμαχος ὀρφῶ χλιαρόν. Et paucis interiectis: *τὴν μέντοι ἑνικὴν εὐθεῖαν ὀξυτόνως προφέρονται Ἀττικοί. Ἄρχιππος Ἰχθύσιν ὡς πρόκειται. τὴν δὲ γενικὴν Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσι Τέμαχος ὀρφῶ χλιαρόν.* De accentu nominis *ὀρφῶς* docte egit Th. Bergkius Comment. p. 419. Verba Cratini alteram trimetri partem efficiunt; nam *χλιαρός*, quod prima brevi dixit Epicharmus Athenaei XI p. 479 a et Alcman ib. IX p. 416 c, apud atticos poetas eam syllabam producit. V. Aristoph. Acharn.

975. Tagenist. IX 6. Magnes Dionyso II 1. Cratinus Ulix. IV 4. Eadem mensura *χλιεροθαλπὲς* dixit Philoxenus Athenaei IX 409 e.

XII.

Athenaeus XIV p. 657 a: *δέλφακα δὲ ἀρσενικῶς εἴρηκε Πλάτων Ποιητῇ „δέλφακα δ' ἀραιότατον." Σοφοκλῆς Ὕβρει „ἐσθίειν θέλων τὸν δέλφακα." Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσι Δέλφακας μεγάλους.*

XIII.

Athenaeus XV p. 677 f: *καὶ Κρατῖνος δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Ὀδυσσεῦσι κέκληκε τὸν λωτὸν στεφάνωμα, διὰ τὸ πάντα τὰ φυλλώδη ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων στεφανώματα λέγεσθαι.* Loti mentionem fecisse videtur Ulixes in iis quae Polyphemo de itineribus suis ad Lotophagos narraverat.

XIV.

Phrynichus Ecl. att. p. 136: *Μονόφθαλμον οὐ ῥητέον, ἑτερόφθαλμον δέ. Κρατῖνος γὰρ μονόμματον εἶπε τὸν Κύκλωπα.* Ita Nunnesius edidit ex codice. Ed. princ. *Κρατῖνος δὲ μονόφθαλμον* etc. ut legitur etiam apud Phavorinum et Moschopulum. V. Lobeckium ad Phryn. l. l. et Valcken. ad Ammon. II p. 84.

XV.

Σιγάν νυν ἅπας ἔχε σιγάν
καὶ πάντα λόγον τάχα πεύσει·
ἡμῖν δ' Ἰθάκη πατρίς ἐστιν,
πλέομεν δ' ἅμ' Ὀδυσσεῖ θείῳ.

Hephaestio p. 47 de versu paroemiaco disserens: *Κρατῖνος δὲ ἐν Ὀδυσσεῦσι συνεχεῖ αὐτῷ ἐχρήσατο· Σιγάν νυν ἅπας κτλ.* Eundem locum ex Hephaestione apposuit scholiasta Aristophanis Plut. 998. Alloquitur his versibus chorus Polyphemum ceterosque Cyclopas, quos ille convocaverat.

Ita recte Th. Bergkius Comment. p. 160 et ex parte iam Runkelius. Iidem haec ex ultima fabulae parte petita esse viderunt. Vs. 1 *νυν* corripitur, unico quod sciam apud comicos exemplo; nam apud Aristoph. Thesm. 103, qui locus ita distinguendus videtur:

τίνι δαιμόνων ὁ κῶμος;
λέγε νυν· εὐπίστως δὲ τοὐμὸν
δαίμονας ἔχει σεβίσαι,

Agathonis verba habemus, non Aristophanis. Sed fortasse ne hic quidem *νυν* scribendum, sed *νιν*. — Vs. 3 frustra Bentleius Epist. ad Kusterum p. 606 Dind. et alii *δὲ* post *ἡμῖν* deleverunt. Cfr. Bergkius l. l. p. 161. Pro *θείῳ* Homericus usus requirit *δίῳ*. Sed nihil mutandum videtur.

XVI.

Νεοχμόν τι παρῆχθαι ἄθυρμα.

Suidas vol. I p. 75. *Ἄθυρμα: παίγνιον — Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσιν Νεοχμόν τι παρῆχθαι ἄθυρμα.* Recte *τι* addidit Elmsleius ad Euripidis Med. p. 268. Sed minus recte idem partem anapaestici tetrametri esse existimat. Paroemiacum esse ex eadem fabulae parte, ex qua fragmentum XV petitum est, indicavit Th. Bergkius Comment. p. 161, recte ille monens, chori haec verba esse de orchestra decedentis. Itaque *ἄθυρμα* ipsam hanc suam fabulam dicit Cratinus, qua novam oblectationem se spectatoribus attulisse gloriatur. Cfr. supra p. 93. Similiter *καινὸν ἀθυρμάτιον* de sermone novis et festivis salibus condito dixit Philoxenus Cytherius apud Athen. XIV p. 643 c: *ἔνθα τι καινὸν ἐλέχθη κομψὸν ἀθυρμάτιον καὶ ἐθαύμασαν αὐτό, ἔπειτ' ᾔνησαν.* Quae ita corrigenda videntur, *ἐθαύμασαν αὔτ' ἐπί τ' ᾔνεσαν.*

Denique haudquaquam indignum memoratu est, quem Diogenes Laert. VII 163 tacito auctoris nomine affert versum,

τίς δέ σ' ἐτύφλωσεν; τίς ἀφείλετο λαμπάδος αὐγάς;

eum a Welckero Mus. Rhen. vol. I p. 588 non sine aliqua veri specie eidem huic fabulae adscribi.

Π Α Ν Ο Π Τ Α Ι.

I.

Scholiasta Aristoph. Nub. 96: *κυρίως δὲ πνιγεύς, ἔνθα οἱ ἄνθρακες ἔχονται καὶ πνίγονται. ταῦτα δὲ πρότερος Κράτης ἐν Πανόπταις δράματι περὶ Ἵππωνος τοῦ φιλοσόφου κωμῳδῶν αὐτὸν λέγει. — Φαίνεται δὲ καὶ ἐπὶ τούτῳ ὁ Ἵππων κωμῳδηθῆναι φθάσας· τὸ δὲ τῶν ἐγκλημάτων οὐδὲ τὸ σύνολον ἐπικοινοῖ φιλοσοφίᾳ.* In his Crateti, qui nullos scripsit Panoptas, Cratini nomen substituendum esse et ipse indicavi olim Quaest. scen. I p. 28 et docet scholiasta Clementis Alex. Protr. p. 103 Lips. *τοῦ Ἵππωνος καὶ αὐτοῦ ὡς ἀσεβοῦς γενομένου μέμνηται ὁ Κρατῖνος.* Itaque primarium Cratineae fabulae argumentum in Hippone philosopho vexando et irridendo positum fuit. Atque inter alia etiam hoc, quod postea in Socraticos detorsit Aristophanes, Cratinus de eo lusit, caelum fornicis instar terris incumbere, in quo homines tanquam carbones versari. Aristophanis verba, ad quae scripsit ista scholiastes, haec sunt:

ἐνταῦθ' ἐνοικοῦσ' ἄνδρες, οἳ τὸν οὐρανὸν
λέγοντες ἀναπείθουσιν ὡς ἔστιν πνιγεύς,
κἄστιν περὶ ἡμᾶς οὗτος, ἡμεῖς δ' ἄνθρακες.

Ad Cratini locum fortasse spectat Etymol. M. p. 677 33. *πνιγεὺς παρὰ τοῖς κωμικοῖς ὁ φοῦρνος.* De Hippone philosopho post accuratam Th. Bergkii disputationem in Comment. p. 165 sqq. nemo plura desiderabit.

II.

Κράνια δισσὰ φορεῖν, ὀφθαλμοὶ δ' οὐκ ἀριθμητοί.

Hephaestio p. 18: *πρὸς γὰρ τῷ μυρίαν εἶναι τὴν χρῆσιν παρὰ τοῖς ἄλλοις, ἐδείξαμεν ἔτι καὶ παρ' αὐτῷ τῷ*

Κρατίνῳ πολλάκις οὖσαν, ὡς ἐν Κλεοβουλίναις — καὶ πάλιν ἐν Πανόπταις Κράνια δισσὰ κτλ. Haec ad chorum spectare recte monuit Th. Bergkius l. l. p. 181. Neque enim dubitari potest quin chorus fabulae ex ipsis illis *Πανόπταις* compositus fuerit. *Πανόπτης* solenne Argi innumeris oculis omnia curiosissime speculantis epitheton est. V. Aeschylum Suppl. 301. Schol. Iliad. I 22. II 103. Stephanum Byz. s. *Ἄργουρα* p. 159. Theophylactum Epist. II p. 13. Cfr. Nicephorus Greg. XXII 3: *ἐπόπτας ἡμῖν πικροτάτους ἐπέστησαν, πανόπτας δ' εἰπεῖν οἰκειότερον, κατὰ τὸν ἀττικίζοντα μῦθον.* Hoc nomen igitur Cratinus ad sophistas versutos et Argi instar omnia curiose speculantes transtulit. Cratini exemplum sequutus esse videtur Eubulus, de cuius fabula *Ὀδυσσεὺς ἢ Πανόπται* inscripta dixi Hist. crit. p. 365. Scite autem Cratinus eosdem Panoptas bicipites finxit. Ceterum retinui in Cratini versu editam lectionem, quamvis librorum (Turn. et C.) fide parum munitam. BII et ed. Flor. habent *κράνεια δισσάφορα*, in quo Th. Bergkio *δίσσ' ἀφορᾶν* sive *ἐφορᾶν* latere videbatur, quod non satis intelligo. Si sana est edita lectio, in *φορεῖν* non haereo. Ita *Brachia gestare* dixit Horatius Carm. I 8 10, et *ora gerere* Ovidius Metam. V 553. Infinitivus pendet ab iis quae interciderunt: nisi forte *φοροῦσ'* scribendum. Ad *δισσὰ* pertinet fortasse glossa Hesychii, *Δισσά: διττά.* Denique *ἀριθμητοὶ* pro *ἀριθματοὶ* ex ed. Flor. et BII recepi praeeunte Bergkio.

III.

Ἀλλοτριογνώμοις ἐπιλήσμοσι μνησικακοῖσιν.

Hephaestio p. 14: *ἤδη μέντοι ἡ διὰ τοῦ μν σύνταξις ἐποίησέ που καὶ βραχεῖαν, ὡς καὶ παρὰ Κρατίνῳ ἐν Πανόπταις Ἀλλοτριογνώμοις κτλ.* „Sic C. Turn. et ita citat Aldus Inst. gramm. p. 250. *ἀλλοτριογνώμης* Flor. H. B. Legendum coniicit Arnaldus *ἀλλοτρίας γνώμης ἐπιλήσμοσι· μνημονικοῖς δὲ* —" Gaisfordius. Choeroboscus apud Bek-

kerum Anecd. III p. 1176: *καὶ παρὰ Κρατίνῳ Ἀλλοτριογνώμοσιν· ἐπιπλήσμουσιν* (sic cod.) *μνησικακοῖσιν*. Quae ex Hephaestione emendanda esse indicavi Quaest. scen. I p. 23. Choerobosci locum edidit nunc etiam Cramerus Anecd. IV p. 414. Formam *ἀλλοτριόγνωμος* pro *ἀλλοτριογνώμων* pluribus exemplis munivit Lobeckius ad Phryn. p. 383. quibus adde Grammaticum Bekk. Anecd. p. 385 7. *Ἀλλοτριόγνωμος: σημαίνει δὲ ὁ τὰ ἀλλότρια ἐν γνώμῃ ἔχων καὶ μὴ τὰ ἑαυτοῦ.* Cfr. Th. Bergkium Comment. p. 182, qui recte Cratini versum de iisdem illis Panoptis interpretatus est.

IV.

Ἀριστόδημος ὢς ἀσχημονῶν,
ἐν τοῖς Κιμωνίοις ἀνὴρ ἐρειπίοις.

Scholiasta Luciani Alex. 4: *ὁ Ἀριστόδημος δὲ μιαρὸς καὶ καταπύγων ὑπερβολῇ, ἀφ' οὗ καὶ ὁ πρωκτὸς Ἀριστόδημος καλεῖται. Κρατῖνος Πανόπταις· Ἀριστόδημος ὡς ἀρχημοῦν ἐν ταῖς κιμνὶ ἀνεριπῖ. ὡσαύτως καὶ Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν.* Ita haec in cod. Vindob. leguntur, ex quo ea edidit Schubartus in Zimmermanni Ephem. stud. antiqu. a 1834 no. 141. *Ἀσχημονῶν* correxit Schubartus, cetera Th. Bergkius Comment. p. 183. Dubito tamen num *ὢς* sic positum comicorum orationi conveniat. Malim igitur *Ἀριστόδημος ὢν ἀσχημονεῖ* h. e. *alter Aristodemus*, ut apud Aristoph. Ran. 363 *Θωρυκίων ὤν*. Cimoniorum monumentorum memoriam hic latere verissime perspexit Bergkius, allato Photio Lex. p. 166 1 ex quo foedissima quaeque illic perpatrata esse intelligitur: *Κιμώνεια ἐρείπια· Ἀθήνησιν, ἐν οἷς ἀπεπάτουν καὶ ἐπεραίνοντο.* Cfr. Plutarchus V. Cim. cap. 4: *μνῆμα δ' αὐτοῦ* (Thucydidis) *τῶν λειψάνων εἰς τὴν Ἀττικὴν κομισθέντων, ἐν τοῖς Κιμωνείοις δείκνυται.* Quae eadem tradit Marcell. V. Thucyd. p. 3: *πρὸς ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνή-*

ματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου *) *καὶ Θουκυδίδου μνήματα.* Sed apud schol. ad Sophoclis Oed. Col. 480. *τὸ Κυδώνιον ἐκτὸς τῶν ἐννέα* (?) *πυλῶν*, ubi Brunckius *Κιμώνιον* corrigere tentabat, scribendum haud dubie *τὸ Κυλώνιον*, de quo admonuit, ni fallit memoria, O. Muellerus. Quis autem sit ille, quem cum Aristodemo, profligatae libidinis et foeditatis homine, comparat Cratinus, nemo facile dixerit. In Hipponem quidem, quem Bergkius intelligit, tantae foeditatis crimen a Cratino coniectum esse vix crediderim. De Aristodemo, cuius nomine comici poetae ad turpissima quaeque significanda utuntur, iis quae interpretes Hesychii vol. I p. 534 attulerunt, nihil habeo quod adiiciam praeter Libanium Orat. XIX p. 500 D. ubi cum Clisthene, Philoxeno, Amynia, Demo, Ctesippo aliisque perditae libidinis hominibus coniungitur.

V.

Μισεῖς γὰρ τὰς γυναῖκας, πρὸς παιδικὰ δὲ τρέπῃ νῦν.

Photius Lex. p. 369 4. *Παιδικά: ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις· παραδείγματα δὲ τοῦ ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων τάττεσθαι πολλά. — καὶ Κρατῖνος Πανόπταις Μισεῖς γὰρ κτλ.* Eadem ferme leguntur apud scholiastam Aristoph. Vesp. 1021. Grammaticum in Montefalc. Bibl. Coisl. p. 474 et Suidam s. v. *παιδικά.* Pro *τρέπῃ* scholiasta habet *τρέπεις*, quod probans Iacobsius ad Anthol. Palat. p. 666 anapaesticorum tetrametrorum reliquias restitui voluit:

μισεῖς γὰρ τάς γε γυναῖκας,
πρὸς παιδικὰ δ' αὖτε τρέπεις τὸν νοῦν.

Quae plures ab caussas probari non possunt. Iacobsii vestigiis insistens Th. Bergkius Comment. p. 185 audacius quam debebat totum versum ita constituit:

Μισεῖς δὲ τὴν γυναῖκα, πρὸς παιδικὰ γὰρ τρέπεις νοῦν.

---

*) Vix credere licet Herodoti ibi monumentum fuisse. Vero, opinor, *Ἡρώδου* corrigit Coraes ad Plutarchi Vit. III p. 390.

ut sit tetrameter choriambicus, qui iambicam dipodiam, quae alias secundum locum obtinere solet, primo loco exhibeat. Quod dubito num recte fieri possit; quae enim similia affert, alius tamen sunt generis. Porsonus apud Dobraeum ad Aristoph. Av. 718 tentabat:

πάνυ
μισεῖς γυναῖκας πρὸς δὲ παιδικὰ νῦν τρέπει.

In his πάνυ ex Grammatico Coisl. assumpsit, qui locum ita exhibet: μισεῖ γὰρ πάνυ τὰς γυναῖκας, πρὸ (sic) παιδικὰ δὲ τρέπει νῦν. Mitto reliqua tentamina. Fortasse locus ita scribendus est:

μισεῖς γε πάνυ γυναῖκας,
πρὸς παιδικὰ δὲ τρέπει νῦν,

vel μισεῖς γε τὰς γυναῖκας κτλ. Videtur ex chorico carmine petitus esse.

VI.

Scholiasta Aristoph. Nub. 981: Κηκείδου] ἀρχαῖος διθυραμβοποιός, οὗ μέμνηται Κρατῖνος ἐν Πανόπταις. Photius Lex. p. 160 14. Κηδίδης: διθυραμβοποιητής. Recte Schleusnerus Κηκείδης.

VII.

Pollux X 16: ἀπεσκευασμένος τὰ χρήματα, ἀνασκευασθῆναι τὴν τράπεζαν, ἐπισκευάσαι τὸ τεῖχος, πομπῆς καὶ πομπείων ἐπισκευαστής. Κρατῖνος δὲ ἐν Πανόπταις τὸν σκευοφύλακα ἔοικε σκευωρὸν καλεῖν. Cratinus σκευωρὸς dixisse videtur de eo, cuius curae pomparum apparatus demandatus erat.

VIII.

Antiatticista p. 91 10: Διὰ πάντων ἀγὼν λέγεται ὁ ἔσχατος. Κρατῖνος Πανόπταις. Formulae rationem explicuit Boeckhius ad Corp. Inscr. I p. 768.

IX.

Scholiasta ad Homeri Iliad. ι 77: τίς ἂν τάδε γηθή-

σειεν — οὐ λείπει τὸ ὁρῶν, ἀλλ' ἔστι παλαιὰ συνήθεια. Ἀριστοφάνης (Acharn. 15) ἀλλ' ἕτερον ἥσθην, καὶ Κρατῖνος Πανόπταις γέγηθα τὸν ἄνδρα. Eustathius p. 737 4: φασὶ δὲ καὶ Κρατῖνον οὕτω που γράψαι, γέγηθα τὸν ἄνδρα. V. Lobeckium ad Sophoclis Aiac. 136.

Π Λ Ο Υ Τ Ο Ι.

I.

Ἆρ' ἀληθῶς τοῖς ξένοισιν ἔστιν, ὡς λέγουσ', ἐκεῖ
πᾶσι τοῖς ἐλθοῦσιν ἐν τῇ κοπίδι θοινᾶσθαι καλῶς;
ἐν δὲ ταῖς λέσχαισι φύσκαι προσπεπατταλευμέναι
κατακρέμανται, τοῖσι πρεσβύταισιν ἀποδάκνειν ὀδάξ;

Athenaeus IV p. 138 e: Πολέμων ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι (Ages. VIII 7) κανάθρῳ τοῦ παρὰ Λάκωσι καλουμένου δείπνου κοπίδος μνημονεύοντα Κρατῖνον ἐν Πλούτοις λέγειν· Ἆρ' ἀληθῶς τοῖς ξένοισιν ἔστιν κτλ. Describitur autem his versibus sacrificalis coena, quam κοπίδα appellabant Lacedaemonii. Ad eam et indigenis et peregrinis patebat aditus. Molpidis Philemonis Didymi aliorumque de ea testimonia apposuit Athenaeus. Cfr. Muelleri Dor. II p. 277. — Vs. 3 ἐν δὲ ταῖς λέσχαισι De lescharum usu ut ceteris Graecis ita apud Spartanos frequentissimo vide Muellerum l. l. et Thorlacium Opusc. I p. 27. Pro φύσκαι, quod ex L receptum, PV habent φύσται. Illud etiam Eustathius ad Iliad. p. 759 49. Sed idem vitiose προσεπατταλευμέναι, omisso augmento: πρὸς δὲ ὁμοιότητα, inquit, τοῦ ἐκτῆσθαι εἴρηται καὶ τὸ φύσκαι προσεπατταλευμέναι παρὰ Κρατίνῳ, οὐ τὸ κοινὸν πεπατταλευμέναι. Qui nisi festinantis error est, ex vitioso Epitomes codice fluxisse censendus est. Eustathio nollem fidem habuisset vir egregius Parergis ad Phryn. p. 598.

II.

Οἷς δὴ βασιλεὺς Κρόνος ἦν τὸ παλαιόν,
ὅτε τοῖς ἄρτοις ἠστραγάλιζον, μᾶζαι δ' ἐν ταῖσι παλαί-
στραις
Αἰγιναῖαι κατεβέβληντο δρυπεπεῖς, βώλοις τε κομῶσαι.

Athenaeus VI p. 267 e: οἱ δὲ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταὶ περὶ τοῦ ἀρχαίου βίου διαλεγόμενοι, ὅτι οὐκ ἦν τότε δούλων χρεία ἐκτίθενται. Κρατῖνος μὲν ἐν Πλούτοις Οἷς δὴ βασιλεὺς κτλ. His versibus Cratinum ceteris poetis, qui similes Saturnii aevi descriptiones exhibuissent, tanquam illustri exemplo praeivisse idem Athenaeus affirmat p. 268 d. Mirifice autem sibi placebant poetae comici in imagine beatae illius vetustissimorum hominum vitae adumbranda et variis coloribus ornanda. Eorum locos diligenter composuit Athenaeus l. l. Nec tragici poetae talia abnuebant. Scholiasta Ven. Aristoph. Pac. 531: περιέργως δέ τινες εἰς τὰ ἐν Ἰνάχῳ περὶ τοῦ ἀρχαίου βίου καὶ τῆς εὐδαιμονίας „εὐδαίμονες οἱ γενεᾶς τότ' ἀφθίτου λαχόντες" Vs. 1 τοῖς ἄρτοις ἠστραγάλιζον. Teleclidis locum apud Athen. VI p. 268 d: μήτρας δὲ τόμοις καὶ χναυματίοις οἱ παῖδες ἂν ἠστραγάλιζον, comparavit Schweighaeuserus. — Vs. 3 δρυπεπεῖς. Ita ACDV. δρυπετεῖς PL. Cfr. supra p. 8. De μάζαις δρυπεπέσι v. Schweighaeuserum ad Athen. vol. I p. 381. Ibid. pro βώλοις Epit. κώλοις. Parum apte Toupius scribebat ὀβολοῖς, ut ad Aeginaeos obolos Atticis crassiores et maioris pretii alluserit. O. Muellerus Aegin. p. 186 intelligebat mazas de arbore deciduas *glebisve provenientes*. Th. Bergkius Comment. p. 196 tentabat ἀμύλοις. Ipse olim coniiciebam πολφοῖς, comparato Metagenis versu apud Erotian. p. 314: ἀμύλου, λεκίθων, καρύων, ζωμοῦ, πολφῶν, οἴνου, κολοκύνθης. Sed dubitationem iniicit Hesychii glossa iam a Schweighaeusero allata, Βωλία: βωλίς· μάζης εἶδός τι ἐν ταῖς θυσίαις. Ubi βωλία delendum videtur. Itaque μᾶζαι

βώλοις κομῶσαι panes esse videntur massulis rotundatis (Kloesschen) distinctae et quasi superbientes.

III.

Ἐγὼ γάρ εἰμι θυννὶς ἢ μελαίνας ἢ
καὶ θύννος, ὀρφώς, γλαῦκος, ἔγχελυς, κύων.

Athenaeus VII p. 303 d: *διΐστησιν αὐτὰς (θυννίδας) τῶν θύννων καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Μούσαις. Κρατῖνος δ' ἐν Πλούτοις φησὶν Ἐγὼ γάρ εἰμι κτλ.* Idem VII p. 299 b de anguilla agens *καὶ Κρατῖνος ἐν Πλούτοις· Θύννος ὀρφὼς κτλ.* De thynno et thynnide v. Schneiderum ad Artedi Synonym. pisc. p. 53 sqq. Pro *μελαίνας* Adamus *μελάνουρος*, Schweighaeuserus *μέλανδρυς*, neutrum cum aliqua veri specie. Fortasse nihil nisi accentus mutandus, ut *μελαινάς, άδος*, piscis nomen fuerit a colore appellati, cuius quod nulla praeterea extat memoria, etiam alia piscium nomina semel tantum commemorari constat.

IV.

Περὶ σιαγόνος βοείας μαχόμενος.

Athenaeus III p. 94 e: *σιαγόνος δὲ (μνημονεύει) Κρατῖνος Πλούτοις Περὶ σιαγόνος βοείας μαχόμενος.* Initium est versus trochaici tetrametri, quamquam haec etiam ad dimetros revocari possunt.

V.

Ἄρξει γὰρ αὐτὸς διποδίας καλῶς.

Scholiasta Aristophanis Lys. 1245: *διποδιάξω] τοῖς δύο ποσὶν χορεύσω. εἶδος ὀρχήσεως ἡ διποδία, ἧς μέμνηται καὶ Κρατῖνος ἐν Πλούτοις Ἄρξη γὰρ αὐτοὺς διποδία καλῶς.* Correxit Runkelius. Ante *καλῶς* fortasse excidit *καλῆς*. Cratini exemplum Aldus neglexit. Vid. Dindorfii Praef. ad Schol. p. V.

VI.

Αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνίει τἀγαθά.

Stobaeus Ecl. eth. CIII 11: *Κρατῖνος ἐν Πλούτοις· Αὐτόματα κτλ.* Vulgo *ἀνοίγει.* AB *ἀνίει.* Runkelius affert Aristoph. Ran. 1462: *ἐνθένδ' ἀνίει τἀγαθά.* Arsenius Viol. p. 84: *Αὐτομάτως ὁ θεὸς ἀνίησι τἀγαθά: ἐπὶ τῶν ἀπραγμόνως εὐδαιμονούντων.* Diogen. III 15: *αὐτόματα ὁ θεὸς ἀνίησι τἀγαθά,* ubi cod. c. habet *αὐτομάτως* et *ἀνίει.* Cratinus fortasse scripserat *ἀλλ' αὐτόματ' αὐτοῖς θεὸς ἀνίει τἀγαθά,* sive malis *αὐτόματα δ' αὐτοῖς* etc. quorum alterutrum, si recte memini, etiam alii in mentem venit. Spectare haec ad eandem pristinae felicitatis memoriam recte monuit Th. Bergkius Comment. p. 197.

VII.

Μὴ ξυντυχίᾳ βαρυνόμενοι.

Priscianus XVIII p. 1169 13 (p. 181 ed. Kr.) „Illi *βαρύνομαι* „*τοῦτο, καὶ ὑπὸ τούτου βαρύνομαι.* Nos *gravor hanc rem* et „*hac re.* — *Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ, Ὀσμῆς μό-* „*νον ὡς μὴ βαρυνθήσασθέ μου ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τῆς ὀσμῆς.* „*Κρατῖνος ἐν Πλούτοις, μὴ ξυντυχίᾳ βαρυνόμενοι.*" Aldina verbis *Κρατῖνος ἐν Πλούτοις* omissis, *τῇ ἐμῇ ξυντυχία* (sic) *βαρυνόμενοι.* Unde Dobraeus ad Aristoph. Av. 1238 scripsit *τῇ 'μῇ.* Krehlius: *Κρατῖνος Χείροσι· Μὴ ξυντυχίαν βυρυνόμενοι.* Qui unde Chironas arripuerit non indicavit. In cod. Leid. ita scriptum est: *Κρατινος εν πλοπαο μη ξυντιχειαι βαρυνομινοι.* In Monac. apud Spengelium App. Varr. p. 615 sic: *ΚΡΑΤΙΝΟC ΕΝ ΤΙΑ ΟΥ ΤΟΙC ΜΝΞΙΝΤΥΧΕΙΑΤ ΒΑΡΥΝΟΜΕΝΟΥ.* Ceterum locus ex chorico carmine desumptus videtur.

VIII.

Suidas, *Ἀνανεοῦσθαι, ὡς ἡμεῖς. Θουκυδίδης ἑ. καὶ Πλούταρχος Κρατῖνος.* Ita vulgo. Duo codd. Paris.

Πλούτ. Κρατίνῳ. Emendavit Valckenarius Diatr. p. 214 et Piersonus ad Moer. p. 17.

IX.

Pollux II 61: *Κρατῖνος δ' ἐν Πλούτῳ* (sic) *καὶ ἀναπηρίαν.* Ex Aristophanis Pluto eandem vocem exsignavit Suidas, *'Αναπηρίαν: οὕτως 'Αριστοφάνης Πλούτῳ*, quae Brunckius ad vs. 115 rettulit, ubi hodie legitur *ὀφθαλμίας*, Fortasse recte; neque improbabile est Pollucem suo ipsius errore Cratinum nominasse pro Aristophane. Cfr. Dobraeum.

Ceterum Plutorum nomen recte Th. Bergkius Comment. p. 131 ad chorum referre videtur, ut homines omnibus divitiis opibusque abundantes, comites quasi quosdam Pluti, in scenam Cratinus induxerit. Nisi forte praestat simpliciter de divitiis interpretari. Plato Gorg. p. 167 c: *ἠμφιεσμένοι εἰσὶ σώματά τε καλὰ καὶ γένη καὶ πλούτους.* Cfr. Schaeferus ad Dionysium Comp. verb. p. 365.

Π Υ Λ Α Ι Α.

Argumentum huius fabulae utrum ad conventum Pylaicum an ad mercatum ibi habitum spectaverit non definiam. De mercatu testis est Zenobius V 36: *Οἶδεν Πυλαία ταῦτα καὶ Τυττυγίας: ὁ Τυττυγίας ἀνδραποδιστὴς ἦν, ἐπώλει δὲ ἐν τῇ Πυλαίᾳ τὰ ἀλλότρια.* Ubi fortasse *Τεττιγίας* scribendum. Cfr. O. Muellerus Dor. II p. 399 4. Nec magis de cognomine Alexidis fabula (*Πυλαῖαι*) quidquam eruere contigit. Cfr. Hist. crit. p. 402.

I.

Οἴδ' αὖθ' ἡμεῖς, ὡς ὁ παλαιὸς
λόγος, αὐτομάτους ἀγαθοὺς ἰέναι
κομψῶν ἐπὶ δαῖτα θεατῶν.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 378: *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν. Ταύτην δὲ λέγουσιν εἰρῆσθαι*

ἐπὶ Ἡρακλεῖ, ὅς ὅτε ἱστιῶντο τῷ Κήυκι ξένοι ἐπέστη. Κρατῖνος δὲ ἐν Πυλαίᾳ μεταλλάξας αὐτὴν γράφει οὕτως Οἴδ' αὖθ' ἡμεῖς κτλ. Videntur haec ex parabasi esse petita. Recte παλαιὸν λόγον dicit, quippe quo primus usus esse videatur Hesiodus in Nuptiis Ceycis. Zenobius II 19: Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἵενται: Οὕτως Ἡσίοδος ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ, ὡς Ἡρακλέους ἐπιφοιτήσαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν Κήυκος τοῦ Τραχινίου καὶ οὕτως εἰπόντος. Ita enim verissime haec correxit perelegantis vir ingenii Schneidewinus apud Bergk. Comment. p. 440. Verborum structura est eadem, quam nuper Theocrito restitui Idyll. XII 14: τὸν δ' ἕτερον πάλιν ὥς κεν ὁ Θετταλὸς εἴποι ἀΐταν, ad quae plura notavimus.

II.

Suidas vol. I p. 146: Ἀμύναιντο, ἀμύναιεν. Κρατῖνος Πυλαίοις (sic) Αὐτοὺς ἐπαίδευσεν ἔθρεψέ τε δημοσίοις χρήμασιν εἰς ἥβην ἵνα οἵ ποτε λοιγὸν ἀμύναιντο. Miror Bernhardii nostri sententiam haec sophistae potius, velut Aeliano, quam Cratino tribuenda esse statuentis. Nam metri quidem satis aperta insunt vestigia: quamquam non accedam Hermanno choriambicos versus restituenti:

αὐτοὺς ἐπαίδευσεν ἔθρεψέν τε
δημοσίοις χρήμασιν εἰς ἥβην,
ἵνα ποτέ οἱ λοιγὸν ἀμύναιντο.

Nisi omnia me fallunt, dactylicis tetrametris locus in hunc fere modum conceptus fuit:

αὐτοὺς ἐπαίδευσεν ἔθρεψέ τε δημοσίοισιν
χρήμασιν εἰς ἥβην, ἵνα οἵ ποτε
λοιγὸν ἀμύναιντ' — v v — v v

Pro ἀμύναιντο cod. A habet ἀμύναιτο, ceteri ἀμύναιο. Ad verba ἔθρεψεν εἰς ἥβην cfr. Sophocles Electr. 14: κἀξεθρεψάμην | τοσόνδ' ἐς ἥβην, πατρὶ τιμωρὸν φόνου. Dicuntur haec autem de potenti aliquo viro, qui nescio quos pecunia publica, quam mala fraude interverterat, alendos curaverit, ut viri facti capitis periculum ipsi depellerent.

III.

Ἄνδρας σοφοὺς χρὴ τὸ παρὸν πρᾶγμα καλῶς εἰς δύναμιν τίθεσθαι.

Suidas vol. III p. 487: τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν: παροιμία. Πλάτων Γοργίᾳ (p. 499 c) „καὶ ὡς ἔοικεν ἀνάγκη μοι, κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν". Κρατῖνος Πυλαίᾳ· Ἄνδρας σοφοὺς χρὴ τὸ παρὸν πρᾶγμ' ὡς καλῶς τίθεσθαι. Scripsi πρᾶγμα pro πρᾶγμ' ὡς ex Photio Lex. p. 595 14, ubi verba Πυλαίᾳ ἄνδρας, quae a codice absunt, supplevit ex Suida Porsonus. Metri ratio haec est:

υ ⁄— υ — | ⁄— υ υ — ⁄— υ υ — ⁄— υ υ — υ — ⁄—

Improspere haec tractavit praeter alios Hemsterhusius ad Lucian. I p. 485. Cfr. Curas crit. p. 73.

IV.

Ἡι Διονυσίοις ἀκύλοις παίζουσ' ἀνέμενοι τρόπα.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 320: τρόπα δ' ἐστὶν ἡ εἰς βόθυνον ἐκ διαστήματος βολή. Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ· ᾗ Διονυσίοις κτλ. Alius liber ἡ διονύσοις ἀκοίλοις παίζουσιν. Describit hunc lusum Pollux VII 103: ἡ δὲ τρόπα παιδιὰ γίγνεται μὲν ὡς τὸ πολὺ δι' ἀστραγάλων, οὓς ἀφιέμενοι στοχάζονται βόθρου τινὸς εἰς ὑποδοχὴν τῆς τοιαύτης ῥίψεως ἐξεπίτηδες πεποιημένου. Photius Lex. p. 606 8 τρόπα: διὰ ἀστραγάλων παιδιά. Cfr. Martialis IV 14 9: *et ludit tropa nequiore talo.* Ita enim corrigunt quod vulgo legitur *rota.* Idem ludus ἐς βόθυνον dicebatur. V. ad Seriph. VII. Talorum loco etiam glandibus utebantur. Pollux l. l. πολλάκις δὲ καὶ ἀκύλοις καὶ βαλάνοις ἀντὶ τῶν ἀστραγάλων οἱ ῥίπτοντες ἐχρῶντο. In Cratini versu, ut de metro taceam, neque ᾗ vel ἡ neque ἀνέμενοι expedio. Fortasse tamen scribendum,

οἳ (εἰ) Διονυσίοις
ἀκύλοις ἀεὶ παίζουσ' ἀνειμένοι τρόπα.

Nisi malis *ἀφειμένοι*, quod de ludentibus solenne esse annotat Grammaticus Bekk. p. 469 et Suidas v. *ἀφεὶς*.

V.

Scholiasta Aristophanis Pac. 733: *Κρατῖνος δὲ ἐν τῇ Πυλαίᾳ δηλοῖ ὅτι ἓξ ἐστι ζυγὰ τοῦ χοροῦ.* Comicum chorum dicit. Vide Pollucem IV 109.

VI.

Scholiasta Aristophanis Av. 121. *εὔερον: οἷον μαλακὴν ὥσπερ σισύραν εὐέριον. Πλάτων Καὶ τοσοῦτον εὐερίας ἀπολέλαυχ᾽ Ὑπέρβολος, ὥστ᾽ αὐχμάτατός ἐστι. Κρατῖνος· γλῶσσαν εὐέρων βοτῶν. λέγει δὲ περὶ τῶν προβάτων.* Eadem Suidas s. v. *εὔερον*. De voce *εὔερος* v. Lobeckium ad Phryn. p. 146.

VII.

Scholiasta Aristophanis Av. 767: *οὐδὲν σαφὲς ἔχομεν εἰπεῖν τίς ὁ Πισίου, οὔτε περὶ τῆς προδοσίας. ὅτι δὲ τῶν λίαν πονηρῶν ἐστι δηλοῖ Κρατῖνος ἐν Χείρωσι, Πυλαίαις* (sic), *Ὥραις. εἴη δ᾽ ἄν τι συμπεπραχὼς τοῖς ἑρμοκοπίδαις ὁ Πισίου.*

VIII.

Maximus in Dionysium Areop. Epist. 8 vol. II p. 318: *προτελείας* (leg. *προτέλεια*) *ἐκάλουν Ἀθηναῖοι τὰς τῶν γάμων μετὰ τῶν θυσιῶν εὐχάς. τὸν γὰρ γάμον τέλος ἐκάλουν ὡς τελειοῦν τὰ* (leg. *τελειοῦντα*) *πρὸς τὸν βίον τὸν ἄνθρωπον. καὶ τοῦτο ἐκ πολλῶν κωμῳδίαις* (leg. *κωμῳδίας*) *ποιητῶν δεικνύναι δυνατόν. — ἔλεγον δὲ προτελίζεσθαι καὶ τὸ προμυεῖσθαι καὶ οἱονεὶ προκαθαίρεσθαι εἰς ἑτοιμασίαν μυστηρίων, ὡς Κρατῖνος δηλαδὴ* (fort. *δηλοῖ*) *ἐν Πυλαίᾳ δράματι.*

IX.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 393: *παροιμία αὐτὸ δείξει ἐπὶ τῶν ἀπιστούντων τι μὴ γίνεσθαι. μέμνηται δ᾽ αὐ-*

τῆς Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ. V. Valckenarius ad Eurip. Phoen. p. 237 et Heindorfius ad Platonis Hipp. mai. p. 152.

X.

Antiatticista p. 105 23. Κορωνιδεύς: ὁ τῆς κορώνης νεοσσός. Κρατῖνος Πυλαίᾳ.

XI.

Hesychius, Γοργῶπις: Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ λίμνην φασὶν εἶναι ἐν Κορίνθῳ, εἰληφέναι δὲ τοὔνομα διὰ τὸ Γόργην ἐμπεσεῖν εἰς αὐτήν. Ubi pro Γόργην frustra corrigunt Γοργὼ vel Γοργόνα. Neque enim a Gorgone sed a Gorge, Megarei filia, Corinthi uxore, lacum illum, olim Eschatiotis appellatum, nomen duxisse ferebant. Etymol. M. p. 384 38: ὕστερον δὲ Γοργῶπις ἐκλήθη, ἀπὸ Γόργης τῆς Μεγαρέως θυγατρός, γυναικὸς Κορίνθου, ἥτις ἀκούσασα τὸν τῶν παίδων φόνον περιαλγὴς γενομένη ἔρριψεν ἑαυτὴν εἰς τὴν λίμνην. Idem lacus commemoratur ab Aeschylo Agam. 312: λίμνην δ᾽ ὑπὲρ Γοργῶπιν ἔσκηψεν φάος.

XII.

Photius Lex. p. 56 10. Ζωπύρου τάλαντα: Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ· τοῦτόν φησι Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν περὶ Φίλιππον, Πέρσην ὄντα ὑπὸ φιλοτιμίας χαριζόμενον βασιλεῖ μαστιγῶσαι ἑαυτόν, καὶ τῆς ῥινὸς καὶ τῶν ὤτων ἀποστερήσαντα εἰσελθεῖν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ πιστευθέντα διὰ ταύτην τὴν κακουχίαν καταλαβεῖν τὴν πόλιν. ἐκ μεταφορᾶς οὖν εἶπε τάλαντα καὶ ζυγά, οἱονεὶ ἔργα καὶ πράξεις. Idem proverbium ex Cratini Pylaea habet Hesychius s. v. Ζωπύρου τάλαντα, et tacito Cratini nomine Suidas et Zenobius IV 9. Coniunxit igitur Cratinus synonyma τάλαντα καὶ ζυγά, quemadmodum ἔργα καὶ πράξεις coniunguntur nullo propemodum discrimine. Sed vim proverbii non perspicio. Res ipsa, quam ex Theopompi Philippicis refert Photius, nota est ex Herod. III 153 aliisque.

Π Υ Τ Ι Ν Η.

I.

Ἀλλ' ἐπανατρέψαι βούλομαι εἰς τὸν λόγον.
πρότερον ἐκεῖνος πρὸς ἑτέραν γυναῖκ' ἔχων
τὸν νοῦν, κακὰς εἴποι πρὸς ἑτέραν· ἀλλ'
ἅμα μὲν τὸ γῆρας, ἅμα δέ μοι δοκεῖ
οὐδέποτ' αὐτοῦ πρότερον.

Scholiasta Aristophanis Equ. 399: *τὴν Κωμῳδίαν ἐπλάσατο αὐτοῦ εἶναι γυναῖκα, καὶ ἀφίστασθαι τοῦ συνοικεσίου τοῦ σὺν αὐτῷ θέλειν, καί κακώσεως αὐτῷ δίκην λαγχάνειν, φίλους δὲ περιτυχόντας τοῦ Κρατίνου δεῖσθαι μηδὲν προπετὲς περιποιῆσαι καὶ τῆς ἔχθρας ἀνερωτᾶν τὴν αἰτίαν. τὴν δὲ μέμφεσθαι αὐτῷ ὅτι μὴ κωμῳδοίη μηκέτι, σχολάζοι δὲ τῇ Μέθῃ. μηδὲν δὲ χεῖρον πολυμαθίας ἕνεκεν αὐτὰ τὰ ἐπιτήδεια τῶν ἰάμβων* (**fort.** *ἰαμβείων*) *ἐκλέξαντα θεῖναι ταῦτα· Ἀλλ' ἐπανατρέψαι — αὐτοῦ πρότερον, καὶ τὰ ἑξῆς.* **De scholiastae verbis cfr. Hist. crit. p. 48. Similia leguntur apud Suidam v.** *κώδιον*, **omissis tamen Cratini versibus. Vs. 1** *ἐπανατρέψαι* **pro** *ἐπαναστρέψαι* **Bentleius. Tum idem** *βούλομαι γ' εἰς.* **Runkelius** *βούλομαι πρός.* **Utroque fortasse rectius Fritzschius Quaest. Arist. I p. 263.** *βούλομ' εἰς τὸν νῦν λόγον.* **Scilicet paulo deflexerat Comoedia a proposito orationis argumento. Pro** *βούλομαι* **cod. Flor.** *βουλόμενος.* **— Vs. 2** *πρότερον*, **quod vulgo cum** *λόγον* **coniungitur, ad sequentia pertinere vidit Fritzschius. Venet. 464** *πρότερον* **omittit. Flor.** *ἔχων γυναῖκα.* **— Vs. 3—5 sine meliorum librorum ope restitui posse despero cum Kustero. Fritzschius tentabat:**

τὸν νοῦν, κακά μ' εἶπε πρός γ' ἑταίραν, ἀλλὰ νῦν
ἅμα μὲν τὸ Γῆρας, ἅμα Μέθη δέ μοι δοκεῖ
αὐτοῦ 'πιδεσπόζουσιν, οὐ πρότερον γάρ, οὔ.

Quae ipsi auctori certa, mihi incertissima videntur. Verba πρὸς ἑτέραν ex secundo versu temere repetita videntur. — Vs. 4 si excidit *Μέθη*, certe scribendum erat ἅμα δέ μοι Μέθη δοκεῖ.

II.

Γυνὴ δ' ἐκείνου πρότερον ἦ, νῦν δ' οὐκέτι.

Porphyrius apud schol. Homeri Od. θ' 186 de ἦ et ἦν disserens: τῶν δὲ Ἀττικῶν ἐστι παρὰ Κρατίνῳ ἐν Πυτίνῃ Γυνὴ δ' ἐκείνου πρότερον ἦν, νῦν δ' οὐκέτι. Eadem eodem modo scripta leguntur in scholiis Ven. ad Iliad. ε' 533. Utroque loco contra Porphyrii mentem legitur ἦν, de quo admonuit Buttmannus. Ex Comoediae oratione versum petitum esse, iam olim indicavi. Cfr. Hist. crit. p. 48.

III.

Νῦν δ' ἢν ἴδῃ Μενδαῖον ἡβῶντ' ἀρτίως
οἰνίσκον, ἕπεται κἀκολουθεῖ καὶ λέγει,
οἴμ' ὡς ἁπαλὸς καὶ λευκός. ἆρ' οἴσει τρία;

Athenaeus I p. 29 d: Μενδαίου δὲ (μνημονεύει) Κρατῖνος Νῦν δ' ἢν ἴδῃ κτλ. Vs. 1 ante Dindorfium legebatur ἄν. Idem ἴδῃ adscivit ex BCD pro vulgato ἴδοι. Pytinae locum adscribendum esse vidit iam Runkelius, quem qui sequutus est Fritzschius l. l. p. 269 e Comoediae accusatricis oratione locum depromptum suspicatur. Loquitur autem de elumbi οἰνίσκῳ tanquam de delicatulo νεανίσκῳ, quorum mollities sollenniter significatur verbis ἁπαλὸς καὶ λευκός, quae coniunguntur etiam ab Aristoph. Av. 669 et Polluce IV 136 aliis. Eandem ambiguitatem Dobraeus Advers. II p. 295 inesse statuit verbis ἆρ' οἴσει τρία; comparans τὸ τριέμβολον Aristophanis Acharn. 993. Proprio sensu τρία φέρειν vinum dicebatur, cui tres partes aquae admiscerentur. Apposite Casaubonus admonuit Hesychii, Ἆρ' οἴσει τρία; ἐπὶ οἴνου ἐλέγετο, ἐπεὶ τὸ πάλαι ἐκιρνᾶτο τρία ὕδατος λαμβάνων, τὸ

δὲ τέταρτον οἴνου. Quae ad ipsum hunc Cratini locum referenda sunt. Cfr. Aristoph. Equ. 1188: *ὡς ἡδὺς ὦ Ζεῦ καὶ τὰ τρία φέρων καλῶς.* Pollux VI 18: *ἐπῖνουν δὲ οἶνον τρία φέροντα.* Eodem modo *φέρειν* intellige Fragm. Pytin. V *τὸν ἴσον ἴσῳ φέροντα.*

IV.

Τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γιγνώσκετε

Clemens Alex. Strom. VI p. 265 Sylb. *Κρατίνου ἐν Πυτίνῃ εἰπόντος „Τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γιγνώσκετε", Ἀνδοκίδης ὁ ῥήτωρ* (de myster.) *λέγει „τὴν μὲν παρασκευήν, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν σχεδόν τι πάντες εἴσεσθε".* Ibidem similia aliarum orationum initia apposuit, Lysiae contra Niciam (Ruhnk. Hist. crit. p. XL) *τὴν μὲν παρασκευὴν καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἀντιδίκων ὁρᾶτε*, Aeschinis in Ctesiphontem, *τὴν μὲν παρασκευὴν ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*, alia item aliorum. Itaque non dubitavi etiam Cratini versum ex orationis initio repetere. Sed erravi quod Comoediae eum attribui. Cratini esse criminibus uxoris responsuri recte statuit Fritzschius p. 267. Ex eiusdem oratione sequens fragmentum petitum est.

V.

Τὸν δ' ἴσον ἴσῳ φέροντ', ἐγὼ δ' ἐκτήκομαι.

Athenaeus X p. 426 b: *καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ Τὸν δ' ἴσον κτλ.* Cod. Pal. *ἐκτησομαι.* Minus prospere tractavit haec Fritzschius p. 268. Fortasse scribendum: *τὸν δ' ἴσον ἴσῳ φέροντ' ἔγωγ' ἐκτήκομαι*, ut sint ipsius Cratini verba vini ad dimidiam partem aqua mixti desiderio se tabescere confitentis. Hoc iam olim proposui; postea idem e Dobraei Adversariis prolatum est a Scholefieldio vol. II p. 326. Possis etiam: *τὸν δ' ἴσον ἴσῳ φέροντ' ἰδὼν ἐκτήκομαι.* Sed recte *ἐκτήκεσθαι* accusativo personae iungitur.

VI.

Ὕδωρ δὲ πίνων οὐδὲν ἂν τέκοι σοφόν.

Servavit hunc versum auctor epigrammatis apud Athen. II p. 39 c:

Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ·
 ὕδωρ δὲ πίνων οὐδὲν ἂν τέκοι σοφόν.
Ταῦτ' ἔλεγεν, Διόνυσε, καὶ ἔπνεεν οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ
 Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδωδὼς πίθου.

V. Hist. crit. p. 47. 48. Fritzschius p. 271 etiam primum epigrammatis versum ex Cratino adumbratum suspicatur, atque poetam ita fere scripsisse existimat, οἶνος ποιητῇ γέγονεν ὡς ἵππος ταχύς. Quae valde incerta coniectura est. Notum illud Horatii *Prisco si credis, Macenas docte, Cratino, Nulla placere diu nec vivere carmina possunt. Quae scribuntur aquae potoribus*, Epist. I 19. Convenit item incerti auctoris versus scazon, οὐκ ἔστι διθύραμβος ἢν ὕδωρ πίνῃ apud Diogen. VII 39. Atque ut vera esse quae dixerat Cratinus illustri exemplo demonstraret, videtur in scena praesentibus amicis praeclarum aliquod carmen fudisse, ad cuius divinitatem obstupefactus amicorum aliquis ea exclamat quae sequenti fragmento leguntur. Cfr. Fritzschius l. l. p. 274 et Bergkius Comment. p. 204.

VII.

Ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων.
καναχοῦσι πηγαί, δωδεκάκρουνον τὸ στόμα,
Ἰλισσὸς ἐν τῇ φάρυγι· τί ἂν εἴποιμί σοι;
εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα,
ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασιν.

Scholiasta Aristophanis Equ. 523: δοκεῖ δέ μοι Ἀριστοφάνης ἀφ' ὧν εἶπε Κρατῖνος περὶ αὐτοῦ μεγαληγορῶν, ἀπὸ τούτων καὶ αὐτὸς τὴν τροπὴν (torrenti rapido Cratinum comparat) εἰληφέναι. ὁ γὰρ Κρατῖνος οὕτω πως ἑαυ-

τὸν ἐπῄνεσεν ἐν τῇ Πυτίνῃ "Αναξ "Απολλον κτλ. Ex scholiasta habet Suidas v. ἀφέλεια vol. I p. 893 et v. δωδεκάκρουνον ibid. p. 622. Tres priores versus attulit etiam Tzetzes Chil. VIII 184 et Exeg. Iliad. p. 12. Καὶ γὰρ καὶ Κρατῖνος ὁ κωμικὸς Εἰλισσὸν ἑαυτὸν ἀποκαλεῖ καὶ δωδεκάκρουνον στόμα κτλ. Vs. 1 Toupius scribebat ᾿Ωναξ cll. Arist. Pac. 238: ὦναξ "Απολλον τῆς θυείας τοῦ πλάτους. Mox ᾿Απόλλων Tzetzes et Th. Bergkius Comment. p. 204. Pro τῶν ῥευμάτων Suidas Bernhardii utroque loco τοῦ ῥεύματος, quod fortasse praestat. — Vs. 2 καναχοῦσι Suidas. Schol. et Tzetzes in Exeg. καναχῶσι, in Chil. καταχῶσι. Ibidem τὸ ante στόμα additum a Porsono apud Kiddium ad Davesii Misc. p. 356. Reisigio Coniect. p. 126 aliis. Alludere autem his verbis Cratinum ad fontem Enneacrunum in propatulo est. Eum fontem, antiquis temporibus Callirrhoen dictum *), postea Pisistratidarum opera eximie ornatum propter novem tubos aquas limpidissimas emittentes Enneacrunum vocatum esse, multis multorum constat testimoniis, quae diligenter composuit Meursius Ceram. cap. XIV et Schneiderus ad Vitruv. VIII 3 6. De eius situ accurate exposuit Leake Topogr. of Athens p. 45 sqq. Huic igitur fonti ex novem fistulis erumpenti qui oris sui facunditatem et quasi flumen comparat Cratinus, comica exaggeratione δωδεκάκρουνον στόμα sibi tribuit. Fuerunt tamen qui ex rei veritate Cratinum loquutum esse putarent. Accessisse enim videri postea tres scaturigines, ut iure δωδεκάκρουνος dici potuerit qui ceteris ἐννεάκρουνος appelletur. Horum sententiam Fritzschius Quaest. Aristoph. I p. 277 ita sequutus

*) Non tamen plane obsolevit postea Callirrhoes nomen, quod ad hunc usque diem servatum esse testantur quibus loca illa visere contigit. Callirrhoen et Enneacrunon qui diversos fontes esse tradiderit, nemo cognitus est praeter Solinum IX p. 17, si tamen is vere scripsit quod coniiciunt viri docti: *Callirhoen stupent fontem, nec ideo Enneacrunon fontem alterum nullae rei numerant.* Libri enim habent *Cruneson*, *Crunescon*, *Crinescon*, *Cronescon*. Praeterea negligentissimus scriptor est ille Solinus.

est, ut quos praeterea Pausanias I 21 7 et 28 4 in Athenarum urbe commemorat fontes duos, Enneacruni alveolos fuisse eorumque alterum una, alterum duabus fistulis postea ornatum esse existimet. Hos autem fontes cum Enneacruno coniunctos fuisse ex eo intelligi, quoniam Pausanias I 14 de Enneacruno ita loquatur, ut praeter hunc nullum Athenis fontem fuisse appareat. Non puto haec scripturum fuisse v. cl. si locorum situm paullo accuratius cognitum habuisset. Quos enim ex Pausania commemorat fontes, eorum alter in templo Aesculapii, alter in Panis antro prope fanum Apollinis, uterque autem in ipso arcis clivo scaturiebat, locis a Callirrhoe caeli regione diversis tantoque intervallo disiunctis, ut pro partibus Enneacruni habitos esse plane incredibile sit. Nec ideo secum pugnare censendus est Pausanias, qui quum de Enneacruno ita scribit: *φρέατα μὲν καὶ διὰ πάσης τῆς πόλεώς ἐστι, πηγὴ δὲ αὕτη μόνη*, manifesto hoc dicit, puteos quidem in Athenarum urbe esse plurimos, fontem autem, qui potabilem aquam emittat, praeter Callirrhoen nullum. Atque ita intellexit locum etiam Leakius. Itaque reliquos Athenarum fontes ex eorum numero fuisse consentaneum est, quorum aquam potui inhabilem fuisse tradit Vitruvius l. l. Denique commemorandus Hesych. *Δωδεκάκρουνος: Ἀθήνησι κρήνη, ἣν ἔνιοι Ἐννεάκρουνόν φασιν, ἄλλοι δὲ Καλλιρόην καλοῦσι.* Quibus similia duobus locis habet Suidas. Sed horum quidem in reliquorum silentio nulla est plane auctoritas, nec dubitari potest quin utriusque errorem ex male intellecto Cratini loco recte derivaverit post alios Dukerus ad Thucyd. II 15. Itaque verbum non amplius addam. Ceterum *δωδεκάκρουνον στόμα* Cratini praeter Philostratum V. Soph. p. 525 expressit Theoph. Simoc. Epist. 24. — Vs. 3 *τῇ φάρυγι* Porsonus. Suidas loco priore *τῇ φαρυγίᾳ*, altero *τῇ φάρυγγι*. Scholiasta et Tzetzes omisso articulo *φάρυγγι*. In fine versus *τί ἂν εἴποιμί σοι* scholiasta, *τί ἂν εἴποιμι* Tzetzes et Suidas loco priore, *ἂν εἴποιμι* loco altero. — Vs. 4 *μὴ γὰρ* scholiasta, *μήγε* Suidas loco priore, *μὴ* loco altero. — Vs. 5 integer legitur apud

scholiastam. Suidas prioribus *ἅπαντα ταῦτα* omissis, loco priore pro *ποιήμασι* habet *στόμασι*, altero *λόγοισιν*. Addere iuvat translationem Grotii Excerpt. p. 492. *O di deaeque, carminum, ceu fluminum Scatebrae sonant: in ore fontes duodecim. In gutture est Ilissus: quid dicam amplius? Nisi quis illi propere os obturaverit, Haec cuncta merget sub diluvio carminum.*

VIII.

Πῶς τις αὐτόν, πῶς τις ἂν
ἀπὸ τοῦ πότου παύσειε, τοῦ λίαν πότου;
B. ἐγᾦδα. συντρίψω γὰρ αὐτοῦ τοὺς χόας,
καὶ τοὺς καδίσκους συγκεραυνώσω σποδῶν,
καὶ τἄλλα πάντ' ἀγγεῖα τὰ περὶ τὸν πότον,
κοὐδ' ὀξύβαφον οἰνηρὸν ἔτι κεκτήσεται.

Athenaeus XI p. 494 c: *ἔστι δὲ (ὀξύβαφον) καὶ ὄνομα ποτηρίου, οὗ μνημονεύει Κρατῖνος μὲν ἐν Πυτίνῃ οὕτως Πῶς τις αὐτὸν κτλ.* Vs. 1 „*πῶς τις αὐτόν πῶς τις ἂν* AB. *πῶς ἄν τις αὐτὸν πῶς ἄν τις* P. *πῶς ἄν τις αὐτὸν* VL". Dindorfius. — Vs. 2 „*ἀπὸ τοῦ ποτοῦ παύσειε* ABP. *ἀπὸ παύσειε* V. *ἀποπαύσειε* Basil. L". Dindorfius. *Πότου* pro *ποτοῦ* Casaubonus. Praeterea pro *ἀπὸ τοῦ πότου* Fritzschius scribebat *πότου πότου*, quod profecto nimium est. Ad illa *πότου τοῦ λίαν πότου*, confer quae dixi ad Menandr. p. 248: *ἀγαθὰ τὰ λίαν ἀγαθά* — Vs. 6 servavit etiam Pollux VI 23: *καὶ οἰνηρὸν ὀξύβαφον παρὰ Κρατίνῳ Οὐδ' ὀξύβαφον — κεκτήσεται.* Idem X 67: *τὸ παρὰ τῷ Κρατίνῳ ἐν Πυτίνῃ οἰνηρὸν ὀξύβαφον.* Cfr. Zonaras Lex. p. 1456. Colloquuntur Cratini familiares (v. schol. Arist. Fragm. I.) de medenda poetae vinositate consilia agitantes. Quamquam enim plaeclarum pristini vigoris specimen Cratinus ediderat, non videtur tamen Comoedia, quum se identidem a marito laesam et despicatui habitam esse meminisset, mitiorem animum in hunc recipere voluisse, nisi post-

quam is consuetudinem cum Temulentia abiurasset et se stabilem firmumque in coniugio perseveraturum esse promisisset. Tandem obsequutus est familiarium precibus et in gratiam cum uxore iusta paenitentia ductus rediit, id quod ex sequenti fragmento intelligitur.

IX.

Ἀτὰρ ἐννοοῦμαι δῆτα τὰς μοχθηρίας
τῆς ἠλιθιότητος τῆς ἐμῆς.

Priscianus XVIII p. 203 Krehl. „*Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ· Ἀτὰρ ἐννοοῦμαι — τῆς ἐμῆς. Similiter nos, cogito quae sunt difficultates stoliditatis meae.*" Vs. 1 *δῆτα* pro *δὴ τὰ* praebet cod. Monac. apud Spengelium App. ad Varron. p. 621. Ibidem *τὰς* pro *τῆς* correxit Runkelius. — Vs. 2 cod. Monac. *ΤΗC ΗΙΕΙΤΝΤΟΣ*. Fritzschius varia coniectat, *νηπιότητος*, vel *ἐνεότητος*, vel *ἠλιθιότητος*, vel quod reliquis praefert *ἠλεότητος*, propter *ἠλεὸν οἶνον* Homeri. Mihi *ἐνεότητος* praeferendum videtur. Th. Bergkius Comment. p. 204 scribebat *τῆς σκαιότητος*.

Vidimus igitur Cratinum Comoediae esse reconciliatum; sed abhinc quae fuerit fabulae forma et descriptio, haud perinde ex fragmentis efficias, nisi audacissimis coniecturis indulgeas. Itaque reliqua fragmenta prout aliqua argumenti similitudine continentur deinceps adscribam, initio ab iis facto, quae ex parabasi fabulae desumpta sunt.

X.

Scholiasta Aristophanis Equ. 528: *ταῦτα* (Aristophanis convicia) *ἀκούσας ὁ Κρατῖνος ἔγραψε τὴν Πυτίνην δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν ἐν οἷς κακῶς λέγει τὸν Ἀριστοφάνην ὡς τὰ Εὐπόλιδος λέγοντα.* Cfr. Hist. crit. p. 54.

XI.

Ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε.

Scholiasta Aristophanis Pac. 602: *πρὸς ταῦτα καὶ Κρα-*

τῖνος ἐν Πυτίνῃ πεποίηκεν Ὦ λιπερνῆτες — ξυνίετε. Ἔστι δὲ πρὸς τὰ Ἀρχιλόχου (Fragm. LXIII Gaisf.):

Ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε
ῥήματα.

Itaque integrum versum ab Archilocho mutuatus est. Eundem praeter Eupolin apud Stobaeum Flor. IV p. 52 expressit Aristophanes l. l.

ὦ σοφώτατοι γεωργοί, τἀμὰ δὴ ξυνίετε
ῥήματ', εἰ βούλεσθ' ἀκοῦσαι τήνδ' ὅπως ἀπώλετο.

Quo loco qui usus est Diodorus Sic. XII 40 pro σοφώτατοι exhibet λιπερνῆτες. Cratini locum respicere videtur Photius p. 225 24. Λιπέρνητες: ἤτοι λιποπόλεις ἢ πένητες: τὸ δὲ ὄνομα καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς, ὅταν παρῳδῶσι τοὺς Ἴωνας. Ubi nescio an οἱ Ἴωνες de uno Archilocho intelligendi sint. Ceterum rectius fortasse scribitur λιπέρνητες, ut praeter Photium habet Hesychius, Λιπέρνης: ὁ ἐκ πλουσίου πένης. Eo enim ducit codicis lectio λιπέρνις, quod in λιπερνὴς mutavit Musurus. Ambigue Etym. Gud. p. 371 22 ἀλιπερνήτες. Denique fuisse qui eam vocem ἀλιπέρνητες scriberent docet Etymol. M. p. 566 50: Λιπερνῆτις, θηλυκόν· τὸ ἀρσενικὸν λιπερνήτης. σημαίνει τὸν ἐνδεῆ καὶ πτωχόν, παρὰ τὸ λείπεσθαι ἐρνέων, ὅ ἐστι φυτῶν. ἢ λιπερνήτας, φησὶν Ἀριστόξενος, τοὺς ἁλιεῖς καὶ θαλασσίους, ἀπὸ τοῦ [τὰ] τῆς ἁλὸς διαπιπράσκειν καὶ ζῆν. τινὲς δὲ λιπερνήτας τοὺς λιπόντας (corr. ex Gud. λιπαίνοντας) τὸ βλάστημα τοῦ ἄνθους τοῦ πλούτου. Quibus Etymol. Gud. addit: λέγεται δὲ καὶ ἀλιπερνήτες (sic).

XII.

Οὐ δύνανται πάντα ποιοῦσαι νεωσοίκων λαχεῖν,
οὐδὲ κάννης.

Pollux X 184: μάλιστα δ' ἐχρῶντο τῷ πλέγματι τούτῳ (κάννας dicit) ἐς τὰ περιφράγματα, ὡς ἐν τῇ Πιτύνῃ ὁ Κρατῖνος περὶ τῶν τριήρων λέγει· Οὐ δύνανται κτλ. Ubi quod fabulae nomen Πιτύνη scribitur, frequens error est et

consulto a nobis in aliis locis silentio praetermissus. Eadem scripturae fluctuatio in nomine piscis *πιτίνος* apud Numenium Athenaei VII p. 304 e: *χάννας τ' ἐγχέλυάς τε καὶ ἐννυχίην πίτυνον*, ubi *πύτινον* scribendum videtur, ut habent libri in eodem versu p. 327 f. Neque enim dubitandum videtur quin piscis ille a lagenae similitudine sive *πύτινος* sive *πυτίνη* appellatus sit. Intelligitur autem ex hoc Numenii loco penultimam nominis *πυτίνη* produci, quode a nonnullis dubitatum fuisse video. Cfr. Crameri Anecd. III p. 292 et Draco Strat. p. 90 14. In Cratini versu *νεωσοίκων* scripsi praeeunte Runkelio. Vulgo *νεὼς οἴκων*. Cod. Voss. *νεωσοίκου*. Sensum verborum, quae ex parabasi ducta esse vidit Fritzschius Quaest. Arist. I p. 294, idem recte declaravit: *triremes quum vehementer cupiant patriam revisere, non posse tamen in navalia aut storeas redire.*

XIII.

Ληρεῖς ἔχων· γράφ' αὐτόν
ἐν ἐπεισοδίῳ. γελοῖος ἔσται Κλεισθένης κυβεύων
ἐν τῇδε τοῦ κάλλους ἀκμῇ.

Scholiasta Aristophanis Nub. 354: *οὗτος δὲ* (Clisthenem dicit) *ἐπὶ κιναιδίᾳ διαβάλλεται. τοῦτον δὲ ὡς γυναικιζόμενον οὐκ Ἀριστοφάνης διαβάλλει μόνον, ἀλλὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ λέγων οὕτως Ληρεῖς ἔχων κτλ.* Eadem fere Suidas s. v. *Κλεισθένους ἀκρατέστερος* vol. II p. 327: *οὗτος ἐπὶ κιναιδίᾳ διεβέβλητο καὶ ἐγυναικίζετο. καὶ Κρατῖνος Ληρεῖς ἔχων κτλ.* Postrema, quae Suidas omisit, apud scholiastam ita scribuntur, *ἐν τῇ τοῦ κάλλους ἀκμῇ.* Correxit Bentleius. Versu primo *γράφ' αὐτόν* debetur Fritzschio Quaest. Arist. I p. 280. Scholiasta *γράφ' αὐτός*, Suidas *γράφων αὔτ'*. Piersonus ad Moer. p. 391 scholiastae et Cratini verba ita constituit: *Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ, λέγων οὕτως ἐν ἐπεισοδίῳ· Ληρεῖς ἔχων· γελοῖος ἔσται Κλεισθένης κυβεύων.* Quod praeter alios sequutus est Hermannus.

Praeterea Fritzschius l. l. p. 281 episodion de comoediae parte dici posse negans tentabat *γράφ' αὐτὸν ἐν Ἐπεισοδίῳ.* Quae plane portentosa coniectura est; quamquam illud fortasse recte monuit, esse haec Comoediae verba ad Cratinum, quam etiam in sequenti fragmento audire sibi visus est. De episodio comoediae parte dixi ad Metagenis Philoth. I. Denique Th. Bergkius Comment. p. 206 scribebat *γράφ' αὐτὸν ἐν ἐπεισίῳ,* reliqua alteri interlocutori tribuens. Sed vellem huius loquutionis rationem explicasset. In tali loco frustra vel emendationem vel interpretationem tentari credo. De Clisthenis foeda mollitie, quam tangit etiam Libanius pro Saltat. XIX p. 500 D. satis constat ex Aristophane aliisque.

XIV.

Ὑπέρβολον δ' ἀποσβέσας ἐν τοῖς λύχνοισι γράψον.

Scholiasta Aristophanis Pac. 675: *ὅτι λυχνοπώλης ὁ Ὑπέρβολος — καὶ Κρατῖνος δὲ ἐν Πυτίνῃ Ὑπέρβολον κτλ.* Ita Venetus pro edito *γράψω,* quod in *θάψω* mutabat Dobraeus Advers. II p. 210. Fritzschius l. l. p. 281 „indignatur Comoedia, si vel Hyperbolum — irridere placeat, et fere hoc sentit: Quid est Hyperbolo cum Comoedia? quin tu nomen eius expungis et potius illic scribis, ubi candelae veneunt." Quae neque argumentis neque refelli confirmari possunt. Hyperbolum Cratinus commemorat etiam in Horis Fragm. XV.

XV.

Ὡς λεπτός, ἢ δ' ὅς, ἔσθ' ὁ τῆς χορδῆς τόμος.

Athenaeus III p. 94 f: *Χορδῶν μέμνηται Ἐπίχαρμος — Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ Ὡς λεπτὸς κτλ.* Cod. B. *ἐστίν.* Versum hunc, quem ad Cratini paupertatem spectare suspicatur Fritzschius p. 295, ex convivii descriptione desumptum puto, in quo Cratinus vino et cibis largiter sese ingurgita-

verat. Ex eadem fabulae parte fortasse sequens fragmentum petitum est.

XVI.

Τοὺς μὲν ἐκ προχοιδίου,
τοὺς δ' ἐκ καδίσκου.

Pollux X 71: *ἀμφορεῖς καὶ ἀμφορίσκους καὶ κάδους καὶ καδίσκους — καὶ Κρατῖνος δὲ ἐν Πυτίνῃ Τοὺς μὲν κτλ.* Imitatus esse videtur Strattis Athenaei XI p. 473 c:

Ἑρμῆς ὃν ἕλκουσ' οἱ μὲν ἐκ προχοιδίου,
οἱ δ' ἐκ καδίσκου.

Quod indicavi Quaest. scen. I p. 22. Postea idem alii monuerunt.

XVII.

Ὄψει γὰρ αὐτὴν ἐκτὸς οὐ πολλοῦ χρόνου
παρὰ τοῖσι δεσμώταισι καταπιττουμένην.

Scholiasta Sophoclis Ai. 105 et Suidas vol. I p. 127. *Δεσμώτης: καὶ αὐτὸς ὁ δέσμιος, ὡς ὁ δεσμώτης Προμηθεύς, καὶ ὁ δεσμῶν. Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ ἐπὶ τῶν δεσμοφυλάκων· Ὄψει γὰρ αὐτὴν κτλ.* Vs. 1 Suidas *πολλοῦ χρόνου.* Scholiasta *πολλῷ χρόνῳ.* — Vs. 2 Suidas *πρός* Scholiasta *παρά.* Longissime ab huius fragmenti sententia praeter Hemsterhusium ad Aristophanis Plut. 1094 aberravit Fritzschius Quaest. Arist. I p. 290, qui quum carcerem publicum in Ceramico, ubi meretricum caveae erant, fuisse meminisset, Cratinum hoc voluisse existimat: mox Comoedia cum omnibus promiscue corpus vulgabit, i. e. haec tanta ars tantaque facultas cito in manus deveniet hominum imperitissimorum. Sed quis unquam *παρὰ τοῖς δεσμώταις* aut dixit aut dicere potuit de statione meretricum? Et quid fiet de *ἐκτός*, cum carcer et meretricum latibula non in exteriore Ceramico fuerint, sed in interiore? Sensit id ipse v. cl. sed male excusat ob viciniam murorum. Immo certissimum

est non de Comoedia hic agi, sed de ea quae fabulae nomen dedit pytine. Docet id Hesychius vol. II p. 1090 *Πυτίνη: πλεκτὴ λάγυνος οἴνου. ἔπλεκον δὲ ταῦτα* (fort. *ταύτας*) *ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ δεσμῶται, καὶ σπυρίδας καὶ τὰ τοιαῦτα.* Quae ad ipsum Cratini lòcum pertinent. Itaque lagenae et similia conficiebantur a publici carceris custodibus; neque id mirum, siquidem talis condicionis homines plerumque otio abundant. Fuisse tamen etiam alios qui eiusmodi lagenis fabricandis operam darent, docet Diitrephes ille Aristophanius Av. 798, qui magnas ex eo opificio divitias collegerat*). Iam etiam reliqua expediri possunt. Primo enim versu scribendum videtur *ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου*, *intra breve tempus.* Ita Demosthenes c. Timocr. p. 720 24 dixit *ἐντὸς τριάκοντα ἡμερῶν.* Item Plato Alcib. I p. 106 c et Phalaris Epist. XXII 19 plane ut Cratinus *ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου.* Deinde *καταπιττουμένην* non sane de stupratione interpretandum, sed proprio sensu accipiendum *pice obductam.* Nam quum lagenae illae ex viminibus iuncisve plexae essent, consentaneum est, ne liquorem emitterent, extrinsecus pice vel bitumine fuisse obductas. Idque etiam in aliis vasculis fieri solitum fuisse docet Aristophanis Fragm. 262:

ἀλλ' εἰς κάδον λαβὼν τιν' οὔρει πίττινον.

Accedit quod ipsum illud *καταπιττοῦν* simili sensu posuit Galenus in VI Epid. Hippocr. tit. 10 p. 497 Bas. *εὑρήσεις γοῦν τὰ μὲν* (*κεράμια*) *ὑπὸ πίττης ἢ γύψου στεγνωθέντα μονιμώτερα γινόμενα, τὰ δ' ὑπὸ μόνου δέρματος ἧττον, ὥσπερ καὶ τὰ τοῖς τυφλοῖς* (leg. *φλοιοῖς*) *πωμασθέντα. καὶ διὰ τοῦτο προϋποβάλλοντες* (— *βαλόντες*) *ἢ τοιούτους ἢ δέρματος καταγυψοῦσί τε καὶ καταπιττοῦσι τὰ κεράμια.* Itaque sententia loci haec est: *brevi lagenam apud publici carceris custodes pice oblini videbis.* Quae aut uxoris Cratini aut unius amicorum verba esse suspicor, brevi futurum esse dicentis, ut quae nunc ad usum inhabilis facta sit la-

*) Ita certe Aristophanis locum intellexit scholiasta.

gena (Fragm. VIII) obducto bitumine reconcinnetur. De lagena illa, cuius haud exiguas hac in fabula partes fuisse consentaneum est, etiam sequens fragmentum intelligo.

XVIII.

Ἄρ' ἀραχνίων μεστὴν ἔχεις τὴν γαστέρα;

Suidas vol. I p. 310 vocabuli *ἀράχνια* exempla apponens: *Κρατῖνος δὲ Πυτίνῃ Ἀραχνίων μεστὴν ἔχεις τὴν γαστέρα. Φερεκράτης Τυραννίδι Ἄρ' ἀράχνι' ὥσπερ ταῖς σιπυαῖσι ταῖς κεναῖς. Νικοφῶν Ἀφροδίτης γοναῖς Ἄρ' ἀράχνιόν τι φαίνετ' ἐμπεφυκέναι.* Videntur haec Cratini verba esse, lagenam suam dilectissimam sed pro dolor! vino vacuam compellantis. *Γαστὴρ* de lagenae cavo recte dici posse docet Pherecrates apud Athen. XIV p. 481 c. ubi habemus *κύλικας γαστροειδας*. *Ventrem lagenae* dixit Iuvenal. XII 60. Ac fuit etiam vasculi genus *γάστρα* vel *γαστρίον* dictum, de quo vide Letronnium Comment. de nominibus vasorum graec. p. 31. Valckenarius Diatr. p. 169 Cratini versum de esuriente intelligebat, admonens sacculi Catulliani aranearum pleni, „ad quem Cratini versum comparavit I. Dousa fil. Coniect. in Catull. c. 3." Fritzschii (p. 268) mentem, qui illo versu Cratino importunam, qua olim usus sit, in reprehendendo acerbitatem ab uxore exprobrari existimat, non percipio. Ceterum ante *ἀραχνίων* addendum esse *ἆρα* iam diu est quod monui; postea idem fecerunt complures alii. Quod Platoni licuit, ut antepenultimam in *ἀράχνιον* produceret, non licuit etiam Cratino.

XIX.

Ἀλλ' οὐδὲ λάχανον οὐδὲν οὐδ' ὀστοῦν ἔτι
ὁρῶ.

Herodianus de dict. solit. p. 38 5: *διὸ μονῆρες κατὰ τὸν τόνον φαμὲν εἶναι αὐτό* (*οστέον*). *οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὡς καὶ ὀστοῦν λέγεται, ὡς καὶ παρὰ Κρατίνῳ ἐν Πυτίνῃ Ἀλλ' οὐδὲ λάχανον οὐδὲ οὐδ' ὀστοῦν ἔστι ὁρῶ.* Correxit Din-

dorfius. Fritzschius Quaest. Arist. I p. 267: *ἀλλ' οὐδὲ λάχανόν ἐστιν οὐδ' ὀστοῦν ὁρῶ.* Possis etiam *ἀλλ' οὐδὲ λάχανον οὐδὲν οὐδ' ὀστοῦν ὁρῶ.*

XX.

Ἀπὸ προτέρου τὸν καῦνον ἀριθμήσεις.

Etymol. M. p. 267 18: *καῦνος γὰρ λέγεται ὁ κλῆρος. Κρατῖνος Πυτίνῃ Ἀπὸ προτέρου τὸν καῦνον ἀριθμήσεις: καὶ ἐγώ, ὡς Καυνίων μάλιστα χρωμένων.* Ubi Sylburgius „*καὶ ἐγώ* pro *ἐγὼ δέ.*" Sane si *ἐγὼ δὲ* scripsisset, nemo haereret; nunc autem legitur *καὶ ἐγώ*, in quo recte Dindorfius ultimum trimetri pedem latere existimat. Nisi fortasse lacuna indicanda est *καὶ Ἐγὼ* * * *, ut duobus exemplis usus esse existimetur. Scholiasta Aristoph. Pac. 1081 *διακαυνιάσαι: καὶ Κρατῖνος Πυτίνῃ Ἀπὸ προτέρου τὸν καῦνον ἀριθμήσεις. Ἄλλως. ἀντὶ τοῦ κληρωθῆναι, ὡς τῶν Καυνίων μάλιστα χρωμένων, ὡς καὶ σιφνιάζειν καὶ χιάζειν.* Ita enim correxit Fritzschius p. 294 editum *βιάζειν*, quod Hemsterhusius in *λεσβιάζειν* mutabat. Ad *προτέρου* desidero articulum. Fortasse igitur praestat: *ἀπὸ ποτέρου τὸν καῦνον ἀριθμήσεις;*

XXI.

Pseudo-Plutarchus V. Dec. orat. p. 833 A. de Antiphonte Rhamnusio disserens: *οἱ δὲ ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀνῃρῆσθαι αὐτὸν ἱστοροῦσιν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς Ἀντιφῶντος θυγατρὸς λόγῳ. ἐγένετο γὰρ αὐτῷ θυγάτριον, οὗ Κάλλαισχρος ἐπεδικάσατο· ὅτι δὲ ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀπέθανεν ἱστορεῖ καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν. ἀλλ' οὗτός γε ἂν εἴη ἕτερος, Λυσιδωνίδου πατρός, οὗ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ ὡς πονηροῦ μνημονεύει.* Ita haec scripsit Taylorus Lect. Lys. apud Reiskium VII p. 273. Eundem fortasse Antiphontem risit Aristophanes Vesp. 1301. Fallitur enim Fritzschius Quaest. Arist. p. 284, illud *οὗ μνημονεύει* in Plutarchi verbis de Lysidonide intelligens. Anti-

phontem a trigintaviris necatum etiam a Xenophonte commemorari Hellen. II 3 40 annotavit Ruhnkenius Dissert. de Antiph. p. 243. Hunc igitur eundem esse quem Lysidonidis filium Cratinus dixerat, tradit Plutarchus, in cuius sententia acquiescere debebat Alb. Dryander Comment. de Antiph. Rhamn. p. 33. qui cum Antiphontem a Cratino commemoratum ipsum illum Rhamnusium esse existimat, quem ludibrii caussa Cratinus Lysidonidis filium dixerit, parum probabilem coniecturam periclitatus est.

XXII.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 331. *Εὔπολις μὲν οὖν ἐν Πόλεσι διὰ τὴν χροιὰν πύξινον αὐτὸν (Χαιρεφῶντα) καλεῖ, Ἀριστοφάνης δ᾽ ἐν Ὄρνισι νυκτερίδα· ἐν δὲ Τελμησσεῦσιν εἰς συκοφάντην ἀποσκώπτει, Κρατῖνος Πυτίνῃ εἰς αὐχμηρὸν καὶ πένητα.*

XXIII.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 332: *Λύκων μέντοι πατὴρ ἦν Αὐτολύκου, Ἴων γένος, δῆμον Θορίκιος, πένης, ὡς Κρατῖνος Πυτίνῃ, Ἀριστοφάνης Σφηξίν.* De Lycone, postea accusatore Socratis, cfr. Schneiderus Praef. Xenoph. Anab. p. XXXII et quae ipse attuli Hist. crit. p. 117. Aristophanis locus, ad quem provocat scholiasta, est Vesp. 1301. ubi in Philocleonis sodalibus numeratur:

καίτοι παρῆν Ἵππυλλος, Ἀντιφῶν, Λύκων,
Λυσίστρατος, Θούφραστος, οἱ περὶ Φρύνιχον.

Quibus verbis quum petulantia hominis rideatur, neque vero paupertas, probabile est scholiastae locum ita fere esse redintegrandum: *πένης ὡς Κρατῖνος Πυτίνῃ, ὑβριστὴς ὡς Ἀριστοφάνης Σφηξίν.*

XXIV.

Pollux X 58: *ὁ δὲ ἐνὼν τῇ πινακίδι κηρὸς ἢ μάλθη ἢ μάλθα. Ἡρόδοτος* (VII 139) *μὲν γὰρ κηρὸν εἴρηκε, Κρατῖνος δὲ ἐν τῇ Πυτίνῃ μάλθην, Ἀριστοφάνης δὲ ἐν τῷ*

Γηρυτάδη Τὴν μάλθαν ἐκ τῶν γραμματείων ἤσθιον. Cfr. Fritzschius l. l. p. 279.

De duobus aliis fragmentis quae ad Pytinen pertinere suspicari possis vide Incert. CXXXVII et CLV.

Σ Α Τ Υ Ρ Ο Ι.

Argumentum Aristophanis Equitum: ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος δημοσίᾳ εἰς Λήναια δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀριστοφάνους. πρῶτος ἐνίκα· δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις· τρίτος Ἀριστομένης Ὑλοφόροις. Itaque in scenam commissi sunt Satyri Olymp. LXXXVIII 4.

Σ Ε Ρ Ι Φ Ι Ο Ι.

I.

Ἐς Συρίαν δ' ἐνθένδ' ἀφικνεῖ μετέωρος ὑπ' αὔρας.
ἱμάτιον μοχθηρόν, ὅταν βορρᾶς καταπνεύσῃ.

Pollux VII 69: *σύρον δὲ ἱμάτιον Κρατῖνός φησι Σεριφίοις Ἐς Συρίαν δ' ἐνθένδ' ἀφικνεῖ κτλ.* Videri haec Polydectae verba esse Perseo contra Gorgonas profecturo itineris rationem monstrantis indicavi Praef. Menandr. p. XVIII. Locum emendavi e libris. Vulgo enim vs. 1 *ἀφικνεῖτο* et vs. 2 *ὅταν ὁ βορρᾶς*. Iidem libri pro *σύρον* recte habent *συρίαν*. Ita enim dicebatur vestis, ipso Polluce teste VII 61: *χλαῖναν παχεῖαν, ἣν χειμάμυναν μὲν Αἰσχύλος, Ὅμηρος δὲ ἀλεξάνεμον κέκληκεν. ἣν δὲ συρίαν οἱ πολλοί, ταύτην αὐτόποκον ἱμάτιον οἱ κωμικοί.* Idem X 64: *καί που καὶ συρία καὶ σύρα ἡ ἄκναπτος.* Hesychius, *Συρία: παχεῖα χλαῖνα.* Suspicor

autem Cratini verba colloquentium vicibus ita esse distinguenda, ut quum Polydectes sive alius quis Perseo in Syriam proficiscendum dixisset, hic in nominis ambiguitate ludens respondeat hoc sensu: tu vero duram narras condicionem cum mihi Syriam subeundam dicis, ea enim molesta est vestis spirante Borea. Scilicet *συρία* vestis, quae et *σύρα* et *σισύρα* vel *σίσυρνα* dicebatur, crasso quidem filo erat contexta, sed rudis neque fullonis artem experta, ideoque venti spiraminibus pervia. Cfr praeterea schol. Arist. Vesp. 737: *οἱ δὲ ἀκριβέστεροί φασι (τὴν σισύραν) χλαῖναν παλαιὰν* (fort. *παχεῖαν*) *ἁπλοΐδα. τὴν αὐτὴν δὲ καὶ σισύραν* (lege aut *συρίαν* aut cum T. H. ad Poll. X 64 *σύραν*) *καὶ σίσυρναν.*

II.

Εἶτα Σάκας ἀφικνεῖ καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς,
ἔς τε πόλιν δούλων, ἀνδρῶν νεοπλουτοπονήρων,
αἰσχρῶν, Ἀνδροκλέων, Διονυσιοκουροπυρώνων.

Stephanus Byz. p. 308. *Δούλων πόλις: πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος ἐν Περιηγήσει Καὶ ἐὰν δοῦλος εἰς τὴν πόλιν ταύτην λίθον προσενέγκῃ, ἐλεύθερος γίγνεται, κἂν ξένος ᾖ. — Φασὶ δὲ καὶ κατὰ Κρήτην Δουλόπολιν εἶναι χιλίανδρον. σημειωτέον δ' ὅτι Κρατῖνος ἐν Σεριφίοις πόλιν δούλων φησίν, Ἀπολλωνίου φήσαντος μὴ δεῖν τὰς παραθέσεις ἐναλλάσσειν δίχα ποιητικῆς ἀνάγκης, ὥς φησι Κρατῖνος Εἶτα Σάκας ἀφικνῇ — νεοπλουτοπονήρων. ἔστι δὲ χωρίον ἐν Αἰγύπτῳ, ὥς φησιν Ὀλυμπιανός.* Apertum est haec ex eadem fabulae scena, ex qua superius fragmentum, petita esse, ac fortasse proximum post priores versus locum occupabant. Cui coniecturae locorum situs non obstat. De Sacis, Scytharum colonis, interiorem Asiam incolentibus, docta est disputatio Naekii ad Choer. p. 121 sqq. Sidonios et Erembos coniunxit Homeri exemplo Odyss. IV 84: *Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς.* — Vs. 2 *πόλιν δούλων.* Urbem Dulopolin commemorat etiam Eupolis

in Marica apud Hesychium, *Δούλων πόλις: Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ. — ἔστι δὲ ἐν Κρήτῃ καὶ Λιβύῃ* Versum tertium, quem cum reliquis coniungendum esse etiam a Th. Bergkio Epist. ad Schillerum p. 118 monitum video, servavit Hesychius, *Διονυσοκρουροπυρώνων. Κρατῖνος ἐν Σεριφίοις Αἰσχρῶν Ἀνδροκλέων Διονυσοκουρώνων. ἐπεὶ οἱ* (Mus. *εἰσὶν οἱ*) *φασὶν ἐν τῷ αὐτῷ πέντε κωμῳδεῖσθαι Αἰσχρόν, Ἀνδροκλέα, Διονύσιον, Κῦρον, Πυρῶν* (Mus. *Πυρώνην*), *ἁμαρτάνοντες· οὐδεὶς γὰρ Ἀθηναίων ἀναγράφεται Κῦρος· δεῖ οὖν γράφειν Διονυσοκουροπυρώνων. τὸν γὰρ Διόνυσον κουρέα ὄντα κωμῳδεῖν· κουρεὺς δὲ ἦν πρὸς πάππον* (Musurus *πάππου*), *ὡς δηλοῖ ὁ τὰς Ἀταλάντας συνθείς.* Ita haec in codice scripta sunt. Primam Cratinei nominis partem *Διονυσιοκουροπυρώνης* scribendam esse iam olim monui. Idque eam quoque ob caussam necessarium est, quoniam Dionysus inauditum Atticis nomen est. Similiter formatum est quod Nicarchus comice finxit nomen *Διονυσιοπηγανόδωρος* Anthol. Pal. II p. 324. Tonsorem fuisse hunc Dionysium eamque artem ab avo accepisse, etiam Atalantae auctor dixerat, de qua fabula cfr Hist. crit. p. 225. Tertiam nominis partem corruptelae arguit vitium metricum, in quo se haerere negabat Fritzschius Act. Societ. gr. I p. 145. Fortasse Cratinus scripserat *Διονυσιοκουρομυρώνων*, ut aut Myro quidam adsignificetur aut luxuries Dionysii notetur, quem in tabernis unguentariis multum versatum esse docet Polyzeli locus apud schol. MS ad Aristoph. Plut. 550 *ὁ μὲν ἀξιωματικὸς καὶ αὐθάδης, ὁ δὲ μαινόμενος. Πολύζηλος,*

ὁ μαινόμενος ἐκεινοσὶ Διονύσιος,
χρυσοῦν ἔχων χλίδωνα καὶ τρυφήματα,
ἐν τῷ μύρῳ παρ' Ἀθηναίων μακαρίζεται. *)

Si tamen is idem est Dionysius. Sed in hoc Cratini loco omnia fere incerta sunt: nam si *κουρο* illud ad tonsorem

*) Communicavit mecum hoc scholion G. Dindorfius, cuius comitati complura eiusdem generis alia debeo.

(*κουρέα*) spectat, necessario *κουρεο* — scribendum fuerit, de quo vere me admonuit G. Dindorfius, qui tentabat *Διονυσιοκουρεοπόρνων*. Possis etiam *Διονυσιοκυρτομυρώνων*. Nam *κουρο* illud ex coniectura in Cratini locum illatum esse ipse Hesychius indicat. Quae eodem Cratini versu leguntur *αἰσχρῶν Ἀνδροκλέων*, commate disiunxi. Non enim dubitari potest quin *Ἀνδροκλεῖς* poeta dicat homines Androcli similes h. e. perditos et extremae turpitudinis. Quod autem Androclem eiusque similes Dulopolin habitare fingit, indicio est Cratinum eos tanquam servos perstringere voluisse. Hinc recte scholiastes Ven. ad Aristophanis Vesp. 1187: *Ἀνδροκλέα δὲ Κρατῖνος Σεριφίοις φησὶ δοῦλον καὶ πτωχόν, ἐν δὲ Ὥραις ἠταιρηκότα ἄρα τὸν αὐτόν*. De quo loco vide quae infra dicam ad Horas. De Androcle vide supra p. 14.

III.

Οἰκοῦσι φεύγοντες ἀΐδρυτον κακόν.

Hesychius, *Ἀΐδρυτον κακόν: Κρατῖνος Σεριφίοις* (cod. *ἐριφίοις*)· *Οἰκοῦσι φεύγοντες ἀΐδρυτον κακόν ἄλλοις κακοΐδρυτον, ἢ οἷον ἄλλοι αὐτοῖς οὐκ ἂν ἱδρύσαιντο τὴν φυγήν, ὡς εἴτις ἄγαλμα ἱδρύσαιτο.* Ita codex: Musurus *εἴκασι φεύγοντες κτλ.* Frustra haec in trimetri leges coegit Piersonus ad Moer. p. 148: *εἴξασι φεύγοντές γ' ἀΐδρυτον κακόν*, melius ille tamen Toupio Addit. ad Theocr. vol. II p. 408 Wart. qui hariolabatur: *ἔχουσιν οἱ φεύγοντες ἀΐδρυτον κακόν*. Non attenderunt hi ad *ἄλλοις*, quod cum sequentibus coniungi non potest. Itaque scribendum:

οἰκοῦσιν φεύγοντες, ἀΐδρυτον κακὸν ἄλλοις.

Quem versum ex eadem qua priora fragmenta fabulae parte desumptum arbitror. Scilicet loquitur poeta de nescio quibus hominibus, qui voluntario exilio solum verterant et alio habitatum concesserant. Hoc exilium vocat *ἀΐδρυτον κακὸν ἄλλοις*, *malum aliis dirum et exsecrabile*. Recte igitur Hesychius *οἷον ἄλλοι αὐτοῖς οὐκ ἂν ἱδρύσαιντο*, quibus explicationis caussa addit *τὴν φυγήν*, *exilium scilicet*. Itaque post

ἀΐδρυτον commate incidendum. Respicit Cratini locum Etymol. M. p. 42 10. *Ἀΐδρυτον κακόν: τὸ κατάρατον, ὃ οὐκ ἄν τις αὐτῷ ἱδρύσαιτο.* Cfr. Grammaticus Bekk. Anecd. p. 363. *Ἀΐδρυτα: τὰ κακά.* De verbo *ἀΐδρυτος* vide intpp. Hesychii et Aristoph. Lysistr. 810. Praeterea in Hesychii glossa pro *κακοΐδρυτον* legendum videtur *κατάρατον*.

IV.

Οὕτω σταθερῶς τοῖς λωποδύταις ὁ πόρος πεινῶσι παφλάζει.

Photius Lex. p. 533 22. *Σταθερόν: ὀξύ, ἰσχυρὸν ἢ θερμόν — καὶ Κρατῖνος δὲ ἐν Σεριφίοις ἐπὶ τοῦ ὀξέως ἢ ἰσχυροῦ* (fort. *ἰσχυρῶς*)· *Οὕτω σταθερῶς κτλ.* Eadem Suidas s. v. *σταθερόν*. In praecedentibus poeta fretum descripsisse videtur a praedonibus vehementer infestatum.

V.

Κἀνθένδ' ἐπὶ τέρματα γῆς ἥξεις καὶ Κισθήνης ὄρος ὄψει.

Harpocratio p. 112 1. *Κισθήνη: Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ, ὄρος τῆς Θρᾴκης· Κρατῖνος Κἀνθένδ' ἐπὶ τέρματα κτλ.* Ad Seriphios haec rettuli ipsa rei probabilitate ductus. Aeschylus Prom. 817:

πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἕς τ' ἂν ἐξίκῃ
πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθήνης, ἵνα
αἱ Φορκίδες ναίουσι δηναιαὶ κόραι.

Huius enim fabulae partem eam, quae Ius errores complectitur, Cratinum in Seriphiis parodia lusisse videtur, de quo admonui Praef. Menandr. p. XVIII. Non recte autem Harpocratio Cisthenen ab Isocrate Paneg. § 153 commemoratam cum Cisthene Cratini composuit. Illa enim Mysiae oppidum fuit, non longe ab Adramyttio dissitum, Strabonis tempore desertum. V. Strabo XIII p. 375 ed. Sieb. Cfr. Stephanus Byz. s. v. *Πᾶσσα* p. 631 et Plinius H. N. V 30. Thraciae montem qui Cisthenen dixerit, praeter Harpocra-

tionem, quocum Photius et Suidas consentiunt, scio neminem. Cfr. tamen Hesychium s. v. *Κισσίνη*. Quidquid est, remotissimum aliquem et in extrema terrarum parte situm locum ab Aeschylo et Cratino designari apertum est.

VI.

Χαίρετε πάντες ὅσοι πολύβωτον ποντίαν Σέριφον.

Hephaestio p. 89: *παρὰ δὲ Κρατίνῳ ἐν τοῖς Σεριφίοις, οὐκέτι ἀκατάληκτόν ἐστι τὸ δακτυλικὸν τὸ ἡγούμενον τοῦ ἰθυφαλλικοῦ, ἀλλὰ καταληκτικὸν εἰς δισύλλαβον· Χαίρετε πάντες κτλ.* Sunt chori verba Seriphi insulae sive deos sive incolas salutantis. Cfr. Trophonii fragm. p. 142. Scripsi autem *ὅσοι* pro *θεοὶ* ex emendatione Dobraei ad Aristoph. Equ. 32. Pro *πολύβωτον* cod. c habet *πολύβρωτον*. Vix dubito quin ironice vilissimae insulae fertilitatem praedicaverit. Seneca Consol. Helv. VI p. 102: *deserta loca et asperrimas insulas, Sciathum et Seriphum Gyarum et Cosuram pete.* Schol. Aristoph. Acharn. 541: *ἡ Σέριφος νῆσός ἐστιν εὐτελεστάτη.* Strabo X 5 11: *οὕτω δ' ἐστὶ πετρώδης ἡ νῆσος, ὥστε ἀπὸ τῆς Γοργόνος τοῦτο παθεῖν αὐτήν φασιν οἱ κωμῳδοῦντες.* Eustathius ad Dionys. 526: *οὕτω πετρώδης ἐστὶν ὥστε κωμῳδεῖται ὑπὸ τῆς Γοργόνος τοῦτο παθεῖν.* Quae fortasse ad Cratini fabulam spectant. Poterit tamen illud *πολύβωτος*, quod hoc uno loco legitur, etiam ad celebritatem insulae referri, ut pro *πολυβόητος* positum sit.

VII.

Antiatticista p. 85 1: *Βόθυνον οὔ φασι δεῖν λέγειν, ἀλλὰ Σόλων ἔφη ἐν τοῖς νόμοις. Κρατῖνος Σεριφίοις· Ἀλλ' ἀπίωσιν ἐν χορῷ ἐς βόθυνον ἰέναι. ἔστι δὲ παιδιά τις ἐς βόθυνον ἰέναι.* Th. Bergkius Comment. p. 27 versum esse statuit Cratineum,

ἀλλ' ἀπίωσιν ἐν χορῷ εἰς βόθυνον ἰέναι,

hiatu, ut ait, excusabili. Quod aegre adducor ut credam certa exempla non afferenti. Equidem nec sensum nec con-

structionem expedio. Significari puerorum ludum globulos in scrobem immittentium satis apertum est. Schol. Platonis Bekk. p. 320: τρόπα δ᾽ ἐστὶν ἡ εἰς βόθυνον ἐκ διαστήματος βολή. Hesychius, Ἐς βόθυνον: εἶδος παιδιᾶς Ταραντίνοις. Ita enim recte corrigunt codicis lectionem ἐσβοθύν. Mirum autem est Tarentinis hunc lusum praecipue usitatum fuisse significari. Sed illud Ταραντίνοις fortasse ad praecedentem glossam trahendum est, Ἔσβηνες: εἶδος ποτηρίου. Nisi forte Tarentinorum commemoratio ad nominis βόθυνος usum spectat, quem Atticis abiudicat praeter Antiatticistam Thomas Mag. p. 56 11. Habet tamen etiam Xenophon.

VIII.

Scholiasta Aristophanis Nub. 687: γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν: πρὸς τὴν κατάληξιν τοῦ ὀνόματος ἔπαιξε. καὶ εἰς διαβολὴν τοῦ ἀνδρός, ἐνταῦθα μὲν εἰς δειλίαν μόνον καὶ μαλακίαν, Κρατῖνος δὲ ἐν Σεριφίοις ὡς ἀλαζόνα καὶ κόλακα καὶ συκοφάντην. Legebatur olim Κράτης ἐν Σερίφοις. Schol. Ven. ad Vesp. 74: ὧδε μὲν ὡς φιλόκυβος ὁ Ἀμυνίας κωμῳδεῖται· ἐν δὲ Σερίφοις Κρατην (sic) ὡς ἀλαζὼν καὶ συκοφάντης καὶ κόλαξ. Huius Amyniae frequens apud comicos memoria. Paupertatem hominis ridet incertus poeta apud Hephaest. p. 36 7 Gaisf.

οὐδ᾽ Ἀμυνίαν ὁρᾶτε πτωχὸν ὄντ᾽ ἐφ᾽ ἡμῖν.

Eundem in θηλυδριῶν recensu nominat Libanius pro Salt. XIX p. 500.

IX.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 444 16: Ἀριστεροστάτης ἐν τῷ κωμικῷ χορῷ, ἐν δὲ τῷ τραγικῷ μέσος ἀριστεροῦ. Κρατῖνος Σεριφίοις. In tragico choro qui dictus fuerit μέσος ἀριστεροῦ optime indicavit Photius Lex. p. 604 19: Τρίτος ἀριστεροῦ: ἐν τοῖς τραγικοῖς χοροῖς τριῶν ὄντων στοίχων καὶ ζυγῶν, ὁ μὲν ἀριστερὸς στοῖχος ὁ πρὸς τῷ θεάτρῳ ἦν, ὁ δὲ δεξιὸς πρὸς τῷ παρασκηνίῳ.

συνέβαινεν οὖν τὸν μέσον τοῦ ἀριστεροῦ στοίχου τὴν ἐντιμοτάτην καὶ τὴν οἷον τοῦ πρωτοστάτου χώραν ἐπέχειν καὶ στάσιν. Nam quum tragicus chorus ex tribus *στοίχοις* totidemque *ζυγοῖς* constans a dextra parte in theatrum progressus, conversione in sinistram facta, spectatoribus obversus constitisset, medium sinistri *στοίχου* locum tenebat coryphaeus, duobus choreutis utrique eius lateri adstantibus. Itaque coryphaeus *τρίτος* vel *μέσος ἀριστεροῦ στοίχου* dicebatur.

X.

Etymol. M. p. 751 5. *Τελενικίσαι: ἐν Σερίφοις. τὸ κενῶσαι, ἀπὸ Τελενίκου τινός, ὡς τὸ εἰκός, πένητος παντελῶς. καὶ λέγεταί τις Τελενίκειος ἠχώ, ἐκ μεταφορᾶς ἀπὸ τῶν κενῶν ἀγγείων.* Eadem totidem verbis habet Photius Lex. p. 574 6, ubi pro *Σερίφοις* legitur *Σεριφίοις*, ut in Etymol. M. teste Gaisfordio ad Hephaest. p. 89 habet cod. Dorvillianus. Photium exscripsit Suidas vol. III p. 442 nisi quod ibi vitiose legitur *Τελενικῆσαι*, quamquam ita etiam Hesychius, *Τελενικῆσαι: ἀντὶ τοῦ μὴ κενὸν ποιῆσαι.* Ubi *μὴ* recte delent. Non adducor autem ut fidem habeam grammaticis hoc verbum per *κενῶσαι* interpretantibus. *Τελενικίζειν* nihil aliud significare potest quam Telenico similem esse, qui si pauper fuit, ut tradunt grammatici, consentaneum est *Τελενικίζειν* idem esse quod *πένεσθαι.* Sed verioris interpretationis vestigia servavit, opinor, Hesychius. Fuit enim Telenicus poeta lyricus, sed futilis et levium cantilenarum auctor. Phanias Eresius apud Athen. XIV p. 638 c: *Τελένικος ὁ Βυζάντιος, ἔτι δὲ Ἀργᾶς, ποιηταὶ μοχθηρῶν ὄντες νόμων, πρὸς μὲν τὸν ἴδιον χαρακτῆρα τῆς ποιήσεως εὐπόρουν, τῶν δὲ Τερπάνδρου καὶ Φρύνιδος νόμων οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἠδύναντο ἐπιψαῦσαι.* Ubi quod simul cum Arga commemoratur, ex eo nequaquam consequitur huius eum fuisse aequalem. Itaque Hesychius *Τελενικίσαι* recte interpretatur *κενὸν ποιῆσαι*, nisi quod is, quem ille exscripsit, fortasse *κενὸν ᾆσμα ποιῆσαι* vel simile quid scripserit.

Iam optime cum hac interpretatione convenit commemoratum ab Etymologo *Τελινίκειος ἠχώ*, quo vanus et inanis verborum strepitus significari videtur.

XI.

Hesychius, *Βρίκελοι: οἱ μὲν τοὺς ἱστόποδας, ἀπὸ* (cod. *ἐπὶ*) *τοῦ βάρους καὶ τοῦ ξύλου. οἱ δὲ βαρβάρους. Δίδυμος δὲ τὰ τραγικὰ προσωπεῖα, παρὰ Κρατίνῳ, οἷον βροτοΐκελοι, ἐν Σερίφοις* (sic). Ita codex pro edito *βροτοΐκελα*. Leg. *βροτῷ εἴκελα*. Pausanias Eustathii ad Odyss. p. 1395 50. *Βρίκελα: προσωπεῖα βροτῷ ἴκελα, ἢ Βριξὶν ἴκελα. οὕτω δὲ ἔλεγον τοὺς βαρβάρους.* De Brigibus cfr. Sturzius de dial. Maced. p. 31. Etymol. M. p. 214 38: *Βρίκελλός* (sic) *ἐστι βαρβαρικὸν τὸ ὄνομα. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ προσώπων βαρβαρικῶν* (leg. *τραγικῶν*). *καὶ εἴρηται οἱονεὶ βροτῷ εἴκελος, ἢ Βριξὶν εἴκελος. ἄλλοι δὲ βρικέλλους* (sic) *τοὺς κελεύοντας, παρὰ τὸ βρῖ καὶ τὸ κέλομαι. ἢ τοὺς ἱστόποδας.*

XII.

Pollux X 165: *τὴν δὲ Ἀνδρομέδαν Κρατῖνος ἐν τοῖς Σεριφίοις δελέαστραν καλεῖ.* Haec quorsum spectent obscurum esse non potest. Perseus enim a Gorgonibus reversus quum in Aethiopiam devenisset, Andromedae marino monstro expositae amore irretitus est.

XIII.

Suidas, *Ἀμοργοί: πόλεως ὄλεθροι Κρατῖνος Σεριφίοις. Καλοῦσι δὲ καὶ μοργοὺς τὸ ᾱ ἀφαιροῦντες.* Pausanias apud Eustathium ad Iliad. p. 838 50: *Ἀμολγοί: οἱ ἀμέλγοντες τὰ κοινὰ ῥήτορες καὶ διαφοροῦντες τὰ δημόσια.* Utrumque dicitur *ἀμολγὸς* et *ἀμοργός*, ut *μολγὸς* et *μοργός, ἀμέλγω* et *ἀμέργω, ἀμέλδω* et *ἀμέρδω*. Eadem varietas in insulae Amorgi nomine videtur obtinuisse. Arcadius Accent. p. 47: *πελαργός, ἀμολγός, βροτολοιγός. τὸ δὲ Ἄμολγος προπαροξύτονον ἐπὶ τῆς νήσου.* Nisi id *Ἄμορ-*

γος scribendum est. Ceterum fortasse etiam illa „πόλεως ὄλεθροι" Cratini verba sunt.

Τ Ρ Ο Φ Ω Ν Ι Ο Σ.

I.

Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐσθίειν ἔτι τρίγλην,
οὐδὲ τρυγόνος, οὐδὲ δεινοῦ φυὴν μελανούρου.

Athenaeus VII p. 325 e: *Κρατῖνος δ' ἐν Τροφωνίῳ φησίν· Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων κτλ.* Vs. 1 *ἔτι* pro librorum lectione *εἶτι* Meursii est emendatio Eleusin. 24 p. 67 et Reliqu. Att. I p. 7. Metrum tamen, quod Priapeium est, non perspexit. Ad verba *Αἰξωνίδα τρίγλην* respexit Hesychius, *Αἰξωνίδα τρίγλην: δοκοῦσι κάλλισται εἶναι αἱ Αἰξωνικαὶ τρίγλαι.* Neque id fugit Runkelium. — Vs. 2 libri *οὐ δεινοῦφην.* Emendavit Casaubonus, recte vertens *neque pastinacam, neque solertis ingenii melanurum*, ut genitivi pendeant ab *ἐσθίειν*, non a *φυήν*. Sed *δεινὸς φυήν* rectius Schweighaeuserus ad corporis habitum et magnitudinem traxit. De astutia melanuri Casaubonus affert Oppian. Hal. III 443 sqq. et Aeliani H. A. I 41.

II.

Οὐ σῖτον ἄρασθ', οὐχ ὕπνου λαχεῖν μέρος.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 358 2: *Ἄρασθαι: προσενέγκασθαι. Κρατῖνος Τροφωνίῳ Οὐ σῖτον κτλ.* Suidas: *Αἵρεσθαι: προσενέγκασθαι. Κρατῖνος Τροφωνίῳ Οὐ σῖτον αἵρεσθ' οὐχ ὕπνου λ. μ.* Eadem omisso auctoris et fabulae nomine Zonaras Lex. p. 93.

III.

Χαίρετε δαίμονες, οἳ Λεβάδειαν Βοιώτιον οὖθαρ ἀρούρης.

Hephaestio VIII p. 44: *κέκληται δὲ Ἀριστοφάνειον, οὐκ Ἀριστοφάνους αὐτὸ εὑρόντος πρώτου, ἐπεὶ καὶ παρὰ Κρατίνῳ ἐστί· Χαίρετε κτλ.* Ad Trophonium haec pertinere vidit Runkelius. De Lebadensis agri fertilitate accurate disseruit O. Muellerus Orchom. p. 87.

IV.

Ξίφιζε καὶ σπόδιζε καὶ διαρρικνοῦ.

Etymol. M. p. 270 5. *Διαρρικνοῦσθαι: τὸ τὴν ὀσφὺν φορτικῶς περιάγειν. Κράτης Τροφωνίῳ Ξίφιζε καὶ σπόδιζε καὶ διαρρικνοῦ.* Zonaras Lex. p. 529. *Διαρρικνοῦσθαι: τὸ τὴν ὀσφὺν φορτικῶς περιάγειν. Κράτης Ξίφιζε καὶ σπάδιζε* (sic) *καὶ διαρρίκνου* Utroque loco Cratini nomen reponendum esse iam olim monui. Crates non scripsit Trophonium. Pro *σπόδιζε* Bekkero testante in cod. Paris. legitur *σπάθιζε*. Idem in Zonara habet cod. K. Exempla verbi *σπαθίζειν* non nisi ex infimae graecitatis auctoribus collegit Hasius ad Leon. Diac. IX p. 242 A. Quo minus praetereunda est Viti Pergeri coniectura a Runkelio commemorata *πόδιζε* corrigentis. Pollux IV 99 de saltationum nominibus agens: *ἐκαλεῖτο δέ τι καὶ ξιφισμὸς καὶ ποδισμὸς καὶ ῥικνοῦσθαι.* Videtur autem *ποδισμὸς* eadem fuisse saltatio quam *βίβασιν* vocabant Lacedaemonii. V. Polluc. IV 102. De *ξιφισμῷ*, qui sublatis manibus saltabatur, vide Intpp. Hesychii vol. II p. 704.

V.

Harpocratio p. 80 5: *λέγειν ἣν εἰθισμένον ἐπέθηκεν ἐπιστολήν, ἀντὶ τοῦ παρέδωκεν, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Χρυσίππου πρὸς τὴν Φορμίωνος παραγραφήν, Κρατῖνος δ' ἐν Τροφωνίῳ.* Constat *ἐπιστολὴν* de quovis man-

dato dici. V. intpp. Aeschyli Prom. 3. Valckenarius ad Hipp. 858 et Th. Bergkii Comment. p. 218.

VI.

Harpocratio p. 147 4. *Παρεῖαι ὄφεις: Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος· παρεῖαι ὀνομάζονταί τινες ὄφεις παρὰ τὸ παρειὰς μείζους ἔχειν, ὡς καὶ Κρατῖνος ἐν Τροφωνίῳ ὑποσημαίνει.*

VII.

Pollux VII 103: *ἀπὸ δ' ἀργυρίου ἀργυροκόπος, ὡς Φρύνιχος ἐν Ἐφιάλτῃ· ἀργυροκοπεῖον, ὡς Αἰσχίνης ἐν Ῥίνωνι· ἀργυροκοπιστῆρας δὲ λόγων ἐν Τροφωνίῳ παίζει Κρατῖνος.* Hesychius, *Ἀργυροκοπιστήρ: τραπεζίτης.* Lusus ratio fortasse ita expedienda est. *Κόπις* versutum oratorem significat, et *κοπίζειν* Hesychius interpretatur *ψεύδεσθαι.* Itaque *ἀργυροκοπιστὴρ λόγων* dici potest qui pretio corruptus callidis et fraudulentis orationibus populum fallit. Nisi forte simpliciter est qui pro orationibus, quas aliis scribit, pecuniam exigit.

VIII.

Pollux X 115: *αὐτὸς μὲν* (Herodotus) *καὶ λυχνοκαΐαν εἴρηκεν. καὶ Κρατῖνος δὲ ἐν Τροφωνίῳ καὶ Μένανδρος ἐν Θετταλῇ.* V. Lobeckium ad Phryn. p. 523.

IX.

Scholiasta Ven. Aristoph. Pac. 348 de variis Phormionibus disserens: *τέταρτος· Κροτωνιάτης ἀρχαῖος. Κρατῖνος Τροφωνίῳ. πέμπτος, ἀρχαῖος Ἀθηναῖος μετὰ Σόλωνα ἄρξας. Εὔπολις ἐν Δήμοις.* Phormionem a Cratino commemoratum Crotoniatarum in pugna apud Sagram ducem fuisse docet Theopompus apud Suidam III p. 624, cuius admodum notabilis de illo viro locus est. Eundem commemorat Hesychius, *Φορμίων: οὗτος στρατηγὸς ἐγένετο Κροτωνιατῶν.*

X.

A. Ἔγειρε δὴ νῦν Μοῦσα κρητικὸν μέλος.

B. Χαῖρε δὴ Μοῦσα, χρονία μὲν ἥκεις, ὅμως δ'
ἦλθες οὐ πρίν γε δεῖν, ἴσθι σαφές, ἀλλ' ὅπως —

Hephaestio XIII p. 72 de cretico metro disserens: καλεῖται δὲ καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ποιητῶν κρητικόν, ὥσπερ ὑπὸ Κρατίνου ἐν Τροφωνίῳ Ἔγειρε δὴ νῦν Μοῦσα κρητικὸν μέλος. εἶτα ἐπιφέρει Χαῖρε δὴ κτλ. Plotius p. 2661: *unde Cratinus dicens ἔγειρε Μοῦσα κρητικὸν μέλος, intulit metrum paeonicum, χαῖρε δὴ Μοῦσα κτλ.* Vs. 1 respicit Hesychius, Κρητικὸν μέλος: οὕτω κρῆτες ῥυθμοὶ ἐλέγοντο, ἀπὸ Κρητῶν. Ubi pro κρῆτες codex habet κρῆται. Legendum κρητικοί — Vs. 3 οὐ πρίν γε δεῖν. Ita Porsonus apud Gaisf. p. 330 correxit vulgatum οὐ πρὶν ἐλθεῖν. Ceterum creticum hoc carmen in extrema fabula locum habuisse apertum est, monuitque ea de re etiam Th. Bergkius Comment. p. 218.

Quae praeterea ex Trophonio afferuntur ab Hesychio, Κριθῶν: ὄχλος ἐν Τροφωνίῳ. προσέθηκε δὲ παίζων τὸ ἀργύριον, ea num ad Cratini fabulam referenda sint incertum est, quum praeter Cratinum Cephisodorus Alexis et Menander cognomines fabulas ediderint. Nec magis liquet quo modo vel emendanda vel interpretanda sit Hesychii glossa. De argumento Trophonii, quamquam perpauca et exigui pretii fragmenta servata sunt, nulla tamen esse potest dubitatio. Nam quum Trophonii cultus et oraculum cum plurimis esset et vaferrimis fraudulentorum sacricolarum praestigiis coniunctum, Cratinus, cuius animus a fucato deorum cultu et sacerdotum praestigiis esset alienissimus, quam ridicula et vero etiam quam perniciosa illa superstitio esset, hac ipsa fabula ostendere voluisse videtur. Neque aliud Cephisodori Alexidis Menandri, et si qui alii a Trophonio fabularum argumenta duxerunt, consilium et institutum fuisse arbitror. De rebus Trophonii eiusque apud Lebadenses

oraculo celeberrimo inter veteres data opera egerunt Dicaearchus Messenius et Plutarchus Chaeronensis, uterque in libro *περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως* inscripto. Dicaearchei libri satis frequens est apud veteres memoria, Plutarcheus autem non nisi ex Lampriae catalogo cognitus. Inter recentiores idem argumentum attigerunt Hemsterhusius ad Luciani Dial. mort. vol. I p. 339 et O. Muellerus Orchom. p. 150, quibus adiecit nonnulla Th. Bergkius Comment. p. 214.

ΧΕΙΜΑΖΟΜΕΝΟΙ.

Argumentum Aristophanis Acharnensium: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυδήμου ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου· καὶ πρῶτος ἦν. δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. οὐ σώζονται. τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις.* Archontis nomen vulgo *Εὐθυμένους* scriptum correxit Clintonus Fastis Hellen. p. 71. Itaque in scenam commissi sunt *Χειμαζόμενοι* Olymp. LXXXVIII 4.

ΧΕΙΡΩΝΕΣ.

I.

Μακάριος ἦν ὁ πρὸ τοῦ βίος βροτοῖσι
πρὸς τὰ νῦν, ὃν εἶχον ἄνδρες
ἀγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ βροτῶν περισσοκαλλεῖς.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 335 12. *Ἄγανον: καλόν, ἡδύ. Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ* (vs. 1111) *Κρατῖνος Χείρωσι Μακάριος ἦν κτλ.* Ita Bekkerus correxit lectiones codicis, qui vs. 1 habet *πρὸ τοῦ βροτὸς βροτοῖσι* et vs. 4

περισσοκαλεῖς. Postrema verba codex iterum, sed alieno loco et ita scripta habet, ἀγαννόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ βρωτων παρὰ (vel περὶ) σὲ καλεῖς. Vide Bekkeri adnotationem criticam p. 1106. Verbo ἀγανόφρων etiam Aristophanes usus est Avib. 1321. Ceterum duo priores versus reliqui ut distincti sunt apud Bekkerum: neque videtur ea ratio iure improbari posse. Th. Bergkius tamen Comment. p. 234 versus illos ita dispescuit, ut βροτοῖσι cum altero coniungatur. Reliqua in duos versus divisit Bekkerus ita ut primus in σοφίᾳ desinat. Rectius ea ad unum versum coniunxit Bergkius. Eandem metri speciem sequens fragmentum habet, nec dissimilem Incert. I, si tamen id recte constitui. Repetitio ista verborum βροτοῖσιν ἄνδρες βροτῶν, in qua haerebat Bergkius, nihil offensionis habere videtur.

II.

Ἁπαλὸν δὲ σισύμβριον ἢ κρίνον ἢ ῥόδον παρ᾽ οὖς ἐθάκει·
*παρὰ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων * * * σκίπωνά τ᾽ ἠγόραζεν.*

Athenaeus XII p. 553 e: καὶ τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους δὲ βίον Τηλεκλείδης ἐν Πρυτάνεσιν ἁβρὸν ὄντα παραδίδωσι. Κρατῖνος δὲ ἐν Χείρωσι τὴν τρυφὴν ἐμφανίζων τὴν τῶν παλαιτέρων φησὶν Ἁπαλὸν δὲ κτλ. Apertum est describi mundum et elegantem habitum, qualis vetustis Atheniensibus usitatus erat. Adscripsi autem locum ita ut eum iam olim correxi Curis crit. p. 62, sequente Hermanno Doctr. metr. p. 593, nisi quod versus paulo aliter distinxit. Cfr. Hanovius Exerc. crit. p. 64. Vulgo legitur σισύμβριον κρίνον omisso ἢ et vs. 2 ἠγόραζον. Lacunam, quam indicaram, addito λάσιον supplevit Th. Bergkius Comment. p. 235, quod hoc quidem loco parum aptum mihi mali epitheton esse videtur. Porsonus ad Aristoph. Vesp. 1522 locum ita constituit:

Ἁπαλὸν δὲ σισύμβριον ἢ κρίνον παρ᾽ οὖς ἐθάκει·
παρὰ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων σκίπωνά τ᾽ ἠγόραζον.

Quem sequutus est Dindorfius. Sed rosae commemorationem aegre desidero. Eosdem flores similiter coniunxit Herodo-

tus II 95: σφρηγῖδα δ' ἕκαστος ἔχει καὶ σκῆπτρον χειροποίητον· ἐπ' ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔπεστι πεποιημένον ἢ μῆλον ἢ ῥόδον ἢ κρίνον ἢ ἀετὸς ἢ ἄλλο τι. Ceterum quo iure Bergkius σισύμβριον ῥόδον κρίνον accusativos esse dicat ab ἔχων pendentes, non perspicio. Addit tamen „nisi forte ipsos illos flores poeta dixit capiti insidere sive inhaerere." Id unice probandum. His scriptis video lacunam rectius fortasse inter μῆλον et ἔχων indicandam fuisse, quam si addito ἕκαστος suppleveris, etiam ἠγόραζον servari poterit. Ita igitur locus scribendus fuerit:

Ἁπαλὸν δὲ σισύμβριον ἢ ῥόδον ἢ κρίνον παρ' οὖς ἐθάκει·
παρὰ χερσὶ μῆλον ἕκαστος ἔχων σκίπωνά τ' ἠγόραζον.

Praeterea pro παρὰ χερσὶ nescio an μετὰ χερσὶ scribendum sit.

III.

Στάσις δὲ καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον
τίκτετον τύραννον,
ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλοῦσιν.

Plutarchus Vit. Per. cap. 3: ὅθεν αἱ μὲν εἰκόνες αὐτοῦ (Periclis) σχεδὸν ἅπασαι κράνεσι περιέχονται — οἱ δ' Ἀττικοὶ σχινοκέφαλον αὐτὸν ἐκάλουν· τὴν γὰρ σκίλλαν ἔστιν ὅτε καὶ σχῖνον ὀνομάζουσι. τῶν δὲ κωμικῶν ὁ μὲν Κρατῖνος ἐν Χείρωσι· Στάσις δὲ (φησὶ) καὶ πρεσβυγενὴς κτλ. Latine reddidit Grotius Excerptis 493. Tempus longum seditioque Mixti coetu genuere suo Summum in nostra gente tyrannum; Di Capitonem vocitare solent. Pro Κρόνος, quae Anonymi est emendatio vulgatae lectionis χρόνος, non nemo coniecerat Κόρος Iure id repudiavit C. Sintenis Exc. II ad Plut. Pericl. p. 300. Scilicet Periclem Olympium eodem quo Iuppiter Olympius patre nasci consentaneum erat. Quod autem Στάσιν Periclis matrem finxit Cratinus, recte id Th. Bergkius Comm. p. 235 ad civium discor-

diam traxit, „cum Pericles plurimos annos gravissimas inimi„citias cum Cimone Thucydide Myronide Leocrate aliis exer„cuerit, et quamdiu Pericles rei publicae praefuit, multitudo „et optimates fere sine ulla intermissione de dominatu con„tenderint." Vs. 2 Anonymus pro *τύραννον* inutili coniectura scripsit *Τιτᾶνα*. — Vs. 3 imitatur sermonem Homericum, cuius exempla composuit Sellius Observ. cap. 1. Cfr. Lobeckii Aglaoph. p. 860 sqq. Ceterum versus fragmenti paullo aliter distinxit Th. Bergkius l. l. p. 235.

IV.

Ἥραν τέ οἱ Ἀσπασίαν τίκτει καταπυγοσύνην
παλλακὴν κυνώπιδα.

Plutarchus Vit. Per. cap. 24: *ἐν δὲ ταῖς κωμῳδίαις Ὀμφάλη τε νέα καὶ Δηϊάνειρα καὶ πάλιν Ἥρα προσαγορεύεται· Κρατῖνος δ' ἄντικρυς παλλακὴν αὐτὴν εἴρηκεν ἐν τούτοις· Ἥραν τέ οἱ Ἀσπασίαν τίκτει καὶ καταπυγοσύνην παλλακὴν κυνώπιδα.* Haec ex eodem eiusdem fabulae carmine, ex quo superius fragmentum, petita esse perspexit Sintenis l. l. p. 298. Exhibui autem Hermanni emendationem apud Sintenisium. Vulgo post *τίκτει* inseritur *καί*, quod delevit etiam Th. Bergkius Comment. p. 238, pro *καταπυγοσύνην* scribens *Καταπυγοσύνη*, ut Impudicitia Saturno (*οἱ*) Aspasiam peperisse dicatur; quae valde probabilis coniectura est, cum de usu adiectivi *καταπυγόσυνος* dubitari possit. Ad eiusdem Aspasiae in hac Cratini fabula memoriam, ut monui olim Quaest. scen. III p. 47 (Hist. crit. p. 412) spectant haec apud scholiastam Platonis p. 391: *Περικλέα δημηγορεῖν παρεσκεύασεν, ὡς Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἐν διαλόγῳ Καλλίᾳ* (recte Dindorfius *Ἀσπασίᾳ*), *καὶ Πλάτων ὁμοίως Πεδηταῖς* (fort. *Ποιηταῖς*), *Κρατῖνος δὲ Ὀμφάλη τύραννον αὐτὴν καλεῖ, χείρων Εὔπολις Φίλοις· ἐν δὲ Προσπαλτίοις Ἑλένην αὐτὴν καλεῖ· ὁ δὲ Κρατῖνος καὶ Ἥραν, ἴσως ὅτι καὶ Περικλῆς Ὀλύμπιος προσηγορεύετο.* Quae l. l. ita emendavi: *Κρατῖνος δὲ Ὀμφάλην αὐτὴν καλεῖ Χείρωσιν,*

τύραννον δὲ Εὔπολις Φίλοις. Similiter postea Th. Bergkius Comment. p. 238: *Κρατῖνος δὲ τύραννον αὐτὴν καλεῖ Χείρωσιν, Ὀμφάλην Εὔπολις Φίλοις.* Quae idem de Omphale Cratini iunioris fabula monuit, iam praeoccupata erant Quaest. scen. III p. 47. Novam Omphalen Aspasiam a comicis dictam fuisse diserte tradit Plutarchus l. l. *ἐν δὲ ταῖς κωμῳδίαις Ὀμφάλη τε νέα καὶ Δηϊάνειρα καὶ πάλιν Ἥρα προσαγορεύεται.* Eandem non modo *τύραννον*, sed etiam *τυραννοδαίμονα* ab iisdem poetis appellatam esse coniicio ex Hesychio vol. II p. 1435. *Τυραννοδαίμονα: ἣν οὐκ ἄν τις τύραννον μόνον εἴπῃ (εἴποι) ἀλλὰ καὶ δαίμονα.* Quae quin ad Aspasiam spectent vix dubitari poterit, ac fortasse ipsum illud *τυραννοδαίμονα* pro *τύραννον* scholiastae Platonis reddendum est. Omnino plurima de illa Periclis magistra et amica scripsisse poetas comicos testis est etiam Clemens Alex. Strom. IV p. 609 Pott. Iunonis nomen illi etiam Eupolis indidisse videtur. V. Hesychius v. *βοῶπις.* Cfr. Rhetores graec. ed. Walzii IV p. 186. Cognominis originem recte scholiasta Platonis a Periclis cognomine *Ζεὺς Ὀλύμπιος* repetere videtur. Antiquissimum talium cognominationum exemplum praebent in fabulis Ceyx et Alcyone, quos Iovis et Iunonis nomen sibi indidisse constat ex Apollodoro I 7 3. Clemente Alex. Adhort. p. 47 et scholiasta Aristoph. Av. 251.

V.

Οἰκέω δὲ νῆσον, ὡς μὲν ἀνθρώπων λόγος,
ἐσπαρμένος κατὰ πᾶσαν Αἴαντος πόλιν.

Diogenes Laert. I 62: *ἐτελεύτησε δὲ* (Solon) *ἐν Κύπρῳ βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα, τοῦτον ἐπισκήψας τοῖς ἰδίοις τὸν τρόπον, ἀποκομίσαι αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ εἰς Σαλαμῖνα καὶ τεφρώσαντας εἰς τὴν χώραν σπεῖραι· ὅθεν καὶ Κρατῖνος ἐν τοῖς Χείρωσί φησιν αὐτὸν ποιῶν λέγοντα Οἰκῶ δὲ νῆσον κτλ.* De Solonis cineribus per Salaminam insulam dispersis eadem tradidisse Aristotelem auctor est Plutarchus Sol.

cap. 32: ἡ δὲ δὴ διασπορὰ κατακαυθέντος αὐτοῦ τῆς τέφρας περὶ τὴν Σαλαμινίων νῆσον, ἔστι μὲν διὰ τὴν ἀτοπίαν ἀπίθανος παντάπασι καὶ μυθώδης, ἀναγέγραπται δ' ὑπό τε ἄλλων ἀνδρῶν ἀξιολόγων καὶ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου. Versu primo tenui vulgatum οἰκέω, pro quo οἰκῶ scriptum in editione Huebneri. Videtur enim Cratinus Solonem ea dialecto utentem induxisse, qua ipse usus est in carminibus. Ita δοκέω dixit loco apud Plutarchum Sol. 14.

VI.

Ὡς ὄνος ἀπωτέρω κάθηνται τῆς λύρας.

Scholiasta Platon. Bekk. p. 358: τῶν οὖν παιζόντων ταῦτα τοὺς μὲν νικῶντας βασιλεῖς ἐκάλουν, καὶ ὅτι ἂν (ὁτιοῦν) προσέτασσον τοῖς ἄλλοις ὑπήκουον, τοὺς δ' ἡττωμένους ὄνους. Κρατῖνος δὲ Χείροσι (sic) χαριέντως ὁμοῦ ἐγκαταμίξας καὶ τὴν ὄνος λύραν παροιμίαν ἔπλεξε τὸν λόγον οὕτως· Ὡς ὄνος ἀπωτέρω κάθηνται τῆς λύρας. τοὺς γὰρ ἡττωμένους, ὡς ἔφαμεν, ὄνους καθῆσθαι ἔλεγον, βασιλεῖς δὲ τοὺς νικῶντας. Eustathius ad Odyss. p. 1601 44: ὅτι δὲ τῶν αὐτὴν (σφαῖραν) παιζόντων τοὺς μὲν νικῶντας βασιλεῖς ἐκάλουν ὡς ἐπὶ σεμνώματι τοῦ ἔργου, ὄνους δὲ τοὺς ἡττωμένους, δηλοῦσι καὶ αὐτὸ οἱ παλαιοί, παραφέροντες καὶ χρήσεις, τὴν μὲν ἐκ τοῦ κατὰ Πλάτωνα Θεαιτήτου (p. 146 A. Steph.) τοιαύτην. „ὁ δὲ ἁμαρτὼν καθεδεῖται, ὥσπερ φασὶν οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος, ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν." τὴν δὲ ἀπὸ Κρατίνου οἷον· Ὄνοι ἀπωτέρω κάθηνται τῆς λύρας. Fuit qui in Cratini loco, qualem scholiasta Platonis exhibet, κάθηται scriberet, probante Hanovio Exerc. p. 59. Sed genuinam versus scripturam hanc esse puto:

Ὄνοι δ' ἀπωτέρω κάθηνται τῆς λύρας.

Comparativum ὡς in huiusmodi proverbiis melius omittitur. Cratinus Leg. III ὑμῶν δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπηξ δωροδοκεῖται. Idem VII οἱ δὲ περιτρέχουσι πυππάζοντες, ὁ δ' ὄνος ὕεται. Theocritus XIV 51: νῦν δὲ πόθεν; μῦς, φαντί,

θυώνιχε γεύμεθα πίσσης. Mitto alia. De ludo illo vide intpp. Pollucis IX 106. Miscuit autem Cratinus duo proverbia, ὄνος κάθηται et ὄνος λύρας.

VII.

Ἄγε δὴ πρὸς ἕω πρῶτον ἁπάντων ἵστω καὶ λάμβανε χεροὶν
σχῖνον μεγάλην.

Scholiasta Sophoclis Oedipi Col. 477: χοὰς χέασθαι στάντα πρὸς ἕω· πρὸς τὴν ἀνατολήν· καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰς ἐκθύσεις πρὸς τὸν ἥλιον ἐποιοῦντο, καθάπερ καὶ ἐν Ἠλέκτρᾳ (vs. 415)· καὶ οἱ τοὺς καθαρμοὺς δὲ ἐπιτελοῦντες πρὸς τὴν ἕω ἵστανται. Κρατῖνος Χείρωνι (sic)· Ἄγε δὴ κτλ. Scillae magnam quandam et singularem in lustrationibus fuisse vim docet etiam Aristophanis versus apud Harpocr. p. 90 28:

πρὸς τὸν στροφέα τῆς αὐλαίας σχίνου κεφαλὴν κατορύττειν.

Ita enim pro ἐχίνου κεφαλὴν correxi Quaest. Menandr. p. 37. allato Plinii loco H. N. XX 39: *Pythagoras scillam* (i. e. σχῖνον) *in limine quoque ianuae suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit.* Eodem pertinent quae Anatolius apud Fabricium Bibl. Gr. lib. IV 29 p. 330 habet: λύκος ἀκινητεῖ σκίλλης αὐτῷ προσενελθούσης, ubi obiter corrige προσενεχθείσης cll. Pseudo-Democrito ibid. apud Fabric. p. 336. Vide praeterea Diphilum apud Clementem Alex. Strom. VII p. 303 4 Sylb. et Casaubonum ad Theophr. Char. XVI p. 186. Sed redeo ad Cratini versum, quem ad Periclis τοῦ σχινοκεφάλου lustrationem in fabula peragendam traxit Hanovius Exerc. I p. 64. Quod qui improbavit Th. Bergkius Comment. p. 239, Chironum chorum haec dixisse statuit loquentem cum aliquo qui Solonem ex inferis suscitare vellet. Ac constat sane inferorum deorum supplicationes et mortuorum evocationes cum καθαρμοῖς et sacris lustralibus fuisse coniunctas. V. Lobeckii Aglaoph. p. 695.

Ceterum Cratini fragmentum pulchro additamento auxit Comes Natalis Mythol. Lib. I p. 51 post *μεγάλην* haec verba adiiciens: *χέε τάδε· τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν κρατήρων χέε.*

VIII.

Καὶ πρῶτα μὲν οὖν παρὰ ναυτοδικῶν ἀπάγω τρία κνώ-
δαλ' ἀναιδῆ,
Πισίαν, 'Οσφύωνα, Διϊτρέφη.

Scholiasta Aristophanis Av. 767 *εἰ δ' ὁ Πισίου προδοῦναι: οὐδὲν σαφὲς ἔχομεν τίς ὁ Πισίου, οὐδὲ περὶ τῆς προδοσίας. ὅτι δὲ τῶν λίαν πονηρῶν ἐστι, δηλοῖ Κρατῖνος ἐν Χείρωσι Πυλαίᾳ Ὥραις.* Et alius ibidem: *οἱ μὲν τὸν Πισίαν ἕνα τῶ ἑρμοκοπιδῶν εἶναι, οἱ δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. ἐτηροῦντο δὲ οὗτοι ὅπως ἂν δοῖεν τῆς περικοπῆς τιμωρίαν. εἰ οὖν, φησίν, ὁ υἱὸς αὐτοῦ τοῦ Πισίου ὅμοιος εἶναι βούλεται τῷ πατρί, γενέσθω Πέρδιξ πανοῦργος. Κρατῖνος Χείρωσι Καὶ πρῶτα μὲν οὖν κτλ.* Addidi *οὖν*, quod passim excidit. Porsonus Advers. p. 284 scribebat *πρῶτον*, quod nec ipsum improbandum est. *Παρὰ ναυτοδικῶν* Hanovius Exercit. I p. 58 interpretatur *ad rerum navalium iudices*. Qui satis insolens esset usus praepositionis *παρά*, cui confirmando quae attulit Th. Bergkius Comment. p. 242 ex titulo apud Boeckhium Corp. Inscr. I 70: *καὶ παραδώσω παρὰ τῶν εὐθύνων τὸ καθῆκον*, et infra: *ὅ τι ἂν τῶν κοινῶν μὴ ἀποδῶσιν παρὰ τῶν εὐθύνων*, alius generis sunt. In his enim *παρὰ τῶν εὐθύνων* significat, postquam ita *οἱ εὔθυνοι* decreverint vel constituerint, falliturque Bergkius cum pro *παρὰ τῶν εὐθύνων* expectandum fuisse dicit *πρὸς τοὺς εὐθύνους*, quem ad modum scriptum legi in titulo 76: *καὶ λόγον διδόντων τῶν τε ὄντων χρημάτων καὶ τῶν προσιόντων τοῖς θεοῖς, καὶ ἐάν τι ἀναλίσκηται κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν πρὸς τοὺς λογιστάς.* Sed haec diversissima sunt. Recte dicitur *λόγον δοῦναι πρός τινα rationem reddere apud aliquem*, non recte dicitur *τὸ καθῆκον ἀποδοῦναι πρός τινα.* Ita igitur etiam in Cratini versu suam servat vim *παρὰ ναυτοδικῶν*, *abdu-*

cam, exturbabo ex civitate impudentes istos homines nautodicarum iudicio condemnatos. De nautodicis, apud quos ἡ ξενίας γραφὴ deferebatur, appositis grammaticorum et Lysiae locis accurate dixit Meierus Proc. Att. p. 83. De Osphyone nihil compertum habeo: nec tamen fictum nomen esse crediderim, quae Th. Bergkii sententia est. Ad minoris versus metrum quod attinet, Fritzschius Dissert. de Daetal. p. 116, qui anapaesticos numeros restituere voluit scribendo Πισίαν ᾿Οφίωνα Διίτρεφέα, in tribus hisce nominibus quinquies impegit. Qualia si alii deliquissent, quam graves illi v. cl. temeritatis et inscitiae poenas daturi essent! Cautior Hanovius l. l. nomina illa a scholiasta profecta arbitratur, qui quae apud Cratinum in aliis versibus, iambico vel trochaico metro scriptis, tradita essent, coniuncta his adiecerit. Haec ratio praestare videtur ei quam Bergkius l. l. proposuit, qui nomina illa ab ipso Cratino adiecto et metrum Glyconeum esse existimat praemisso cretico. Sed talem versum anapaesto tetrametro subiectum esse a Cratino, vix adducor ut credam.

IX.

Σκῆψιν μὲν Χείρωνες ἐλήλυμεν, ὡς ὑποθήκας —

Hephaestio de syll. p. 17: φησὶ δὲ Ἡλιόδωρος τὸ $\overline{\mu}$ ἐπιφερόμενον ἀφώνῳ ἧττον τῶν ἄλλων ὑγρῶν κοινὰς ποιεῖν ἐν τοῖς ἔπεσι συλλαβάς. διὰ τοῦτο καὶ Κρατῖνος ἐν τοῖς Χείρωσι πεποίηκε Σκῆψιν — ὑποθήκας, ἀντὶ τοῦ ἐληλύθαμεν, ὅπερ ἐξηλέγξαμεν ψεῦδος ὄν. Perquam ambigua huius versus et lectio et interpretatio. Pro ἐλήλυμεν Flor. ἐλήλυθμεν. Tum Χείρωνες Turnebus. Χείρωνας FIIB. Χείρωνι N. ὦ Χείρωνες C. Verum videtur Χείρωνες, sed dubitari potest utrum id pro vocativo an pro nominativo habendum sit. Prius ipse sequutus sum Comment. Misc. I p. 7 sive Histor. crit. p. 75. Alterum probant Hanovius Exercit. crit. I p. 58 et Th. Bergkius Comment. p. 225, quorum ille hunc versum a Solone, qui una cum Dracone et

Clisthene Chironum formam simulaverit, dictum esse statuit. Vertit igitur: *ad speciem nos Chirones advenimus eo fine, ut praecepta* —. Th. Bergkius autem chorum, qui Chironum figuram cultum habitumque imitatus sit, ubi primum in orchestram prodierit, haec eloquutum esse existimat. Hoc verum arbitror. Quod autem ὑποθήκας se proponere velle chorus dicit, id monente Gaisfordio spectat haud dubie ad memoriam operis Hesiodei Ὑποθηκῶν nemine inscripti, quo etiam Aristophanes in Daetalensibus et Pherecrates in Chirone usus est. Cfr. Bergkii Comment. l. l.

X.

Κλειταγόρας ᾄδειν, ὅταν Ἁρμοδίου μέλος αὐλῇ.

Scholiasta Aristoph. Vesp. 1231: *Ἀδμήτου λόγον. καὶ τοῦτο ἀρχὴ σκολίου — καὶ ἐν Πελαργοῖς·*

ὁ μὲν ᾖδεν Ἀδμήτου λόγον πρὸς μυρρίνην,
ὁ δ᾽ αὐτὸν ἠνάγκαζεν Ἁρμοδίου μέλος.

Ἁρμόδιος δ᾽ ἐν τοῖς κωμῳδουμένοις καὶ τὸν Ἄδμητον ἀνάγει γραφὴν (leg. *ἀναγράφει* vel *ἀναγέγραφεν*) *παραθεὶς Κρατίνου ἐκ Χειρώνων· Κλειταγόρας ᾄδειν κτλ.* Ubi pro *Ἁρμόδιος* corrigendum esse *Ἡρόδικος*, iam diu est quod monuit Sueverniue. V. Hist. crit. p. 13. Fugit id Th. Bergkium Comment. p. 227 et Schneiderum de scholiis Aristoph. p. 93. Scolion illud, cuius alii Alcaeum alii Sapphonem alii denique Praxillam auctorem edebant, hoc est:

Ἀδμήτου λόγον ὦ ᾽ταῖρε μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει,
τῶν δειλῶν δ᾽ ἀπέχου γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγη χάρις.

De eo veterum scriptorum loca composuit Iacobsius ad Brunckii Anal. I p. 157. Cfr. Fritzschius Aristoph. Quaest. I p. 52 et Bergkius l. l. Clitagorae cantilenam sive potius partem eius servavit Aristophanes Vesp. 1246. Quod autem Cratinus dicit „Clitagorae carmen canere tibicine Admeti modulos praeeunte", nescio an id proverbiale dicendi genus fuerit, quo notarentur ii qui temere omnia miscerent. Th. Bergkius proprio sensu accepit, artis musicae depravationem

Cratinum notare voluisse existimans. Ceterum apposite laudat Lysistr. 1236:

νυνὶ δ' ἅπαντ' ἤρεσκεν ὥστ' εἰ μέν γέ τις
ᾄδοι Τελαμῶνος, Κλειταγόρας ᾄδειν δέον,
ἐπῃνέσαμεν ἂν καὶ πρὸς ἐπιωρκήσαμεν.

Quae nescio an meam interpretationem confirment. Ad *αὐλῇ* subaudiendum *αὐλητής*. Ita Theognis 465 Br. *τῷ πίνειν δ' ἐθέλοντι παρασταδὸν οἰνοχοείτω*, sc. *οἰνοχόος*, ut in Machonis loco apud Athenaeum p. 583 b: *ἀλλ' ἐγχείτω μοι τέτταρας κοτύλας ἔπειτ' εἰς τὴν μεγάλην.*

XI.

Οἷς ἦν μέγιστος ὅρκος
ἅπαντι λόγῳ κύων, ἔπειτα χήν· θεοὺς δ' ἐσίγων.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 331: *Ῥαδαμάνθυος ὅρκος· οὗτος ὁ κατὰ κυνὸς ἢ χηνὸς ἢ πλατάνου ἢ κριοῦ ἤ τινος ἄλλου τοιούτου. Οἷς ἦν — θεοὺς δ' ἐσίγων. Κρατῖνος Χείρωσιν. κατὰ τούτων δὲ νόμος ὀμνύναι, ἵνα μὴ κατὰ θεῶν οἱ ὅρκοι γίγνωνται. τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ Σωκράτους ὅρκοι.* Habent etiam scholiasta Luciani I p. 556. Photius Lex. p. 481 1 et Suidas vol. III p. 249. Ad eundem locum respexit Zenobius V 81: *Ῥαδαμάνθυος ὅρκος. Κρατῖνός φησιν. ἐπὶ τῷ χηνὶ καὶ τῷ κυνὶ καὶ τοῖς τοιούτοις ὅρκον Ῥαδαμάνθυι ἀνατιθέασιν, ὡς καὶ Σωκράτης ἐν δευτέρῳ Κρητικῶν, ἵνα μὴ θεοὺς ὀμνύωσιν.* Ubi scribendum *Σωσικράτης ἐν δευτέρῳ Κρητικῶν.* Schol. Aristoph. 521 eadem de re agens: *Σωκράτης ἐν δωδεκάτῳ (δευτέρῳ) τῶν Κρητικῶν*, cui Sosicratis nomen recte restituit Fabricius Bibl. gr. II p. 403. Sosicratis accuratam descriptionem Cretae insulae laudat Apollodorus apud Strabonem X 8 p. 223 Lips. Eundem auctorem in rerum Creticarum descriptione sequutus est Diodorus Sic. V 80. Sed redeo ad Cratini locum, cuius postremam partem Suidas ita exhibet: *θεοὺς δὲ σιγᾶν*, quod idem sequutus est in Photio Porsonus. Codex *θεοῖς δὲ σιγῶν*, quod ad genuinam lectionem proxime accedit.

Falluntur autem qui Socraticos hoc loco carpi existimant, quorum rationem vel scholiastae verba evertunt: *τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ Σωκράτους ὅρκοι*, quibus in contrariam sententiam abusus est Hanovius Exerc. I p. 59. Itaque de antiquissimorum hominum pietate Cratinus loqui putandus est, qui ne abuterentur deorum nomine quidvis potius quam deorum numen attestabantur. Cfr. Philostratus V. Apollon. VI p. 291. De Rhadamantheo iurerurando v. Menagium ad Diogenem Laert. II 40 et Th. Bergkium Comment. p. 233, qui Cratini verba, quae sua sponte ad iambicos tetrametros coeunt, ex chorico carmine petita et ita describenda statuit:

οἶσιν ἦν μέγιστος
ὅρκος ἅπαντι λόγῳ κύων, ἔπειτα χήν, θεοὺς δ' ἐσίγων.

Bekkerus autem et Porsonus trimetros iambicos restituerunt:

οἷς ἦν μέγιστος ὅρκος ἅπαντι λόγῳ κύων,
ἔπειτα χήν· θεοὺς δ' ἐσίγων.

Quorum versuum primus adeo debilitatis numeris incedit, ut graeco poeta plane indignus sit. Ex lyrico carmine si illa ducta sunt, rectius fortasse ita constituuntur:

οἷς ἦν μέγιστος ὅρκος ἅπαντι λόγῳ
κύων, ἔπειτα χήν· θεοὺς δ' ἐσίγων.

Quorum hoc schema est:

v — v — v — v v — v v —
v — v — v — v — v — —

Quae satis usitata est numerorum consociatio. Atque ita ut nunc video voluit etiam Gaisfordius ad Hephaest. p. 17. Latine reddidit Grotius Exc. p. 493. *Queis iusiurandum maximum in re qualibet Canis est et anser: nam deos non nuncupant.*

XII.

Τὴν μουσικὴν
ἀκορέστους ἐπιφέρειν ὀργὰς βροτοῖς σώφροσιν.

Scholiasta Thucydidis VIII 83: *τὸ ἐπιφέρειν ὀργὴν ἐπὶ τοῦ χαρίζεσθαι καὶ συγχωρεῖν ἔταττον οἱ ἀρχαῖοι. μάρτυς*

Κρατῖνος ἐν Χείρωσι λέγων Τὴν μουσικὴν — σώφροσιν. Grotius Excerptis p. 492 ita transtulit:

Ars musica
motus eximios excitat sapientibus.

Thucydidis haec verba sunt: *πάντων τε Ἀστύοχον εἶναι αἴτιον, ἐπιφέροντα ὀργὰς Τισσαφέρνει διὰ τὰ ἴδια κέρδη.* Itaque hoc dicere videtur Cratinus, *Musicam impense favere hominibus moderatis.* Hanovius Exerc. I p. 61 scribebat *τῇ μουσικῇ ἀκολάστους* etc. *musica effici, ut homines intemperantes obsequantur hominibus temperatis.* Th. Bergkius scholiastam negligentius Cratini sententiam reddidisse credit, cum poeta dixisset, *musicam oportere obsequi hominibus temperatis et honestis.* Metri formam quandam facile restituas,

μουσικὴ δὲ
ὀργὰς ἀκορέστους ἐπιφέρει τοῖς σώφροσιν βροτοῖσιν.

Sed aut exigua aut nulla ad persuasionem fide.

XIII.

Ἐξ ἀσαμίνθου κύλικος λείβων.

Pollux VI 98: *καὶ ἀσάμινθος δὲ ποτήριον ἂν εἴη, ὡς Ὅμηρός τε μηνύει* (Odyss. IV 128) *Τηλεμάχου διδόντος Μενελέῳ δύ᾽ ἀσαμίνθους, καὶ Κρατῖνος δὲ Χείρωσιν Ἐξ ἀσαμίνθου κύλικος λείβων.* Idem X 64: *καί τοι ἔν γε τοῖς Κρατίνου Ἥρωσιν τὴν ἀσάμινθον κιβωτὸν νοοῦσιν, ἔνιοι δὲ ἔκπωμα.* Ubi *Χείρωσι* scribendum esse monui Quaest. scen. I p. 23 (Hist. crit. p. 55) quod fugit Th. Bergkium Comment. p. 240. De *ἀσαμίνθῳ* cfr. Hesychius, *Ἀσάμινθος: πύελος, ἢ λίθος εἰς βάθος κεκολαμμένος, ἢ λέβης μέγας, καὶ πᾶν τὸ κοῖλον ἢ κιβωτός.* Quod autem Pollux dubitatum esse dicit, utrum in Cratini versu *ἀσάμινθος* de arcula an de poculo intelligendum esset, permirum videri potest, cum additum *κύλικος* omnem dubitationem eximere videatur. Sed videtur sensus esse *ex asamintho tanquam ex calice libans.* Itaque paulum differt Cratini locus ab iis

quae Bergkius comparat, *κύλιξ ἀρύστιχος* et *κώθων λεπάστη* apud Phrynichum et Theopompum Athenaei X 424 c et XI 485 c. Quibus adde *φιάλην λεπάστην* ex Anaxandride Athenaei II 131 c et *κατάχυτλον λεκάνην* ex Pherecratis Metall. I, 19.

XIV.

Pollux VII 107: *προσπατταλεύειν, στομοῦν, ἥλους ποιεῖν, στόμωμα. Κρατῖνος γὰρ ἔφη Χαλυβικὸν στόμωμα.* Idem X 186: *καὶ στόμωμα μὲν σιδήρου ὅστις ἐν τοῖς ἀποθέτοις σκεύεσιν ἀριθμοῖ, Κρατῖνος ἂν αὐτῷ συναινοῖ* (fort. *συνᾴδοι*) *λέγων ἐν Χείρωσι Χαλυβδικὸν στόμωμα.* De forma *Χαλυβδικὸς* vid. Stephanus Byz. in v. *Χάλυβες.*

XV.

Athenaeus IX 392 f: *ἡ δὲ ὀρτυγομήτρα καλουμένη, ἧς μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Χείρωσι λέγων Ἰθακησία ὀρτυγομήτρα.* Ita Schweighaeuserus praeeunte Casaubono correxit codicum lectionem *Κράτης.* Cfr. ad Fragm. inc. fab. LIX.

XVI.

Herodianus de dict. solit. p. 42 4: *τὰ εἰς θος λήγοντα καθαρὰ μονογενῆ δισύλλαβα, παραληγόμενα φύσει μακρᾷ, βαρύνεσθαι θέλει — Ξοῦθος τὸ κύριον· Δῶρός τε Ξοῦθός τε* (Hesiodi fragm. 28, 2 Gaisf.). *Βοῦθος Πύθια ἐνίκησα* (leg. *νικήσας*)*· παροιμία Βοῦθος περιφοιτᾷ, Κρατῖνος Χείρωσι. τάττεται δὲ* (*καὶ*) *ἐπὶ τῶν εὐήθων καὶ παχυρίνων.* Zenobius II 66: *Βοῦθος περιφοιτᾷ: ταύτης μέμνηται Κρατῖνος ἐν Χείρωσι. τέτακται δὲ ἐπὶ τῶν εὐήθων καὶ παχυφρόνων, ἀπό τινος Πυθιονίκου Βούθου μετενεχθεῖσα.* Buthi Pythicam victoriam in Pythionicarum catalogo commemoraverat etiam Aristoteles teste Hesychio s. v. *Βοῦθος.*

XVII.

Scholiasta Aristoph. Nub. 922: *συκοφάντης δὲ ἦν* (Pandeletus) *καὶ φιλόδικος, γράφων ψηφίσματα — μέμνηται*

τοῦ *Πανδελέτου* καὶ Κρατῖνος Χείρωσιν. Eadem Suidas vol. III p. 17.

XVIII.

Pollux VII 211: καὶ βιβλιοπώλην μὲν παρὰ Ἀριστομένει εὑρήσεις ἐν Γόησι, *βιβλιογράφον* δὲ παρὰ Κρατίνῳ ἐν Χείρωσι. Salmasius βιβλιορράφος. Genuina forma docente Lobeckio ad Phryn. p. 655 est *βιβλιαγράφος*, quo nomine Cratinus iudicialium libellorum architectum, ac fortasse ipsum Pandeletum, significasse videtur.

XIX.

Zenobius V 9. Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν: παροιμία ταττομένη ἐπὶ τοῖς τὰ δεύτερα φερομένοις, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε· Λακεδαιμόνιοι στασιάζοντες μετεπέμψαντο κατὰ χρησμὸν τοῦ θεοῦ ἐκ Λέσβου τὸν μουσικὸν Τέρπανδρον. Ἐλθὼν δὲ ἐκεῖνος καὶ τῇ μουσικῇ χρώμενος ἥρμοσεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὴν στάσιν ἔπαυσεν. Εἴ ποτε οὖν μετὰ ταῦτα μουσικοῦ τινος ἤκουον οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἐπεφώνουν *μετὰ Λέσβιον ᾠδόν.* Μέμνηται τῆς παροιμίας ταύτης Κρατῖνος ἐν Χείρωνι (Χείρωσι). Photius Lex. p. 621 8. μετὰ Λέσβιον ᾠδόν: παρὰ Κρατίνῳ παροιμία λεγομένη ἐπὶ τῶν τὰ δεύτερα φερομένων. Antiquissimum huius proverbii exemplum suppeditat Sapphonis versus apud Demetrium Eloc. § 146. Πέρροχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν. Quis autem fuerit Lesbius ille poeta, qui proverbii caussa extiterit, ne inter veteres quidem constabat. Aelius Dionysius, teste Eustathio ad Hom. Iliad. p. 741: τὸν τῆς παροιμίας Λέσβιον ᾠδὸν Τέρπανδρόν φησιν ἢ Εὐαινετίδην ἢ Ἀριστοκλείδην. Photius Lex. p. 215 23: Λέσβιον ᾠδόν: τὸν Φρύνιχον, οἱ δὲ Εὐαίνετον. Proverb. Bodlei. p. 71 A. Λέσβιος ᾠδός: οἱ μὲν τὸν Εὐεμετίδην ἀκούουσιν οἱ δὲ Φρύνην (Φρῦνιν), ὃ καὶ μᾶλλον. Ὑπὸ πολλῶν γὰρ κεκωμῴδηται ὡς διαφθείρων τὴν μουσικήν. Ἐντεῦθεν ἐλέχθη μετὰ Λέσβιον ᾠδόν. ἕτεροι δὲ μετὰ Τέρπανδρον. Ubi Phrynidis parum opportuna est commemoratio: nec magis de Phry-

nicho, quem Photius commemorat, cogitare licet. Pro *Εὐεμετίδης* cod. A habet *Εὐμετίδης* h. e. *Εὐμητίδης*, nisi *Εὐαινετίδης* scribendum. Plerique tamen in Terpandro consentiunt. V. Bode de Orpheo p. 16. Cautior reliquis Aristoteles apud Aelium Dionys. l. l. *Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ τὸ μάλιστα Λέσβιον ᾠδὸν τὸν Τέρπανδρόν φησι δηλοῦν.* Itaque non certum aliquem poetam Lesbium, sed omnino Lesbiorum gentem musica arte florentissimam, praecipue tamen Terpandrum, proverbii illius ansam dedisse Aristoteles existimabat. Cfr. Neue ad Sapph. fragm. p. 79 et Th. Bergkius Comment. p. 229.

XX.

Hesychius, *Αὐτόφορτοι*: *αὐτοδιάκονοι. κυρίως δὲ οἱ ἐν τοῖς ἰδίοις πλοίοις. Σοφοκλῆς Θυέστῃ Σικυωνίῳ. ὁ δὲ Κρατῖνος ἐν Χείρωνι τοὺς τὰ κοινὰ φορτιζομένους ἔφη.* Scribendum *Χείρωσι*. Falli enim qui haec ad Cratini iunioris Chironem referunt indicavi Quaest. Scen. III p. 47. *Αὐτοφόρτους* dixisse videtur qui publica civitatis bona diripiunt et in suos ipsorum usus convertunt.

XXI.

Zenobius I 26: *Αἲξ οὐρανία. Κρατῖνός φησι καθάπερ Διὸς αἶγα Ἀμαλθείαν, οὕτω καὶ τῶν δωροδοκούντων αἶγα οὐρανίαν. οἱ δὲ τοὺς εἰς τὸ ἀργυρίζεσθαί τισιν ἀφθόνως ἀφορμὰς παρέχοντας οὕτως εἰώθασι λέγειν κωμῳδοῦντες, ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς Ἀμαλθείας κέρας ἔχων πᾶν ὅ ἐβούλετο εἶχεν.* Similia Suidas s. v. *αἲξ οὐρανία*, ubi post *Ἀμαλθείαν* additur *τροφόν*, et pro *τοὺς — ἀφορμὰς παρέχοντας* legitur *τὰ — ἀφορμὴν παρέχοντα*. In Chironibus haec dixisse Cratinum docet Photius Lex. p. 361 5: *Οὐρανία αἴξ· ἣ οἱ εὐχόμενοι πάντως (πάντων) ἐπετύγχανον· ἴσως διὰ τὸ τὴν Σελήνην αὐτῇ ἐποχεῖσθαι. Κρατῖνος Χείρωσιν.* Quae eadem leguntur apud Suidam s. v. *οὐρανία αἴξ*. Finxerat igitur Cratinus profligatos homines, qui pecunia se corrumpi paterentur et publico furto ditescerent,

caelestem capram alere. Idem proverbium ad Poliagrum quendam, qui ex adulteriis uxoris largas opes colligebat, facetissime transtulit incertus veteris comoediae poeta apud Plutarchum de aud. poet. p. 27 C: *τὸν κωμῳδούμενον ὑπερβάλλει μαστροπείᾳ Πολίαγρον·*

Εὐδαίμων Πολίαγρος,
οὐρανίαν αἶγα πλουτοφόρον τρέφων.

Quod fragmentum qui Zenobii loco confisus ad Cratini Chirones rettulit Boettigerus Amalth. vol. 2 p. IV, mihi quidem Zenobii verba paulo festinantius inspexisse videtur. Boettigero tamen assensus est Th. Bergkius Comment. p. 248. De Poliagro isto, ut hoc addam, Alciphronis Epist. III 62 et Aeliani H. V. V 8 opportune attulit Boissonadius ad Tiber. rhet. p. 41.

XXII.

Ταῦτα δυοῖν ἐν ἔτοιν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη.

Aristides orat. 49 vol. II p. 521 Dind.: *διδάξας δὲ τοὺς Χείρωνας προσπαραγράφει πάλιν αὖ μάλα ὑπερηφάνως ἐπὶ τελευτῆς „Ταῦτα δυοῖν ἐν ἔτοιν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη," τοῖς δ' ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτιθέναι φησὶ ποιηταῖς μιμεῖσθαι, δηλονότι ὡς οὐδένα ἐφιξόμενον.* Ita Canterus correxit vulgatum *χείρονας*. In Cratini versu *ἐν* additum monitu Dindorfii. Quae proxime sequuntur, quamquam sua sponte ad hexametri numeros coeunt:

τοῖς δ' ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτίθησι ποιηταῖς
μιμεῖσθαι,

vel simili modo, non credo tamen ipsa verba Cratini Aristidem servasse. Respicit idem eundem Cratini locum p. 521 17: *ἐν τοῖς τελευταίοις* (ut supra *ἐπὶ τελευτῆς*, in extrema fabula) *ὥσπερ εἰς ἀγῶνα καὶ ἅμιλλαν ἅπαντας προκαλούμενος, ὡς οὐδένα ἂν οὐδ' ἐγγὺς ἐλθόντα.* Videmus igitur Cratinum de hac fabula sua admodum magnifice sensisse, neque dubitari potest quin ea in optimis summi poetae comoediis praecipuum quendam locum occupaverit. Nomen

fabulae a Chironibus indidit, h. e. hominibus sapientiae iustitiae pietatis, omnis denique virtutis laude florentissimis, quos eo consilio adhibuisse videtur poeta, ut novitium rerum in Attica civitate statum detestarentur, antiquam autem humani generis probitatem morumque simplicitatem commendarent. Rei publicae autem emendandae legibusque regendae partes Soloni videtur attribuisse, quem ex inferis excitatum in scena prodiisse docet Fragm. IV. Cfr. Hanovium Exerc. crit. I p. 57sqq. et Th. Bergkium Comment. p. 219.

ὯΡΑΙ.

I.

Ὥσπερ ὁ Περσικὸς ὥραν πᾶσαν καναχῶν ὀλόφωνος ἀλέκτωρ.

Athenaeus IX p. 374 d: *λέγεται δὲ καὶ ἀλεκτορὶς καὶ ἀλέκτωρ. Σιμωνίδης „Ἡμερόφων' ἀλέκτωρ" — ἔφη Κρατῖνος Ὥραις Ὥσπερ κτλ.* Pro *καναχῶν* ante Dindorfium legebatur *καναχών. Ὀλόφωνος* Casaubonus. Vulgo *ὀλόφωνος*. Cod. Ven. ambigue *ολόφωνος*. Nec magis de significatione convenit. Hesychius, *Ὀλόφωνος: ὁ ἀλεκτρυών, ἢ ἀπὸ τοῦ λόφου ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ᾄδειν ὅλον αἴρεσθαι καὶ μετεωρίζεσθαι.* Photius Lex. p. 330 9: *Ὀλόφωνος, ὁ ἀλεκτρυών. οὕτως Κρατῖνος.* Ita etiam Suidas. Alberti explicat *quae mera vox esset*, quasi dicas *πάμφωνος*. Sed fortasse praestat scribere *ὀλόφωνος*, ut ab *ὀλὸς* derivetur, quasi dicas *ὀλεθριόφωνος*. Arcadius de acc. p. 52 18: *τὸ ὀλὸς ὁ ὀλέθριος ὀξύνεται*, et poeta incertus apud Etymolog. M. p. 622 44: *ἔχει μ' ἄχος ὦ ὀλὲ δαῖμον.* Ita igitur est gallus perpetuo clamore enecans. Non dubito quin clamosum poetam significare voluerit.

II.

Ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
ὁ Κλεομάχου διδάσκαλος, παρατιλτριῶν
ἔχων χορὸν Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη
πονηρά.

Athenaeus XIV p. 639 f: σκώπτει δὲ αὐτὸν (Gnesippum) ἐς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βουκόλοις — ἐν δὲ ταῖς Ὥραις Ἴτω δὲ κτλ. Vs. 2 ὁ Κλεομάχου. V. supra p. 27. Ibidem libri ante παρατιλτριῶν inserunt verba μετὰ τῶν, quae delevit Toupius Emend. I p. 212. Bergkius autem Comment. p. 34 scribebat:

ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας διδάσκαλος
ὁ Κλεομάχου μετὰ τῶν κακῶν, παρατιλτριῶν —

Παρατιλτριῶν χορὸν dixit, ut et Gnesippi et choreutarum eius profligatam luxuriem indicaret. — Vs. 3 τιλλουσῶν μέλη. In ambiguo ludit, siquidem τίλλειν μέλη et membra depilare et carmina disperdere significare potest. Eadem ambiguitas in Λυδιστί, quod et ad lydiorum modorum mollitiem et ad Lydorum membra depilandi morem spectat. Ceterum magnae mihi offensioni sunt priores fragmenti versus in singulas dipodias descripti, ex quo genere notus est Castorionis lusus apud Athenaeum X p. 454 f:

σὲ τὸν βόλοις νιφοκτύποις δυσχείμερον
ναίονθ᾽ ἕδος, θηρονόμε Πάν, χθόν᾽ Ἀρκάδων.

De quo dixit Porsonus Praef. Hec. p. XXVII. Fortasse igitur versus illi ad dimetros revocandi sunt in hunc modum:

Ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
ὁ Κλεομάχου διδάσκαλος,
παρατιλτριῶν ἔχων χορὸν
Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη
πονηρά.

Quae modorum, quibus Gnesippus usus esse videtur, ludicram indolem non male imitarentur.

III.

Οὐδὲ πρὸς εἶδος ἄρ' ἦν οὐδὲν προσιδόντι τεκμαρτόν

Hephaestio de syll. p. 17: *πρὸς γὰρ τῷ μυρίαν εἶναι τὴν χρῆσιν παρὰ τοῖς ἄλλοις, ἐδείξαμεν ἔτι καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Κρατίνῳ πολλάκις οὖσαν, ὡς ἐν Κλεοβουλίναις — καὶ πάλιν ἐν Ὥραις Οὐδὲ πρὸς κτλ.* Disputat contra Heliodorum, qui *τὸ μ ἐπιφερόμενον ἀφώνῳ ἧττον τῶν ἄλλων ὑγρῶν κοινὰς ποιεῖν ἐν τοῖς ἔπεσι* (hexametris) *συλλαβὰς* dixerat. Versum Cratini exhibui ut editus est a Turnebo et Gaisfordio, cuius haec est annotatio. „*εἶδος οὐδὲν ἄρ' ἦν οὐδὲν πρ. τ.* C. et puto M. *ἄρ' οὖν οὐδέν τι προσιδόντες τ.* F. H. et sic, vel *τοι* B."

IV.

'Αλλ' ἦν ὅτ' ἐν φώσσωνι τὴν ἴσην ἔχων
μετ' ἐμοῦ διῆγες, οἴναρον ἕλκων τῆς τρυγός.

Pollux VI 18: *τὸν δὲ οἶνον καὶ τρύγα ἐκάλουν, ὡς ἐν Ὥραις Κρατῖνος λέγει 'Αλλ' ἦν κτλ.* Apertum est dici haec ad aliquem, qui ex tenui et angusta vivendi condicione ad lautiorem sortem enisus erat. Aberravit igitur a vera loci sententia Welckerus Museo Rhen. vol. I p. 587. Vs. 1 *φώσσωνι.* Ita vocabatur vestis Aegyptiaca e crasso lino contexta. Pollux VII 71: *ἔστι δὲ καὶ ὁ φώσων* (sic) *Αἰγύπτιος ἐκ παχέος λίνου.* Cfr. intpp. Hesychii vol. II p. 1534 26. Itaque *ἐν φώσσωνι vili veste indutus.* De quo usu praepositionis *ἐν* cfr. Hemsterh. ad Plut. p. 469. In fine versus legebatur *τὴν οἱ συνέχων* Correxit Lobeckius ad Phrynichum p. 73, *τὴν ἴσην* haud dubie de *pari sorte* intelligens, locutione incognita quidem mihi, sed tamen facile explicabili. — Vs. 2 non intelligo quid sit *οἴναρον τρυγός*. Intelligerem si scriptum esset *οἰνάριον ἕλκων τρυγός*, quamquam nec hoc sufficit. *Τρὺξ* de vino recenti et vili intelligendum. Vid. schol. Aristoph. Plut. 1086 et Theocr. VII 70.

V.

Ἐκεῖνος αὐτὸς ἐκμεμαγμένος.

Pollux IX 131: *καὶ ἐκμαγεῖον καὶ ἐκμεμαγμένον. Οὕτω γὰρ καὶ Κρατῖνος ἐν ταῖς Ὥραις Ἐκεῖνος αὐτὸς οὕτως ἐκμεμαγμένος. Οὕτως*, quod Salmasius in *οὗτος* mutabat, a codicibus abest. Ad sensum compares Aristoph. Thesm. 514: *λέων λέων σοι γέγονεν, αὐτέκμαγμα σόν.* Ex quo probabile est, etiam in Cratini versu summam filii cum patre similitudinem indicari.

VI.

Μῶν βδελυγμία σ' ἔχει;
πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω.

Pollux X 76: *καὶ γὰρ ἵνα ἐξεμοῦσι καὶ τοῦτο λεκάνην ὠνόμαζον, ὡς Κρατῖνος μὲν ἐν Ὥραις ἔφη Μῶν βδελυγμία κτλ.* Legebatur *βδελυγμίας ἔχει*, correctum ab Hemsterh. Anecd. I p. 214 et Piersono ad Moer. p. 158. Plurali nullum praesidium in glossa Hesychii, *Βδελυγμίαι: ναυσίαι*, h. e. *Βδελυγμίᾳ: ναυσίᾳ.* Pinnae quis usus fuerit vomituris et nausea laborantibus notum est ex Aristoph. Acharn. 584:

τουτὶ πτίλον σοι· τῆς κεφαλῆς νῦν μοι λαβοῦ,
ἵν' ἐξεμέσω.

Plato apud Athen. XIII p. 485 b: *σπόγγος, λεκάνη, πτερόν, λεπαστὴ πάνυ συχνή* Nicander Alex. 361:

εἰς δ' ἔμετον βιάοιο καὶ οὐ χατέοντά περ ἔμπης
χειρὶ βιαζόμενος ἢ καὶ πτερῷ.

Plura attulerunt Brunckius ad Aristoph. l. l. et Ramir. de Prado ad Martial. III 82. Pinnarum loco etiam radiculis utebantur, idque in hac ipsa fabula factum esse Hesychius docet, *Κήτιον: μέγαν, καὶ ᾧ τὰς ψήφους διωθοῦσιν ἐν τοῖς κληρωτηρίοις. καὶ ἐμετήριον, ἀπὸ λαχάνου ἀγρίου, ὅπερ ἀντὶ πυρῶν* (recte corrigunt *πτερῶν*) *εἰς τὸ στόμα καθίεσαν, ὡς Κρατῖνος ἐν Ὥραις σημαίνει.* Diversissima

confudit Hesychius, *κήτειος immanis* et *γήτειον* quod est oleris genus. Vidit hoc etiam C. W. Lucas Observ. in Crat. p. 23.

VII.

Photius Lex. p. 369 14. *Παιδικά: ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις· παραδείγματα δὲ τοῦ ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων τάττεσθαι πολλά. — ὅτι δὲ ἐκάλουν οὕτως καὶ τὰ πρὸς τὰς γυναῖκας, Εὔπολις —. καὶ Κρατῖνος δὲ Ὥραις, τῆς παλλακῆς ἀποδημοῦντος τοῦ Διονύσου ἐρώσης, φησὶν ἐπ' αὐτοῦ Μακάριος τῶν παιδικῶν.* Eadem scholiasta Aristoph. Vesp. 1021 et Suidas s. v. *παιδικά*, ubi ante Kusterum pro *Ὥραις* legebatur *ὁρᾷς*, quod tenet etiam cod. Photii. Pro *ἀποδημοῦντος* frustra Bentleius scribebat *ἐπιδημοῦντος*. Peregre abiit Dionysus, cuius absentiam quum aegre ferret quam solam domi reliquerat concubina, nescio quis felicem praedicat deum ob fidum amicae desiderium. Ceterum cfr. scholia Platonis Bekk. p. 329 et qui eundem hunc Cratini locum respicit scholiastam Aristidis p. 64 ed. Fromm. *παιδικὰ τὰ ἐρώμενα λέγει· ἔστι δὲ ἐπὶ καλοῦ ἡ λέξις. κέχρηται δὲ Κρατῖνος καὶ ἐπὶ γυναικὸς ἐν Ὥραις.*

VIII.

Ταῦτα πράσσω, ˮφασκ' ἀνὴρ οὐδὲν ποιῶν.

Photius Lex. p. 571 19: *Ταῦτα πράσσων φάσκ' ἀνὴρ οὐδὲν ποιῶν: Κρατῖνος Ὥραις· ἡ γὰρ παροιμία ἐπὶ τῶν μηδὲν ποιούντων.* Eadem Suidas vol. III p. 436. Scripsi *πράσσω ˮφασκ'* etc. Ita etiam Toupius Emend. II p. 232, qui integrum trimetrum restitui cupiens scribebat, *τί ταῦτα πράσσω, ˮφασκ' ἀνὴρ οὐδὲν ποιῶν;* non sine sententiae detrimento. Verte: *hoc ipsum agito, dicebat homo nihil agens.* Versus est trochaicus tetrameter, initio duobus pedibus truncatus. Eleganter tamen Dobraeus Adv. I p. 610 coniicit *Ταῦτ' αὐτὰ πράττω* etc.

IX.

Ἐφθάρη μαρίλης τὴν φάρυγα πλέαν ἔχων.

Suidas vol. II p. 496. *Μαρίλη: ἀμαυρὸν πῦρ· ὁ χνοῦς καὶ τὸ λεπτότατον τῶν ἀνθράκων — καὶ Κρατῖνος ἐν Ὥραις Ἐφθάρη κτλ* Porsonus Aristoph. p. 112 pro *ἐφθάρη* tentabat *ἔφθη*. Rectius Dobraeus ad Aristoph. Equ. 523 trochaici tetrametri uno pede truncati reliquias esse statuit. Idem correxit vulgatum *φάρυγγα*, quae forma ut hoc aliisque locis metro perniciosa, ita omnino ab Atticorum usu aliena est. V. Herodianum apud Eustath. ad Od. p. 1635 21 et Etymol. M. p. 788 34.

X.

Ἴσως πυρορραγὶς κἀκῶς τ' ὠπτημένον.

Suidas vol. III p. 245. *Πυρορραγής: σαθρός, ἄχρηστος, ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς καμίνοις διαρρησσομένου κεράμου πυρορραγῆ κεράμεια καλεῖται ὅσα ἐν τῷ πυρὶ ῥήγνυται ἐν τῷ ὀπτᾶσθαι. Κρατῖνος ἐν Ὥραις Ἴσως πυρορραγὲς καὶ κακῶς ὠπτημένον.* Correxit Kusterus ad Aristoph. Acharn. 932. Pro *ἴσως* Porsonus Adv. p. 285 scripsit *ἴδ' ὡς*, fortasse recte. Ad *πυρορραγὶς* cfr. Pollux VII 164: *πυρορραγὶς* (libri *πυριρραγὶς*) *Κρατίνου εἰπόντος ἐν Ὥραις, ἐφαρμοστέον τοὔνομα τῇ κεραμευτικῇ.* Aristoph. Acharn. l. l. *ψοφεῖ λάλον τι καὶ πυρορραγές.*

XI.

Ἔδει παρέχειν ὅ τι τις εὔξαιτ' ἔμβραχυ.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 384: *ἔμβραχυ οὖν συντόμως καὶ ἁπλῶς Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφῶντος „οἶδε γὰρ αὐτῷ δεδομένην ἄδειαν καὶ πράττειν καὶ γράφειν ὅ τι ἂν ἔμβραχυ βούληται." — Κρατῖνος Ὥραις Ἔδει παρέχειν κτλ.* Ita apud Bekkerum. Apud Siebenkeesium Anecd. p. 15 ita: *ὅτε τις εὔξαιτ' ὃς ἔμβραχυ.* Blomfieldius ad Aeschyli Prom. 795: *ὅ τι ἂν τις εὔξαιτ' ἔμβραχυ.* Elmsleius Edinb.

Rev. 1810 no. 33 p. 238: *ἔδει σε παρέχειν ὅ τι τις εὔξαιτ' ἔμβραχυ* Quod ceteris praestat. Praeterea rectius scribitur *ἐμβραχύ* Vid. Ioannis Alex. *τον. παραγγ.* p. 37 21.

XII.

Hesychius, *Μυσίκαρφι: Κρατῖνος ἐν Ὥραις. οἱ μὲν ἀνέγνωσαν ὡς ἀκονιτὶ καί φασιν ὅτι τὸ μεμυκότως καὶ ξηρῶς ποιεῖν οὕτω λέγουσιν. ἢ ὡς ὀνομαζομένου τινὸς οὕτω καὶ μηδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ γλαφυρὸν σκώπτοντος, ἀλλ' ἐπιγελῶντός τε ἡδέως. ὄνομα γάρ ἐστι Μυσίκαρφος, οὗ μνημονεύει καὶ Ἀπολλοφάνης ὁ κωμικός. ὡς τινες δὲ τὸν ἀρχίμαχον.* Ita codex, a quo non discrepat Musurus nisi quod scripsit *οὕτω τοῦ μηδὲν* et *ἐπιγελῶντος ἡδέως*. Pro *ἡδέως* scribendum *ἀηδῶς*. Photius Lex. p. 281 19. *Μυσικάρφης: ὄνομα Μυσικάρφους, οὗ μνημονεύει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησίν. Ἀρίσταρχος δὲ ἐπ' ὀνόματος τινὰ ἀηδῶς ἐπιγλῶτταν* (sic)· *οἱ δὲ ἀνέγνωσαν μυσικάρφει, ὡς ἀκονιτί· τὸ μεμυκότως καὶ ξηρῶς, μὴ ἐκ φανεροῦ γελᾶν. Κρατῖνος Ὥραις* Itaque Cratinus, si recte coniicio, de fatuo quodam homine et qui, quum ipse nihil iocorum in medium afferret, aliorum iocis et facetiis stulte et insipide arrideret, proverbio usus erat *γελᾷ Μυσικάρφης* sive malis *Μυσίκαρφος*, *ridet tamquam Mysicarphes.* Id proverbium Aristarchus a Mysicarphe, quod nescio cuius Archimachi sive Archemachi cognomen fuisse videtur, derivaverat. Alii autem in Cratini loco pro *Μυσικάρφης* reponebant adverbium *μυσικαρφί*, quod qui per *μεμυκότως καὶ ξηρῶς* interpretabantur, apertum est illud a *μύω* et *κάρφος*, quo arida stipula significatur, deduxisse. Ceterum ex Photii glossa Aristarchum de Cratini fabulis commentatum esse intelligitur, quod monere neglexi Hist. crit. p. 49.

XIII.

Scholiasta Aristoph. Av. 767: *οὐδὲν σαφὲς ἔχομεν τίς ὁ Πισίου οὔτε περὶ τῆς προδοσίας. ὅτι δὲ τῶν λίαν πονηρῶν ἐστι δηλοῖ Κρατῖνος ἐν Χείρωσι Πυλαίᾳ Ὥραις.*

XIV.

Scholiasta Luciani vol. I p. 142 de Hyperbolo: *Κρατῖνος δὲ ἐν Ὥραις ὡς προσελθόντος νέου τῷ βήματι μέμνηται καὶ παρ' ἡλικίαν.* V. Schoemann de Comit. Ath. p. 105. Hyperbolum Cratinus risit etiam in Pytine Fragm. XIV.

XV.

Photius Lex. p. 312 13: *ἔστι μέντοι (ἡ ξυστὶς) καὶ τραγικόν τι ἔνδυμα οὕτω καλούμενον, ὡς Κρατῖνος ἐν Ὥραις.* Ita Plutarchus Mor. p. 348 F de tragoedia agens coniungit *σκευὰς πρόσωπα καὶ ξυστίδας ἁλουργούς.* Schol. Platonis Bekk. p. 402: *ξυστὶς τραγικὸν ἔνδυμα ἐσκευοποιημένον καὶ ἔχον ἐπιπόρπημα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῇ πόρπῃ προσκόσμημα ἢ λίθινον ἢ χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν.* Quibus similia habet Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 284 14. At Hesychius comicam vestem fuisse dicit, *Ξυστίδας: ποδήρη ἐνδύματα ἢ χλανίδας κωμικάς.* Similiter Timaeus Lex. Plat. p. 188. Sed utroque loco scribendum videtur *τραγικάς.*

XVI.

Harpocratio p. 164 25: *Ῥυτὰ συνεσταλμένως εἶδος ποτηρίου. Δημοσθένης κατὰ Μειδίου. ἐκτεταμένως τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα ὁμοίως, Κρατῖνος ἐν Ὥραις.* Photius Lex. p. 493 95. *Ῥυτά: πήγανα. οὕτως Κρατῖνος.* Itaque *ῥυτὸν poculum* prima brevi, *ῥυτὸν ruta* prima longa dici affirmat Harpocratio, idque verum esse multis multorum exemplis doceri potest. Idem quod rutam etiam sua aetate *ῥυτὰ* appellatam esse scribit, repugnat quodammodo Varroni L. L. V p. 40 *ruta, quam nunc πήγανον appellant.* Neutrum *τὰ ῥυτὰ* praeter Harpocrationem et Photium unus, quod sciam, servavit Hesychius, *Ῥυτά: τὰ στέμφυλα, καὶ πήγανον λευκόν.* Ceteri dixerunt *ῥυτή.* V. Valcken. ad Adon. p. 220 c.

XVII.

Harpocratio p. 181 9. *Φελλέα: Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ*

τοῦ Κίρωνος κλήρου. τὰ πετρώδη καὶ αἰγίβοτα χωρία φελλέας ἐκάλουν. Κρατῖνος Ὥραις, Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. Scil. Nub. 71. Cfr. Ruhnkenius ad Tim. p. 192.

XVIII.

Pollux X 40: τὸ ναυτικὸν ὑπηρέσιον ἰδίως ἐν ταῖς Ὥραις Κρατῖνος προσκεφάλαιον· τοῦτο μὴ καλεῖσθαι νομιζόντων, ἀλλὰ ὑπηρέσιον μόνον. Ita enim haec distinxit Dobraeus ad Aristoph. Equ. 29. Ceterum προσκεφάλαιον de pulvinari quod remiges sibi substernebant, dixit etiam Hermippus apud Hesychium v. πανικτόν.

XIX.

Antiatticista p. 88 8. Γαλιδεύς: ὁ τῆς γαλῆς σκυμνός. Κρατῖνος Ὥραις. Hesychius, Γαλίδεως: Κρατῖνος. λέγει δὲ ὡς τὸν εὐτελῆ καὶ ὡς γαλὸν παῖδα γαληδέα. Ita codex pro vulgato Γαληδέα. Cetera Ruhnkenius apud Valcken. ad Adoniaz. p. 402 A ita scribebat, Γαλιδέα: Κρατῖνος. λέγει δὲ οὕτως τὸν εὐτελῆ καὶ ὡς γαλῶν παῖδα γαλιδέα. Pro γαλῶν malim γαλῆς, quamquam ne sic quidem locus perpurgatus est. Suspicor autem γαλιδεὺς Cratinum non proprio sensu de mustelae pullo dixisse, sed nescio quem ludibrii caussa *mustelae filium* appellasse. Compares Menandreum illud γαλεώτης γέρων p. 68, quamquam id ipsum controversum esse scio.

XX.

Antiatticista p. 116 21. Ψήφισμα ἔθηκεν: ἀντὶ τοῦ ἔγραψε. Κρατῖνος Ὥραις, Πλάτων Ποιητῇ.

XXI.

Antiatticista p. 116 30. Ὡραΐζεσθαι: Κρατῖνος Ὥραις. De verbo ὡραΐζεσθαι, in cuius usu quid reprehenderint Atticistae non apparet, dixit Piersonus ad Moer. p. 76.

XXII.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 394 21: Ἀνδροκολωνοκλῆς ἀντὶ τοῦ ἠλίθιος. Κρατῖνος γὰρ Ὥραις ἀντὶ τοῦ φάναι ἠλίθιον Ἐτεοκλέα, οὕτως ὑφ' ἓν καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ἔφη διὰ τὸ εἶναι ἐκ Κολωνοῦ. In Ms pro Ἐτεοκλέα Fritzschius Actis Societ. gr. I p. 144 recte corrigit Ἀνδροκλέα. Sed in nomine Cratineo inesse aliquid debet quod stultitiae significationem habent. Non displiceret v. c. Ἀνδρηλιθιοκολωνοκλῆς. Nisi forte, quod demonstrari non potest, Colonensibus stultitiae approbrium haesit. Quod autem Androclem patria Colonensem fuisse dicit, distinguere eum videtur ab alio Androcle patria Pitthensi, de quo vide supra p. 14. Ad idem utriusque hominis discrimen referebam scholiastam Aristoph. Vesp. 1187: Ἀνδροκλέα δὲ Κρατῖνος Σερίφίοις φησὶ δοῦλον καὶ πτωχόν, ἐν δὲ Ὥραις ἡταιρηκότα ἄρα τὸν αὐτόν, quae cum Fritzschio ita corrigebam, ἐν δὲ Ὥραις ἡταιρηκότα, εἴ (vel εἴπερ) ἄρα τὸν αὐτόν. Sed dubitationem iniicit perelegans Th. Bergkii (Epist. ad Schillerum p. 119) coniectura scholion illud ita emendantis, ἐν δὲ Ὥραις ἡταιρηκότα Ἀριστοφάνης τὸν αὐτόν.*) Idem Coloni commemorationem non ad patriam hominis trahit, sed de forensi (ἀγοραίῳ) illo Colono intelligit, quae mercenariorum erat statio. Cfr. Reisigii Enarr. Sophoclis Oed. Col. p. III. Ita igitur paupertatem Androclis operam suam mercede collocantis notaret Cratinus. Ingeniosa haec esse non diffiteor; sed quid Grammatico fiet stultitiam Androclis Cratinum risisse indicanti? An forte pro ἠλίθιος legendum μίσθιος?

De argumento fabulae neque ex titulo neque e fragmentis quidquam efficias, nisi quod magnas in ea Dionysi partes fuisse ex Fragm. VII intelligitur. Quod enim Hemsterhusius ad Polluc. X 76 dicit egisse in ea Cratinum de atticae

---

*) Aristophanis Horas intelligo etiam apud schol. Aristoph. Vesp. 1183. cfr. schol. Lysistr. 62.

terrae fertilitate et quos fructus singulis anni partibus produceret, easque in re varie lusisse, id igitur quo teste compertum habeat non intelligitur: ac vereor ne Aristophanis Horas in animo habuerit. Welckeri, viri ingeniosissimi et quem magni facio ob ingentes eruditionis copias, sed quem audacissimis saepe coniecturis indulgere video, Welckeri igitur *μουσοδονήματα* melius legentur apud ipsum. V. Museum Rhen. nov. vol. I p. 586 sqq. ubi quod scripsit commemorasse Cratinum hac in fabula etiam *hominem frigidum* (*ψυχρὸν ἄνθρωπον*) et *pocula potatoria* (*ῥυτά*), apertum est virum egregium et Antiatticistae glossam p. 116 20 et Harpocrationis locum (Fragm. XVI) paullo inspexisse festinantius.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I.

Aelianus V. H. II 13: *εὐδοκίμει δ' οὖν αὐτῷ* (Aristophani) *τὸ δρᾶμα, καὶ γάρ τοι τὸ τοῦ Κρατίνου τοῦτο συνέβη εἴποτε ἄλλοτε καὶ τότε, τῷ θεάτρῳ νοσῆσαι τὰς φρένας.* Frustra Grotius Excerptis p. 495 senarium ex his procudit: *συνέβη θεάτρῳ τότε νοσῆσαι τὰς φρένας.* Nihil ex his Cratineum nisi postrema verba, quae hunc in modum metro Eupolideo scripta,

τῷ δὲ θεάτρῳ 'νόσησαν αἱ φρένες,

in parabasi locum habere potuerunt. Conqueri enim videtur poeta quod quam proximis Dionysiis commiserat fabula non placuerit spectatorum iudiciis. Respicere videtur ad eundem Cratini locum Phrynichus App. soph. p. 52 28: *Νοσεῖν τὰς φρένας, νοσεῖν τὸν νοῦν.*

II.

Antiatticista p. 108 24. *Μεσόκοπος: ἀρρενικῶς, τὸ ἐπιμέσου ἡλικίας. Κρατῖνος.* Apertum est scribendum esse

τὸν ἐπὶ μέσου ἡλικίας, ut vidit etiam C. W. Lucas Observ. p. 9. Indicat autem grammatici glossa, μεσόκοπος ex Atticistarum lege nisi de feminis non dicendum esse. Confirmat quodammodo Xenarchus apud Athen. XIII p. 569 b: νέᾳ παλαιᾷ μεσοκόπῳ πεπαιτέρᾳ.

III.

Aristides Orat. 50 vol. II p. 565 Dind.: καί τοι φησὶ μὲν δή που Κρατῖνος τῶν αἰσχρῶν εἶναι φίλοισι χαριζόμενον πονηρὸν αὐτὸν εἶναι· οὗτοι δ' εἰ μὲν φίλοις αὐτοῖς χρῶνται, παραπλησίως αὐτοῖς ἔχουσιν. ὥστ' εἰ τοῖς αὐτοῖς χαίρουσιν, αὐτοῖς ἄρ' οὐχ ἧττον ἢ τούτοις χαρίζονται· εἰ δ' αὖ μὴ νομίζουσι φίλους, ἀντὶ τοῦ χαρίζονται; εἴτε γὰρ ὡς ἐρασταῖς εἴτε ὡς ἐρασταί, τόγε τῆς αἰσχύνης ἄφυκτον. In Cratini loco πονηρὸν unus liber omittit. Probabile est versum ita scribendum esse:

αἰσχρὸν δὲ φίλοισι χαριζόμενον πονηρὸν αὐτὸν εἶναι,

iisdem numeris, quos in Chironum Fragm. I et II habemus, nisi quod anacrusi in illis poeta usus est bisyllaba.

IV.

Aristides Orat. 45 vol. II p. 23 Dind.: ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο. τί οὖν, ὦ μεγίστη σὺ γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων, ἔφη Κρατῖνος ποιῶν, ἔσθ' ὅ τι κωλύει καὶ ὕπαρ γιγνώσκειν τὰ βέλτιστα ἄνευ τέχνης καὶ συμβουλεύειν ἔχειν; Platoni accommodat quem de Pericle posuerat versum Cratinus. Pro ποιῶν fortasse scribendum est μῶν, id ut cum sequentibus coniungatur. Idem Orat. 46 p. 173: οὐκοῦν τῶν μαρτύρων ἡμῖν τῶν εἰς τοὺς λόγους κεκλημένων τῷ Περικλεῖ καὶ οἷς οὐκ ἐλάχιστον μετεῖναι φαίημεν ἂν τῆς περὶ ταῦτα ἐμπειρίας ὁ μὲν τῶν Ἑλληνίδων μεγίστην τὴν ἐκείνου γλῶτταν εἴρηκε, λέγων μὲν ἴσον τε καὶ φωνὴν ἐναμίξας δέ τι τῆς παρὰ τῆς τέχνης πικρίας τοῖς ἀπὸ τῆς ἀληθείας. Sequuntur deinceps Aristophanis et Eupolidis de Periclis eloquentia testimonia. Ad verba ὁ μὲν schol. A. ὁ Κρατῖνος δηλονότι ποιητής. Mireris dubitasse alterum: ὁ

quam; quamquam divitem hunc fuisse hominem ex VII 3 intelligitur. Cratinei Ischomachi nepos fortasse est quem commemorat Araros apud Athen. VI p. 237 a:

οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἶ παράσιτος, φίλτατε,
ὁ δ' Ἰσχόμαχος ὁ διατρέφων σε τυγχάνει.

Sed haec incerta esse fateor. Myconus insula exilis fuit et infecunda, unde non mirum est incolas eius tanquam famelicos et alienarum opum appetentes irrisos esse. Ita iam Archilochus Periclem quendam ἄκλητον Μυκονίων δίκην εἰς τὰ συμπόσια εἰσπεπαικέναι dixerat teste Athenaeo l. l. Cfr. Photius Lex. p. 279 15: Μυκόνιος γείτων: αὕτη τάττεται κατὰ τῶν διαβεβλημένων ἐπὶ γλισχρότητι καὶ σμικροπρεπείᾳ, παρὰ τὴν σμικρότητα τῆς νήσου τῆς Μίκωνος (Μυκόνου) καὶ εὐτέλειαν. Quibus similia leguntur apud proverbiorum scriptores.

VII.

Athenaeus II p. 22 c: ὀρχησταὶ δὲ ἔνδοξοι Βολβὸς μὲν παρὰ Κρατίνῳ καὶ Καλλίᾳ, Ζήνων δὲ ὁ Κρὴς ὁ πάνυ Ἀρταξέρξῃ προσφιλέστατος παρὰ Κτησίᾳ.

VIII.

Ῥοθίαζε κἀνάπιπτε.

Athenaeus I p. 23 b: ὅτι τὸ ἀναπίπτειν κυρίως ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν, οἷον ἀθυμεῖν, ὀλιγωρεῖν. Θουκυδίδης πρώτῃ „νικώμενοι ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτουσι." Κρατῖνος δ' ἐπὶ ἐρετῶν χρᾶται τῇ λέξει „ῥοθίαζε κἀνάπιπτε." Cratini locus apud Eustathium ad Odyss. p. 1641 8 ita scriptus est: ῥοθιάζει καὶ ἀναπίπτει. Suidas s. v. ἀναπίπτειν. Κρατῖνος ἐπὶ τῶν ἐρετῶν κέχρηται τῇ λέξει ἐρεσσόντων καὶ ἀνακλινομένων. Itaque nauticum verbum erat de remigibus inter remigandum se resupinantibus, cui oppositum erat προνεύειν, ut in Xenophontis loco Oecon. VIII 8, quo ipse iam usus est Athenaeus. Cfr. Polybius I 21 a Schweighaeusero indicatus. Cratinus autem non proprie, sed figurate

illa verba *ῥοθίαζε κἀνάπιπτε* dixisse videtur eo fere sensu quo apud Aristoph. Equ. 761 Agoracritum chorus hortatur:

ἀλλὰ φυλάττου καὶ πρὶν ἐκεῖνον προσικέσθαι σου, πρότερόν σὺ
τοὺς δελφῖνας μετεωρίζου καὶ τὴν ἄκατον παραβάλλου.

Admonetur igitur, cuicunque illa dicuntur, ut fortiter adversarium adoriatur.

IX.

Γαυριῶσαι δ' ἀναμένουσιν ὧδ' ἐπηγλαϊσμέναι
μείρακες φαιδραὶ τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμνιναι.

Athenaeus II p. 49 a: *τράπεζαι ἐλεφαντόποδες, τῶν ἐπιθημάτων ἐκ τῆς καλουμένης σφενδάμνου πεποιημένων. Κρατῖνος Γαυριῶσαι κτλ.* Dindorfius „*γαυριῶσαι — φαιδραὶ* „accesserunt ex C, qui inter fragmenta libri II post librum „XIII exhibet. Unde primus edidit Valckenar. Diatr. Eurip. „p. 163. *μείρακες* Valckenarius. *μεῖραξ* C. *τράπεζαι τρισκε*„*λεῖς σφενδάμνιναι* affert Eustathius p. 1398 20." Mensas lautissimarum epularum apparatu splendentes puellis comparat hilari vultu renidentibus. Prorsus a vera loci sententia aberravit Valckenarius, *τραπέζας σφενδαμνίνας* scribendum esse coniiciens, quod merito improbavit Th. Bergkius Comment. p. 141. Sed idem quum hunc locum ex Cratini Legibus petitum esse existimat, et propter eius fabulae Fragm. XI: *ὁ δὲ Ζεὺς ὀσταφίσιν ὕσει τάχα*, primo versu *ἀναμένουσιν* a Cratino scriptum esse contendit, nimium genio indulsisse putandus est. Ad *σφενδαμνίνας τραπέζας* confer Polluc. X 35: *σὺ δ' ἂν καὶ ἐλεφαντίνην (κλίνην) εἴποις, καὶ χελώνης καὶ σφενδάμνου καὶ σφενδαμνίνην.*

X.

Ταῖς ῥαφανῖσι δοκεῖ, τοῖς δ' ἄλλοις οὐ λαχάνοις.

Athenaeus II p. 56 e: *Ῥαφανῖδες: αὗται κέκληνται διὰ τὸ ῥᾳδίως φαίνεσθαι. καὶ ἐκτεταμένως δὲ καὶ κατὰ συ-*

στολὴν λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς. Κρατῖνος Ταῖς ῥαφανῖσι κτλ. Draco Straton. p. 80 5: ῥαφανὶς διφορεῖται τὸ ις, Ἀττικῶς δὲ ἐκτείνει, ὡς παρὰ Κρατίνῳ ἔν τινι τῶν ἐπῶν αὐτοῦ, ὡς τὸ Ῥαφανῖσι δοκεῖ τοῖς ἄλλοις οὐ λαχάνοις. παρ' Εὐπόλιδι δὲ συστέλλεται Horum priora ita scribenda videntur: ῥαφανίς: διφορεῖται τὸ ις Ἀττικῶς. ἐκτείνεται μὲν παρὰ Κρατίνῳ etc. Ex Athenaeo eundem versum posuit Eustathius ad Iliad. p. 1220 55. Hexametrum dactylicum facile restituas scribendo λαχάνοισιν, quod suasi Cur. crit. p. 12. Sed de sensu anceps haereo.

XI.

Ὁ τάλαρος ὑμῖν διάπλεως ἔσται γάρου.

Athenaeus II p. 67 c. Γάρος: Κρατῖνος Ὁ τάλαρος ὑμῶν διάπλεως ἔσται γάρου. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ „Τοῦ ταριχηροῦ γάρου." Pollux VI 65: γάρος, ὡς Σοφοκλῆς „Οὐδ' ἡ τάλαινα δοῦσα ταριχηροῦ γάρου." Κρατῖνος Ὁ τάλαρος ὑμῖν διάπλεως γάρου, omisso ἔσται. Hinc scripsi ὑμῖν. Sophoclis versus ita scribendus videtur: οὐδὲν ἡ τάλαινα δοῦσα τοῦ ταριχηροῦ γάρου.

XII.

Γλαῦκον οὐ πρὸς παντὸς ἀνδρός ἐστιν ἀρτῦσαι καλῶς.

Athenaeus II p. 68 a: τὸ δὲ ῥῆμα (ἀρτύειν) παρὰ Σοφοκλεῖ „ἐγὼ μάγειρος ἀρτύσω σοφῶς." Κρατῖνος Γλαῦκον οὐ κτλ.' Ita codd. BCD. Vulgo Κρατῖνος Γλαύκῳ Οὐ πρὸς κτλ. Cfr. Hist. crit. p. 55. Ἀνδρός, quod a libris abest, addendum esse praeter Casaubonum viderunt Grotius Excerptis p. 489 et Porsonus Praef. Hecubae p. LIV.

XIII.

Athenaeus II p. 69 d: Κρατῖνος δέ φησι Φάωνος ἐρασθεῖσαν τὴν Ἀφροδίτην ἐν καλαῖς θριδακίναις αὐτὸν ἀποκρύψαι, Μαρσύας δ' ὁ νεώτερος ἐν χλόῃ κριθῶν.

XIV.

Τρίγλη δ' εἰ μὲν ἐδηδοκοίη τένθου τινὸς ἀνδρός.

Athenaeus VII p. 305 b: τὰ εἰς λα λήγοντα θηλυκὰ πρὸ τοῦ λ ἕτερον λ ἔχει, Σκύλλα σκίλλα κύλλα βδέλλα ἅμιλλα ἅμαλλα, τὰ δὲ εἰς λη οὐκέτι, ὁμίχλη φύτλη γενέθλη αἴγλη τρώγλη. ὁμοίως οὖν καὶ τρίγλη. Κρατῖνος Τρίγλη δ' εἰ μὲν κτλ. Vulgo ἐδηδόκοι ἦ, quod correxit Porsonus Advers. p. 98. Sed correptio penultimae habet quo offendat. Fortasse igitur ἐδηδοκόην Cratinus dixit, quemadmodum λαχόην pro λαχοίην (λάχοιμι) dictum fuisse tradit Etymol. M. p. 558 27. Quae formae etsi aeolicae dialecto propriae sunt, tamen ne in attico quidem poeta quidquam offensionis habent. Plane huic simile est ἔωθα pro εἴωθα apud Archippum Ararotem ipsumque adeo Thucydidem. Vid. Photius Lex. p. 47 17.

XV.

Athenaeus X p. 424 b: μνημονεύει τοῦ κυάθου καὶ Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ Παιδείας καὶ Κρατῖνος, ἔτι δ' Ἀριστοφάνης πολλαχοῦ καὶ Εὔβουλος Ὀρθάνῃ.

XVI.

Πιεῖν δὲ θάνατος οἶνον ἢν ὕδωρ ἐπῇ.
ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστ' ἀκράτου δύο χόας
πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης ἐπονομάζουσα
ἵησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει.

Athenaeus IX p. 782 d. Ἀγκύλη: ποτήριον πρὸς τὴν τῶν κοττάβων παιδιὰν χρήσιμον. Κρατῖνος Πιεῖν δὲ θάνατος κτλ. Ex Athenaeo Eustathius ad Iliad. p. 844 25: χρῆσις δὲ καὶ κοτύλης παρά τε Βακχυλίδῃ καὶ παρὰ Κρατίνῳ ἐν τῷ, πιεῖν δὲ θάνατος οἶνον ἂν ὕδωρ ἐπῇ, καὶ ἑξῆς ἕως τοῦ πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης. Nimium autem festinavit Athenaeus ἀγκύλην poculi nomen esse affirmans. Eiusdem

erroris particeps est Grammat. Seguer. p. 327. 338. Neque melius scholiasta Aristoph. Pac. 1243: ἐκάλουν δὲ ἀγκύλην τὴν τοῦ κοττάβου πρόεσιν. Athenaei error eo minus excusabilis, quum ipse veram formulae ἀπ' ἀγκύλης rationem explicaverit XV p. 667 c: ἐκάλουν δ' ἀπ' ἀγκύλης τὴν τοῦ κοττάβου (h. e. τῆς λατάγης) πρόεσιν διὰ τὸ ἀπαγκυλοῦν τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐν τοῖς ἀποκοτταβισμοῖς. Vera falsis miscuit Hesychius vol. I p. 51: 'Αγκύλη: ἀκόντιον ἢ ἡ καμπὴ τοῦ ἀγκῶνος καὶ ποτηρίου γένος εἰς κοττάβους. οἱ γὰρ τοὺς κοττάβους προϊέμενοι τὴν δεξιὰν χεῖρα ἠγκύλουν, κυκλοῦντες αὐτὴν ὡς ἐνῆν πρεπωδέστατα καὶ σεμνυνόμενοι ὡς ἐφ' ἐνὶ τῶν καλῶν. Verissime haec postrema. Itaque ἀπ' ἀγκύλης ἵησι sc. χειρός, *manu incurvata proiicit.* Quem gestum eleganter describit Antiphanes Athenaei XV p. 667 a:

αὐλητικῶς δεῖ καρκινοῦν τοὺς δακτύλους.

Recte idem Hesychius alio loco: 'Αγκύλη χείρ: ἀπηγκυλωμένη καὶ συνεστραμμένη εἰς ἀποκοτταβισμόν. Cfr. Dicaearchus apud Athen. l. l. p. 667 b: ἀγκυλοῦντα δεῖ σφόδρα τὴν χεῖρα εὐρύθμως πέμπειν τὸν κότταβον. Suo iure igitur illud de ἀγκύλῃ poculi specie commentum reiecit Villebrunius ad gallicam vers. Athen. vol. V p. 359, cui obloquutum esse Groddeckium Comment. Antiqu. p. 259 tanto magis mirum est, quo rectius ipse in Cratini loco nihil illi explicationi praesidii paratum esse intellexit. Cfr. Neuium ad Bacchyl. p. 37. — Vs. 1 ἦν scripsi pro ἄν. — Vs. 2 libri χοίας, pro quo Piersonus ad Moer. p. 412 χοᾶς, Dindorfius autem χόας scripsit, Elmsleii ad Aristoph. Acharn. 1013 praeceptum sequutus, contra quod gravissimas dubitationes movit Lobeckius Paral. gramm. p. 233. Interim tamen scripsi χόας. — Vs. 3 pro πίνουσα Piersonus πιοῦσα, repugnante sensu. Tum ἐπονομάζουσα optime explicat scholiasta Theocr. XIV 17: οὕτω γὰρ εἰώθασι ποιεῖν ἐν τοῖς συμποσίοις, ἄκρατον λαμβάνειν καὶ ὀνομάζειν τινὰς ἐρωμένους ἢ φίλους καὶ ἐπιχεῖν τῇ γῇ. Res ipsa notissima est. Ad versum integrandum Piersonus addebat τε, merito improbante Neuio, qui proposuit δή. Possis item ἐπονομάζουσ' ἄρα.

Sed praefero quod Iacobsius Addit. ad Athen. p. 248 voluit, *ὑπονομάζουσ' ἀεὶ* h. e. *ἑκάστοτε*. — Vs. 4 ridet Euripidem Sthenob. V:

πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερός,
ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

Quod fecit etiam Aristoph. Thesm. 403:

ἀνὴρ ἐρωτᾷ, τῷ κατέαγεν ἡ χύτρα;
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

Quae comparavit Valckenarius Diatr. Eurip. fragm. p. 205 B.

XVII.

Ταυτὶ καὶ τολμᾷς σὺ λέγειν ῥοδοδάκτυλος οὖσα;

Athenaeus XIII p. 566 f: *καὶ ὁ Κύνουλκος, Ταύτῃ καὶ τολμᾷς σὺ λέγειν, οὐ ῥοδοδάκτυλος οὖσα, κατὰ τὸν Κρατῖνον, ἀλλὰ βολίτινον ἔχων θάτερον σκέλος.* „*Κρατῖνον* L ex MSS. *καρκίνον* PV." Dindorfius. Pro *ταύτῃ* libri Casauboni *ταῦτα*. Correxit Dobraeus ad Aristoph. Plut. 555.

XVIII.

Athenaeus XIII p. 596 b: *Ἡρόδοτος δ' αὐτὴν* (Doricham meretricem pulcherrimam, Charaxo Sapphonis poetriae fratri amatam) *Ῥοδῶπιν καλεῖ, ἀγνοῶν ὅτι ἑτέρα τῆς Δωρίχης ἐστὶν αὕτη, ἡ καὶ τοὺς περιβοήτους ὀβελίσκους ἀναθεῖσα ἐν Δελφοῖς, ὧν μέμνηται Κρατῖνος διὰ τούτων.* Herodoti locus est II 134. Cratini testimonium excidit. Rhodopidis donarium commemorat etiam Plutarchus de orac. def. p. 400 F: *τῶν Ἀκανθίων καὶ Βρασίδου παρελθοῦσιν οἶκον ἡμῖν ἔδειξεν ὁ περιηγητὴς χωρίον, ἐν ᾧ Ῥοδώπιδος ἔκειντό ποτε ὀβελίσκοι σιδηροῖ.* De Rhodopide et Doricha quae dici possunt exhausit docta et accurata disputatio G. H. Grauerti Dissert. de Aesopo p. 117 sqq.

XIX.

Athenaeus XV p. 676 f: *δεῖξαι οὐκ ἔχεις ὅτι διαλελυμένως τις εἴρηκε ῥόδων στέφανον καὶ ἴων στέφανον· τὸ*

γὰρ παρὰ Κρατίνῳ κατὰ παιδιὰν εἴρηται *Ναρκισσίνους ὀλίσκους*. Apertum est Cratini exemplum praecepto Athenaei utut ambiguo minime convenire. Casaubonus tentabat ναρκίσσου στεφανίσκους, Schweighaeuserus ὀλισβούς. Possis etiam ὀβελίσκους.

XX.

Ποιμὴν καθέστηκ᾽ αἰπόλος καὶ βουκόλος.

Dio Chrysost. Orat. 56 vol. II p. 290 Rsk.: ἢ οὐκ ἀνέγνωκας τοῦτο τὸ ἔπος Κρατίνου Ποιμὴν κτλ. Vulgo καθέστη, Reiskius κατέστη. Valcken. ad Callim. Eleg. p. 75 tentat κατέστης. Nostrum coniecit etiam Th. Bergkius Comment. p. 34, qui locum ad Bubulcos referebat.

XXI.

Anonymus apud Cramerum Anecd. III p. 195: Πλάτων δέ, οὐχ ὁ φιλόσοφος ἀλλ᾽ ὁ κωμικώτατος, ᾧ καὶ Κρατῖνον οἶδα συνᾴδοντα, ἀορίστως ἐπὶ συγγενείας λαμβάνει τὴν *ὅμαιμος* λέξιν.

XXII.

Χαῖρε χρυσόκερω βαβάκτα κήλων,
Πάν, Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων.

Etymol. M. p. 183 42. Βαβάκτης: ὀρχηστής, λάλος, μανιώδης, βακχευτής. λέγεται δὲ καὶ ὁ Πάν. Κρατῖνος Χαῖρε χρυσόκερω βαβάκτα κήλων Πάν. παρὰ τὸ βάζω τὸ λαλῶ, βάξω βέβαγμαι βέβακται βαβάκτης, ὁ πολλὰ λαλῶν, φλύαρος. Hephaestio cap. 10 p. 56: τῶν δὲ τριμέτρων τὸ μὲν καταληκτικὸν τὸ μόνην τὴν πρώτην ἀντισπαστικὴν ἔχον, τὰς δὲ ἑξῆς ἄλλας ἰαμβικάς, Φαλαίκειον καλεῖται· οἷον Χαῖρε — ἐμβατεύων. Vs. 1 χαῖρε χρυσόκερω Etymol. Χαῖρ᾽ ὦ χρυσόκερως Hephaestio, cuius codd. pro βαβάκτα offerunt fere βαβάκτρα. Pro κήλων, quod cum Etymol. M. optimi Hephaestionis codd. habent, Turnebus male edidit γάλ-

λων. Dixerunt de hoc loco Is. Vossius ad Catull. p. 163. Wesseling ad Itiner. Anton. p. 641 et D'Orvillius Vann. crit. p. 51. De voce κήλων Gaisfordius affert Eustath. ad Iliad. β' p. 258 pen. Odyss. ϑ' 1597 28. Etymol. M. p. 510 50. — Vs. 2 Πελασγικὸν Ἄργος D'Orvillius non proprie, sed de Panos antro et sacello in Pelasgico, quod in clivo arcis conditum erat, intelligit, quam in rem affert Pausan. Att. 28, Herod. VI 105, Euripidis Ion. 938 et Lucianum Bis accus. vol. II p. 219. Cfr. Leake Topogr. Att. p. 284. Eadem interpretatio placuit Th. Bergkio Comment. p. 97. De verbo ἐμβατεύειν, quod fere altioris orationis est, Runkelius attulit Aeschyli Pers. 454: ἣν ὁ φιλόχορος Πὰν ἐμβατεύει, et Eurip. Teleph. 1: πέτρον Ἀρκάδων δυσχείμερον Πὰν ἐμβατεύεις. Quibus facili opera plura addi possent. Ceterum Th. Bergkius hoc fragmentum Thressis adscribendum putavit, coniectura longe incertissima.

XXIII.

Ὡς δὲ μαλακὸν καὶ τέρεν τὸ χρωτίδιόν ἐστ' ὦ θεοί·
καὶ γὰρ ἐβλίμαζον αὐτήν, ἡ δ' ἐφρόντιζ' οὐδὲ ἕν.

Etymol. M. p. 200 37. Βλιμάζειν: τὸ τιτθολαβεῖν, ἤγουν ψηλαφᾶν τὰ στήθη καὶ τοὺς μαστοὺς καταλαμβάνειν τῇ ἀφῇ, καὶ ἅπτεσθαι τῶν ἀπορρήτων μελῶν τῶν γυναικείων καὶ διεγείρειν τὰς ἐπιθυμίας, ὥς φησι Κρατῖνος Ὡς δὲ μαλακὸν κτλ. Idem locus apud Zonaram Lex. vol. I p. 394, ubi Crateti tribuitur et postrema ἡ δ' ἐφρόντιζεν οὐδὲ ἕν omittuntur. Vs. 1 addidi δὲ et ἔστ' ante ὦ θεοί. Fecit etiam Elmsleius in censura Hecubae Porson. p. 257 ed. Lips. nisi quod ἦν inseruit, non ἔστ'. De particula δὲ sic posita confer Aristoph. Vesp. 895: ὡς δὲ καὶ κλέπτον βλέπει. Av. 837: ὡς δ' ὁ θεὸς ἐπιτήδειος οἰκεῖν ἐπὶ πετρῶν. Euphro Athenaei IX p. 377 e: ὡς δὲ καὶ γλίσχρον βλέπει. Pro χρωτίδιον suspicabar χοιρίδιον *muliercula*. Similiter O. Schneider de scholiis Aristoph. p. 72 corrigebat χοιρίον τόδ' ὦ θεοί Sed χρωτίδιον *cuticula* fortasse servari potest,

XXIV.

Τοῦτον μὲν οὖν καλῶς διεπηνίκισας λόγον.

Etymol. M. p. 269 31. *Διαπηνικίζω: ἀπατῶ. Κρατῖνος Τοῦτον — λόγον. εἴρηται ἀπὸ τῆς πηνίκης, ἥ ἐστι περιθετὴ κόμη, ὡς ἡ φενάκη ἢ τοὺς ὁρῶντας ἀπατᾷ ὡς φύσει οὖσα. τινὲς δὲ τὸ ποικίλλω ἐξηγοῦνται* Idque ad Cratini locum multo accomadatius. Particulam *οὖν* de coniectura addidi.

XXV.

Etymol. M. p. 402 39. *Ἐφετίνδα: ὄνομα παιδιᾶς, φενακικῶς. ὡς γὰρ Ἀριστοφάνης* (Equit. 862) *φησὶ τὸ ὀστρακίνδα, παρὰ τὸ ὄστρακον ἀναπλάσας, αἰνιττόμενος τὸν ἐξοστρακισμόν, οὕτω Κρατῖνος ἀνέπλασε τὸ ἐφετίνδα παρὰ τὰς ἐν τοῖς δικαστηρίοις γενομένας ἐφέσεις· παρὰ οὖν τὴν ἔφεσιν ἐφετίνδα παιδιάν, κατὰ τροπὴν τοῦ σ εἰς τ. καὶ γὰρ ἐφέτης λέγεται ὁ πέμπων τὴν ἔφεσιν.* Nisi haec ad Cratetis *Παιδιᾶς* pertinent, quae T. Hemsterhusii sententia est. V. Hist. crit. p. 65.

XXVI.

Ἔχων τὸ πρόσωπον καρῖδος μασθλητίνης.

Etymol. M. p. 491 40. *Καρίς: ὡς παρὰ Κρατίνῳ Ἔχων — μασθλητίνης. ἀντὶ τοῦ δερματίνης.* Eundem versum ex Eupolidis *Δήμοις* affert Athen. III p. 106 b, ubi *τὸ* additum est ante *πρόσωπον*, quod recepi. Fortasse memoriae errore ex Cratino versum citavit Etymologus.

XXVII.

Δασὺν ἔχων
τὸν πρωκτὸν ἅτε κυρήβι' ἐσθίων —

Etymol. M. p. 512 8. *Κυρηβίων: καθαρματῶδές ἐστι τὸ ὄνομα. κηρύβια γὰρ κυρίως τὰ ἀποβράσματα τῶν κυά-*

μων. Κρατῖνος, *Δασὺν ἔχων — κηρύβι' ἐσθίων.* Editum *Κηρυβίων* et *κηρύβια* correxit Kulenkampius Annot. ad Etym. p. 919. Vocem illustravit Foesius Oecon. Hippocr. p. 365. Cratini verba, quae iambicis numeris inclusi, eodem iure ad trochaicos numeros revocari posse apertum est. De sententia mihi non satis constat. Num furfurum esu capilli incrementa capere putabantur? Ridet, ni fallor, Eucratem Melitensem, quem *κυρηβιοπώλην* vocat Aristophanes Fragm. 540, hominem toto corpore hirsutum. Photius p. 256: *Μελιτέα κάπρον: 'Αριστοφάνης ἐν Γήρᾳ λέγει ἀντὶ τοῦ Εὐκράτης, ἐπεὶ δασύς ἐστι. καὶ γὰρ ἄρκτον αὐτὸν ἔλεγον.*

XXVIII.

Etymol. M. p. 718 in. *Σκιρωθῆναι: φαμὲν ἐπὶ τοῦ ῥύπου τοῦ σφόδρα ἐμμένοντος καὶ δυσεκπλύτου. Σώφρων ἐν τοῖς γυναικείοις τροπαίοις „Πρὶν αὐτὰν τὰν νόσον εἰς τὸν μυελὸν σκιρωθῆναι." Σκίρον δὲ τὸν ἀηδῆ ῥύπον καὶ Κρατῖνος λέγει.* Rectius scribitur *σκῖρος*, quod de sordibus caseo adhaerentibus dixit Eupolis apud scholiastam Aristoph. 925:

ἡ τροφαλὶς ἐκεινηὶ
ἐφ' ὕδωρ βαδίζει σκῖρον ἠμφιεσμένη.

Cfr. Hesychius, *Σκεῖρος: ῥύπος, καὶ ὁ δριμὺς τυρός. Φιλητᾶς δὲ τὴν πυρρώδη γῆν.* Ubi *ῥυπώδη* legendum esse monui apud Bachium ad Phil. p. 272.

XXIX.

Εὐπρόσωπος ἦσθ' ὀνόματος οὐδὲν ἐπὶ χεῖρας φέρων.

Eustathius ad Hom. p. 1430 24: *ὅτε δὲ μέγα φᾶρος εἴπῃ, παροιμίαν ποιεῖ τὴν λέγουσαν ἐπὶ χεῖρας φέρειν ἤγουν ἔνδοξον εἶναι, ὡς ἀπὸ τῶν μεγάλα φασὶν ἱμάτια ἐχόντων ὡς μείζονα εἶναι τὴν ἐπιβολήν. Κρατῖνος Εὐπρόσωπος — φέρων, ἤγουν οὐ μέγα ἔχων ὄνομα, οὐδὲ φαινόμενος κατὰ τοὺς οὕτω μεγαλοειμόνας ὡς καὶ ἐπὶ χειρῶν φέρειν τὰς φᾶς.* Grotius Excerptis p. 495 vertens *Homine*

es speciosus, atqui nihil est quod manibus feras, ὀνόματος coniunxit cum εὐπρόσωπον.

XXX.

Eustathius ad Hom. p. 1446 29: ἡ ὡρίμη κριθή, ἡ καὶ ἀμφίκαυστις παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ, κωμικοὶ δὲ καὶ ἐπὶ γυναικείου μορίου φασί, Κρατῖνος δὲ τὴν ὀσφὺν οὕτως ἔφη. Hesychius, Καῦστις: ἡ ἔκφυσις τῶν σταχύων. πυροὶ ἀδρυνόμενοι, καὶ χόρτος. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἀμφίκαυστις. καὶ ἐπώνυμον Δήμητρος. Κρατῖνος δὲ ἐπὶ τοῦ μορίου ἔταξεν αὐτό. Uter vera rettulerit ambiguum est. Suspicor tamen apud Eustathium pro ὀσφὺν legendum esse πόσθην. Cfr. Etymol. M. p. 90 31: Ἀμφίκαυστις: ἡ ὀρεινὴ (leg. ὡρίμη) κριθή, ἣν ἡμεῖς εὔστραν καλοῦμεν. καὶ οὕτω μὲν οἱ τραγικοί, οἱ δὲ κωμικοὶ τὸ αἰδοῖον ἀμφίκαυτις (sic), ἀπὸ τοῦ περικεκαῖσθαι. Similiter κριθὴ de pudendo virili dicebatur teste schol. Aristoph. Pac. 965: τὸ τῶν ανδρῶν αἰδοῖον κριθὴν ἔλεγον, τὸ δὲ γυναικεῖον βύρσον (fort. μύρτον). Hinc κριθῶν de homine libidinoso apud Hesychium s. v.

XXXI.

Κοκκύζειν τὸν ἀλεκτρυόν᾽ οὐκ ἀνέχονται.

Eustathius ad Hom. p. 1479 43: ἀλέκτορος καθὰ καὶ ἀλεκτρυόνος καὶ παρ᾽ ἄλλοις μὲν πολλοῖς χρῆσις, καὶ παρὰ Κρατίνῳ δὲ φασὶν ἐν τῷ Κοκκύζειν τὸν ἀλεκτρυόνα οὐκ ἀνέχονται, ἤγουν ᾄδειν ὡς αὐτῷ ἔθος. Phrynichus Bekk. p. 21 24: ᾄδειν ἀλεκτρυόνας: Ἀττικῶς. τὸ δὲ κοκκύζειν κωμικοὶ λέγουσιν.

XXXII a.

Eustathius ad Hom. p. 1484 28: αἰγυπτιάζειν τὸ πανουργεῖν καὶ κακοτροπεύεσθαι, ὡς ὁ κωμικός, φασί, Κρατῖνος δηλοῖ. Aliorum exempla attulerunt Valcken. ad Theocr. Adon. p. 357 et Th. Bergkius Comment. p. 262.

XXXII b.

Eustathius ad Hom. p. 1751 47: Ἀλκαῖος — εἰδομαλίδην ἔφη σκωπτικῶς τινα διὰ τὸ καλλωπίζεσθαι τὰ μῆλα τῆς ὄψεως, ἐρευθόμενον δῆτα, κωμικώτερον. οὗπερ ἀνάπαλιν ἔχοι ἂν ὁ παρὰ τῷ Κρατίνῳ *ἀρρινώπας*, τὰ μὲν ἄλλα γύννις ὢν ἔχων δέ τι ἀνδρόμορφον.

XXXIII a.

Eustathius ad Hom. p. 1669 46: τὸν μωρὸν οἴδαμεν σάνναν καλεῖσθαι ὡς ἀπό τινος κυρίου ὀνόματος. καὶ παράγεται Κρατῖνος κωμῳδῶν τοιοῦτον τὸν *Θεοδοτίδην σάνναν*. Vocem σάννας pro μωρὸς idem ex Cratino exsignavit p. 777 61 et 1761 21. Item Photius Lex. p. 499 20: *Σάνναν*: τὸν μωρόν. οὕτως Κρατῖνος. Theodotides Cratini fortasse is est cuius filius Nicostratus commemoratur a Platone Apol. § 22.

XXXIII b.

Λόγος τις ὑπῆλθ' ἡμᾶς ἀμαθὴς συβαύβαλος.

Eustathius ad Hom. p. 1761 28 ex Aristophane Byzantio: λέγει δὲ καὶ λαπίζειν παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ συρίζειν, καὶ βαυβᾶν τὸ κοιμᾶσθαι, οἷον Ἡ δὲ προὐκαλεῖτό με βαυβᾶν μετ' αὐτῆς. ὅθεν, φησί, καὶ παρὰ Κρατίνῳ τὸ Λόγος τις κτλ. Scribendum συοβαύβαλος, quod Hesychius interpretatur de suum stabulo, Συοβαύβαλοι: συῶν αὐλιστήρια. Neque aliter Photius Lex. p. 557 3: Συοβαύβαλοι: ἐν οἷς οἱ σύες εὐνάζονται. Quae spectant haud dubie ad nescio cuius scriptoris locum, in quo σταθμοὶ συοβαύβαλοι commemorati erant. Cratinus autem λόγον συοβαύβαλον dixisse videtur de carmine inculto et inconcinno, qualia subulcorum sunt quibus illi sues demulcent et consopiunt. Συβωτικὰ μέλη commemorat Pollux IV 56. Versum Cratini Th. Bergkius ita supplebat, λόγος ὅστις ὑπῆλθ' ἡμᾶς ἀμαθὴς συοβαύβαλός ἐστιν ἀληθῶς.

XXXIV.

Eusratius ad Aristot. Eth. Nicom. p. 65 B: *ἀλλὰ καὶ Ἀρχίλοχος καὶ Κρατῖνὸς καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν μαρτυροῦσι (Μαργίτην) εἶναι Ὁμήρου τὸ ποίημα.* Ubi Archilocho Aristophanis nomen substituit Ruhnkenius ad Vellei. Pat. I 5 p. 20 allato Avium vs. 910 cum scholiis. Quae perquam ingeniosa coniectura est. Cratinus Homeri Margitem fortasse in Archilochis commemoraverat.

XXXV.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 336 15. *Ἅγιος: ὁ σεβάσμιος· καὶ ἅγιον τὸ σεβάσμιον καὶ τίμιον. λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἅγιος ὁ μιαρός, ἀπὸ τοῦ ἄγους, ὡς Κρατῖνος.* Quo loco qui utitur Ruhnkenius ad Tim. p. 13 pro *Κρατῖνος* exhibet *Κράτης*. Eandem adiectivi *ἅγιος* significationem ex antiquis grammaticis affert Eustathius ad Iliad. p. 1356 59: *οὕτω καὶ ἅγιος παρὰ τοῖς παλαιοῖς οὐ μόνον ὁ καθαρός, ἀλλὰ καὶ ὁ μιαρός, διὰ τὸ τοῦ ἄγους διπλόσημον· ἐξ οὗ καὶ ὁ ἐναγὴς καὶ ὁ εὐαγής.* Nimirum *ἅγιον*, ut Latinorum *sacrum*, proprie dicitur quidquid animum admiratione percellit; hinc duplex nata est significatio, qua et *venerabilem* et *detestabilem* denotat. Cfr. Hanovium Exerc. I p. 11 sq.

XXXVI.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 339 30. *Ἀγροβόας ἀνήρ: ὁ ἀγροίκως φθεγγόμενος καὶ οὐκ ἀστείως καὶ ἐμμελῶς. οὕτω Κρατῖνος.* Eadem omisso Cratini nomine Phrynichus Bekkeri p. 17 in.

XXXVII.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 346 1. *Ἀδώνιος: Φερεκράτης εἶπεν ἀντὶ τοῦ Ἀδώνιδος. λέγει δὲ τὴν αἰτιατικὴν τὸν Ἀδώνιον. οὕτω δὲ καὶ Πλάτων καὶ Κρατῖνος, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης καὶ ἕτεροι. λέγουσι δὲ καὶ Ἄδωνιν αὐτὸν πολλάκις.* Formae *Ἀδώνιος* pro *Ἄδωνις* nullum

hodie exemplum superest, nisi forte apud Plutarch. Erot. p. 756 c, ubi quum vulgo legatur *Ἄτται τινὲς καὶ Ἀδωναῖοι*, novissimus editor Th. Bergkii coniecturam *Ἀδώνιοι* probavit. Nescio tamen an editam lectionem tueantur glossae Hesychii, *Ἀδοναῖοι: ὑπὸ τὸν ᾅδην. Ἀδωναῖος: Ποσειδῶν* (fort. *Πλούτων*), *καὶ βόλος, ἢ ὁ ὑπὸ τὸν ᾅδην.* Quibus consentit Suidas, *Ἀδωναῖος: ὁ ὑπὸ τὸν ᾅδην.* Spectant haec ad graecanicas Adonidei cultus superstitiones, in quibus Adonidem pro infernali deo habitum et cum *Ἅδῃ* vel *Ἀϊδωνεῖ* permixtum esse haudquaquam incredibile est. Neque inepte cum illo *Ἀδωναῖος* compares hebraicum *Adonai.*

XXXVIII.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 354 25: *Αἰγείρου θέα καὶ ἡ παρ' αἴγειρον θέα: Ἀθήνησιν αἴγειρος ἦν, ἧς πλησίον τὰ ἴκρια ἐπήγνυντο εἰς τὴν θέαν πρὸ τοῦ θέατρον γενέσθαι. οὕτω Κρατῖνος.* Idem p. 419 15: *Ἀπ' αἰγείρου θέα καὶ παρ' αἴγειρον: ἡ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων. αἴγειρος γὰρ ἐπάνω ἦν τοῦ θεάτρου, ἀφ' ἧς οἱ μὴ ἔχοντες τόπον ἐθεώρουν.* Similiter Hesychius Photius et Etymol. M. omissa tamen Cratini mentione. V. Th. Bergkii Epist. ad Schillerum p. 122 et Welckeri Append. Trilog. p. 257.

XXXIX.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 363 2: *Κρατῖνος δὲ αἱμυλόφρων εἶπε, καὶ αἱμυλοπλόκος ὁ αὐτός.*

XL.

Ἄκουε, σίγα, πρόσεχε τὸν νοῦν, δεῦρ' ὅρα.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 372 8: *Ἄκουε σίγα. Κρατῖνος Ἄκουε σίγα — δεῦρ' ὅρα* Idem p. 369 15. *Ἄκουε: ἀντὶ τοῦ σίγα. Κρατῖνος· οἷον τόπον δίδου διὰ τῆς σιγῆς τῇ ἀκοῇ*, ubi verba *ἀντὶ τοῦ* ante *οἷον* transponenda viden-

tur. Cfr. Aristophanes Thesm. 382: *σίγα, σιώπα, πρόσεχε τὸν νοῦν.*

XLI.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 374 19. *Ἀλαζών: ὑπερήφανος, ψευστὴς καὶ κομπαστής. οὕτω Κρατῖνος.*

XLII.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 404 12. *Ἄνθρωπος λυπηαίλογος: σημαίνει δὲ ὁ λυπῶν διὰ τοῦ λέγειν τοὺς πέλας. Κρατῖνος.* Eadem Suidas vol. I p. 214.

XLIII.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 406 11. *Ἄνοργοι: ἀντὶ τοῦ ἄνευ ὀργῆς. Κρατῖνος.* Eadem Suidas.

XLIV.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 410 31. *Ἀνταναγνῶναι: οὐκ ἀντιβάλλειν* (leg. *ἀντιβαλεῖν*). *οὕτω Κρατῖνος.* Phrynichus Praep. soph. p. 27 10: *Ἀνταναγνῶναι: χρήσιμον, οὐκ ἀντιβαλεῖν οὐδ' ἀντεξετάσαι.* Apertum est hoc dicere grammaticos, *ἀνταναγνῶναι* dicendum esse sensu *comparandi* vel *explorandi*. Cfr. Phrynichi Ecl. p. 217 ibique Lobeckium. Frustra igitur Th. Bergkius Comment. p. 258 scribebat *ἀνανταναγνῶναι.*

XLV.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 415 1. *Ἀπαλλάξας: ἀντὶ τοῦ πείσας ἀποστῆναι. Κρατῖνος καὶ Δημοσθένης καὶ ἄλλοι.* Eadem Suidas et Zonaras.

XLVI.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 428 17. *Ἀποκεῖσθαι πόρρω: ἀτιμάζεσθαι. οὕτω Κρατῖνος.* Eadem Zonaras I p. 264.

XLVII.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 430 3. *Ἀποκριπάμενος*: *ἀποσπεισάμενος. οὕτω Κρατῖνος* Th. Bergkius Comment. p. 258 corrigit *Ἀποκρινάμενος, ἀποσεισάμενος.* Sed aliud magis reconditum latere videtur.

XLVIII.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 433 21. *Ἀπορεῖν καὶ σφακελίζειν τῷ δεινῷ*: *τὸ μὲν σφακελίζειν φλεγμαίνειν ἐστὶ καὶ διὰ τοῦτο σπᾶσθαι. Κρατῖνος.* Eadem Suidas vol. I p. 290. Pro *δεινῷ*, quod sanum videtur, Th. Bergkius Comment. p. 258 scribebat *δίνῳ*.

XLIX.

Grammaticus MS apud Hermannum Dissert. de Aeschyli Niobe p. 6 (Opusc. vol. III p. 40): *ἔοικε τὸ φενακίζειν καὶ ἡ φενάκη ἀπὸ τοῦ πηνηκίζειν καὶ τῆς πηνήκης γίνεσθαι — καὶ δῆλον ὅτι οἱ παλαιότεροι κωμικοὶ πηνήκην καὶ πηνικίζειν ἔλεγον. Κρατῖνος· Πονηροὺς ἀνθρώπους πηνηκίζων ἐξαπατᾷ. Λέγεται δὲ πηνίκη ἡ ἐπίθετος κόμη.* Verbum *ἐπηνίκιζεν* ex Cratino affert Suidas vol. I p. 800 *ἐπηνίκιζεν*: *ἐξηπάτα. οὕτως Κρατῖνος.* Quae leguntur etiam apud Zonar. p. 834. Cfr. Fragm. inc. XXIV. Locus metro Eupolideo scriptus videri potest:

πονηροὺς ἀνθρώπους — υ —
πηνικίζων ἐξαπατᾷ.

L.

Harpocratio p. 4 18: *εἶεν δ' ἂν οἱ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι ἀγυιεῖς οἱ πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοί, ὥς φασι Κρατῖνος καὶ Μένανδρος.*

LI.

Χαῖρ', ὦ μέγ' ἀχρειόγελως ὅμιλε, ταῖς ἐπίβδαις,
τῆς ἡμετέρας σοφίας κριτὴς ἄριστε πάντων,
εὐδαίμον' ἔτικτέ σε μήτηρ ἰκρίων ψόφησις.

Hephaestio XV p. 84 de Archilochio asynarteto disserens, cuius hoc posuit exemplum:

'Ερασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον.

Τοῦτο δὲ οἱ μετ' αὐτὸν οὐχ ὁμοίως αὐτῷ ἔγραψαν· οὗτος μὲν γὰρ τῇ τε τομῇ δι' ὅλου κέχρηται τοῦ ἑφθημιμέρους, καὶ σπονδείους παρέλαβεν ἐν τῷ ἀναπαιστικῷ κώλῳ δύο, οἷον:

'Αστῶν δ' οἱ μὲν κατόπισθεν ἦσαν (leg. *ἦσαν*)· *οἱ δὲ πολλοί —*

οἱ δὲ μετ' αὐτὸν τῇ μὲν τομῇ ἀδιαφόρως ἐχρήσαντο, ὥσπερ Κρατῖνος Χαῖρ' ὦ μέγ' ἀχρειόγελως — ψόφησις. 'Ενταῦθα γὰρ ὁμοίως τὸ τρίτον τέτμηται τοῖς 'Αρχιλοχείοις, τὰ δὲ πρὸ αὐτοῦ δύο, πρὸ συλλαβῆς. Ad Archilochos Cratini haec rettulit Th. Bergkius Comment. p. 9 et ante Bergkium iam Raspius Comment. de Eupolidis Civit. p. 108, qui quod ipsam vocem *ἀχρειόγελως* ad Archilochi nomen spectare dicit, haud dubie iocatus est. Bergkium autem maxime metri similitudo, quae his versibus cum Archilochorum Fragm IX intercedit, movit ut eos Archilochis adscriberet, cui argumento non nimium tribuerim. Turnebus in Hephaestionis loco post Cratini nomen infert verba *ἐν τοῖς τοιούτοις.* Quod additamentum si ex libris manuscriptis petitum est, fortasse fabulae continet nomen: *ἐν τοῖς Πλούτοις.* Salutat autem his versibus chorus spectatores, quos similiter alloquitur Plato in Xantriis apud Hephaestionem XV p. 91:

χαῖρε παλαιογόνων ἀνδρῶν θεατῶν σύλλογε παντοσόφων.

Ac magna cum voluptate Athenienses sapientiam suam et prudentiam publice collaudari audiebant. Hinc Aristoph. Ran. 675:

Μοῦσα χορῶν ἱερῶν ἐπίβηθι καὶ ἐλθ' ἐπὶ τέρψιν ἀοιδᾶς ἐμᾶς,
τὸν πολὺν ὀψομένη λαῶν ὄχλον, οὗ σοφίαι
μυρίαι κάθηνται.

Demosth. Olynth. III p. 32: *καὶ γὰρ εἰπεῖν τὰ δέοντα παρ' ὑμῖν εἰσιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι δυνάμενοι, καὶ γνῶναι πάντων ὑμεῖς ὀξύτατοι τὰ ῥηθέντα.* Atque ita etiam novae comoediae poetae, v. c. Menander Adelphis p. 5:

θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ
ὁ νοῦς ἄρ', ὡς ἔοικεν, ὦ σοφώτατοι.

Cfr. Bergkium l. l. p. 10. Vs. 1 *ἀχρειόγελως* ad nugas frigidasque aliorum poetarum facetias, quibus populus faciles aures praebeat, spectare vidit Doederlinius noster Lect. Hom. I p. 6. Suidae glossam, *Ἀχρειόγελως ἄνθρωπος: ἐπὶ τοῖς ἀχρήστοις καὶ μὴ σπουδαίοις γελῶν καὶ χαίρων,* attulit iam Gaisfordius. Eadem iisdem verbis leguntur apud Grammat. Bekk. Anecd. p. 475. Quod autem ineptiis populum delectari dicit, quem proximis verbis a sagicitatis mentisque acumine praedicat, id nihil offensionis habet; solent enim poetae risus captandi caussa diversissima coniungere. Difficilius explicatu cur *ταῖς ἐπίβδαις* populum gaudere iubeat. Raspius Comment. de Eupol. Civ. p. 114 fabulam in repotiis versari dicens paullo obscurius loquutus est. Suspicor tamen eum hoc dicere voluisse, finxisse Cratinum actionem fabulae incidere in repotia. Mihi Cratinus *ἐπίβδας*, de qua voce nota est Ruhnkenii ad Tim. p. 120 disputatio, translato sensu dixisse videtur de fabula sua, quae in ceterarum fabularum commissione tertium locum sortita erat. Figurato sensu eodem verbo usus est Pindarus Pyth. IV 140:

ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι
κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον, τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως.

In lectione constituenda sequutus sum Gaisfordium. Turn. *μέγα χρειογέλως ὁμιλετὴς ἐπίβδαις.* Ed. Flor. *μέγ' ἀχρειόγελος ὅ μῖταῖς.* Cod. C pro *ὅμιλε ταῖς* habet *ὁμιλετεῖν.* Ceterum apud Gaisfordium ipso invito, opinor, ita distingui-

tur *χαῖρ', ὦ μέγ' ἀχρειόγελως, ὅμιλε ταῖς ἐπίβδαις.* Quod Raspium adeo decepit ut *ὅμιλε* pro *ὁμιλετὴς* (sic) dictum putaret. — Vs. 3 *ἴκρια* ipsius theatri sedes esse, antiqua appellatione in communi sermone servata, recte monuit Bergkius. Similiter lapideae spectantium sedes vocantur *ξύλα* apud Aristoph. Acharn. 24:

ὠστιοῦνται πῶς δοκεῖς
ἐλθόντες ἀλλήλοισι περὶ πρώτου ξύλου.

Et *οὐπὶ τῶν ξύλων* ab Hermippo comico apud schol. Aristoph. Av. 1555 vocari videtur cui istorum sedilium cura commissa erat. Cfr. Pollux IV 121. Itaque *ἰκρίων ψόφησιν* de applausu recte interpretari videtur Bergkius. Illud autem non intelligitur, quomodo theatri applausus populum beare dicatur. Ferrem si ipse poeta eo applausu beari diceretur. Fortasse igitur pro *σέ* legendum est *μέ*, ut populi applausu se mirum quantum delectari dicat Cratinus. Fl. pro *ἔτικτέ σε* habet *ἔκτισε τε* et mox *ψόφησιν.*

LII.

Εὔιε κισσοχαῖτ' ἄναξ χαῖρ', ἔφασκ' Ἐκφαντίδης.
Πάντα φορητὰ πάντα τολμητὰ τῷδε τῷ χορῷ.
Πλὴν Ξενίου νόμοισι καὶ Σχοινίωνος, ὦ Χάρον.

Hephaestio XV p. 96: *Ἔστι γὰρ* (sc. metrum Cratineum) *ἐκ χοριαμβικοῦ ἐπιμίκτου, τοῦ τὴν δευτέραν ἰαμβικὴν ἔχοντος, καὶ τροχαϊκοῦ ἐφθημιμεροῦς· Εὔιε κισσοχαῖτ' ἄναξ* etc. Cratini hos versus esse post Sopingium ad Hesych. vol. II p. 1334 monuerunt plures. Non cohaerere eos sententiae perpetuitate apertum est, quamquam ex una eademque fabula et parabasi petitos esse non negaverim. Vs. 1 libri *ἔφασκε Φαντίδης.* Correxit Pauwius. De Ecphantidis versu dixi p. 13. Quem quo consilio Cratinus suae fabulae inseruerit hodie discerni non potest. Neque enim assentior Th. Bergkio, qui Cratinum de artis comicae depravatione conqueri atque idcirco Ecphantidis verbis usum esse

statuit, ut humilem istam et antiquam comoediam, qualis Ecphantidis fuerit, significaret. Quod quomodo ex Cratini versu effici possit non perspicio. Idem vs. 2 chorum conqueri existimat, quod necessitate coactus sit omnes fabulas, vel pessimas agere. — Vs. 3 aequales poetas perstringi manifestum est. Ac Schoenionem, quod Calliae comici cognomentum fuisse Quaest. scen. II p. 49 ex Suida docui, de hoc ipso etiam in his Cratini versibus intelligendum esse indicavi Hist. crit. p. 213. Eadem Th. Bergkii Comment. p. 115 sententia est et, qui utroque nostrum prius ea de re admonuit, Gaisfordii ad Suidam v. *Καλλίας*. Sed de Xenio vel Xenia anceps iudicium est. Bergkius aut Aristophanem aut Phrynichum intelligendum putat, quorum utrique peregrinam originem exprobratam esse constat. Charonis compellatio quid sibi velit nemo dum docuit. Si locus ex Archilochis petitus esset, quod propter Cratinei metri usum suspicatus est Bergkius, Charonem intelligerem eum, quocum inimicitias exercuit Archilochus. Aristoteles Rhet. III 17: *ἐπειδὴ ἔνια περὶ αὐτοῦ λέγειν ἢ ἐπίφθονον ἢ μακρολογίαν ἢ ἀντιλογίαν ἔχει, καὶ περὶ ἄλλου ἢ λοιδορίαν ἢ ἀγροικίαν ἕτερον χρὴ λέγοντα ποιεῖν, ὅπερ Ἰσοκράτης ποιεῖ ἐν τῷ Φιλίππῳ, ἢ ὡς Ἀρχίλοχος ψέγει· ποιεῖ γὰρ τὸν πατέρα λέγοντα περὶ τῆς θυγατρὸς ἐν τῷ ἰάμβῳ „χρημάτων δ' ἄελπτον οὐδέν ἐστιν οὐδ' ἀπώμοτον," καὶ τὸν Χάρωνα τὸν τέκτονα ἐν τῷ ἰάμβῳ οὗ ἡ ἀρχὴ „οὔ μοι τὰ Γύγεω."*

LIII.

Ἄρχων εἰμὶ νῦν Ἀθηναίοις ἐγώ.

Herodianus Philet. p. 441 Piers.: *Ἄρχει Ἀθηναίοις. καὶ ὁ Κρατῖνος "Ἄρχων εἰμὶ νῦν Ἀθηναίοις ἐγώ." ὅτι καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἡ ἀρχή.* An forte haec ante illam legem de archonte in scenam non introducendo scripta sunt? „Ex Cratini iambo vocula *γὰρ* vel similis quaepiam excidit." Piersonus.

LIV.

Hesychius, *Ἀνεξικώμη*: *ἣς οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο ὅλη κώμη. παρὰ Κρατίνῳ.* Th. Bergkius Comment. p. 255 interpretatur de muliere quae vel totius pagi impetum et convicia sustineat. Simile compositum est *γεγωνοκώμη* de muliere quae pagum clamore implet.

LV.

Hesychius, *Ἄψω*: *προσεγγίσω, δήσω Κρατῖνος.* Ita Kusterus pro *ἀψῶ*. Cfr. Lobeckius ad Soph. Aiac. p. 313.

LVI.

Hesychius, *Βρέα*: *Κρατῖνος μέμνηται τῆς εἰς Βρέαν ἀποικίας. ἔστι δὲ πόλις Θρᾴκης, εἰς ἣν Ἀθηναῖοι ἀποικίαν ἐξέπεμπον.* Meminit etiam Stephanus Byz. p. 243, ubi nomen *Βρεὰ* scriptum est. Hesychii locus, ex quo Bream Thraces oppidum fuisse liquido intelligitur, fugit Wichersium Fragm. Theopompi p. 215.

LVII.

Hesychius, *Διάλαος*: *οἱ μὲν ἐπιμύλιον δαίμονα· ἄλλοι δὲ παιδιᾶς εἶδος, ἐν ᾗ διαλέγουσι τὰς ψήφους. βούλεται δὲ λέγειν ὁ Κρατῖνος τὸν ἔσχατον τῶν πόρνων.* „Ut *Διάλαος* ab Hesychio venisse non credam, ordo literarum facit, qui postulare potius videatur *διάλυτος*, eaque vox utrique significationi subiectae aptari non difficulter poterat: certe *διαλύειν ψήφους* aeque dicatur ac *διαλέγειν*, calculos intricatos expedire." Hemsterhusius. Apertum est haec non magis sufficere quam quod Albertus putabat, illud *διάλαος* ex *μαχλὸς* corruptum esse. Is. Vossius scribebat *Διαλῷος* Sed *διάλωος* aut *διαλῶπος* qui scribendum coniecerint, ut narrat Th. Bergkius Comment. p. 260, novi neminem. Ipse probat editum *διάλαος*, admonens vocis *λαί*, quam *ἐπὶ τῆς αἰσχρουργίας* dici adnotat Hesychius, et complurium verborum cum illo *λαὶ* compositorum, de quibus docta est anno-

tatio Ruhnkenii Epist. crit. I p. 86. Sed illud λαὶ nisi initio nominum, quibuscum coniungitur, non poni solet.

LVIII.

Hesychius, *Δυσβράκανον*: δυσχερές. Βράκανα γὰρ τὰ ἄγρια λάχανα· ἔστι δὲ δύσπλυτα. λέγει οὖν ὁ Κρατῖνος δυσκατανόητον οἱονεὶ δυσνόητον. Pro δύσπλυτα codex habet δύσπληται. Fortasse igitur scribendum δύσληπτα, et δύσληπτον pro δυσνόητον. Zonaras Lex. I p. 574: Δυσβράκανος: δύσληπτος, δυσκατανόητος. Scilicet ab obsoleto βρακεῖν, quod per συνιέναι explicat Hesychius. Idem Βρακείς: συνείς. De quo admonuit Is. Vossius. Sed δύσπλυτα tenet etiam allatus ab Alberto Suidas, Δυσβράκανος: δυσκατανόητος· βράκανα γὰρ ἄγρια λάχανα δύσπλυτα. Etymol. M. p. 291 47: Δυσβάρνακος: δυσκατανόητος· βάρνακα γὰρ ἄγρια λάχανα δύσπλυτα, quo loco propius vero MS apud Tittmannum ad Zonaram habet δυσβάρκανος, qua forma sane quis uti potuit pro δυσβράκανος. Th. Bergkio Comment. p. 260 Cratinus dixisse videtur δυσκάρβανον a κάρβανος *barbarus*, idque interpretatur *quod aegre intelligi potest*. Sed dubito num recte.

LIX.

Hesychius, *Δυσθαλής*: δυσαυξής. Κρατῖνος. Afferunt Alexandrum Myndium apud Athen. VIII p. 393 a. de ortygometra scribentem: ἔστι τὸ μέγεθος ἡλίκη τρυγών, σκέλη δὲ μακρά, δυσθαλὴς καὶ δειλή. Eodem loco cum Cratini testimonium de ortygometra afferatur (Chiron. Fr. XV), Schweighaeuserus Cratinum illud δυσθαλής de ipsa illa ortyometra dixisse, atque ex Cratino Alexandrum idem epitheton ad eandem avem transtulisse suspicatur.

LX.

Hesychius, *Ἐλλόπιδας*: ἡ λέξις παρὰ Κρατίνῳ. γέγονε δὲ παρὰ τοὺς ἐλλούς, καὶ λέγει κοινῶς τοὺς νεβρούς

καὶ τοὺς στρουθοὺς ἢ νεοττοὺς ὄφεως. ἀπὸ τοῦ ἄλλεσθαι. Rectius ἐλλόποδες scribitur apud Etymol. M. p. 331 35: ἐλλόποδες καὶ ἐλλοί: οἱ στρουθοὶ καὶ οἱ νεβροὶ ἀπὸ τοῦ ἄλλεσθαι. Cfr. Karsten ad Empedoclem p. 274.

LXI.

Hesychius, Κόρσακις: τράγος, παρὰ Κρατίνῳ. Δίδυμος ἤκουεν ἀπὸ τῆς κόρσης. Κόρσαι γὰρ τῆς Κιλικίας. Salmasius κορσάτης H. Stephanus „Forsan quoniam tonderi hirci solent et inde fieri cilicia." Non expedio.

LXII.

Hesychius, Κύβηλις: τινὲς τὴν τυροκνῆστιν φασίν. ἔπαιξεν δὲ Κρατῖνος παρὰ τό· Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν. Qui Homeri versus est Iliad. ξ' 291, in quo verissime Lobeckius Aglaoph. p. 863 Cratinum κύβηλιν pro κύμινδιν substituisse monuit cetera retinentem, quia χαλκὶς pro etymi ratione, ut ἀργυρὶς et χρυσίς, vas vel instrumentum aeneum significare possit. Itaque Cratini hic versus fuit:

Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύβηλιν.

Quem qui de Lampone intelligit et ad Δραπέτιδας Cratini referendum esse dicit Th. Bergkius Comment. p. 48, mihi quidem sententiam suam non persuasit.

LXIII.

Ὡς ἄνω τὴν μασχάλην αἴρωμεν ἐμπεπωκότες.

Hesychius, Μασχάλην αἴρειν: κωθωνίζεσθαι καὶ πίνειν. Ὡς ἄνω — ἐμπεπωκότες. Ἐν τῷ μεθύειν αἴρειν ἄνω τὴν μασχάλην εἰώθεισαν καὶ λέγειν μασχάλην αἴρειν. ἀντὶ τοῦ κωθωνίζειν, καὶ καταμωκᾶσθαι ταῖς χερσίν, οἷόν ἐστι καὶ τὸ παρὰ Ὁμήρῳ (Od. σ' 99) χεῖρας ἀνασχόμενοι. Cratini illum versum esse docuerunt viri docti e Zenobio V 7: μασχάλην αἴρειν: ἀντὶ τοῦ κωθωνίζεσθαι καὶ πίνειν.

Κρατῖνος 'Ως ἄνω τὴν μασχάλην αἴρειν, καταμωκωμένους ταῖς χερσίν. Cfr Proverb. Bodlei. 625. ubi legitur *Κρατῖνος ἄνω τὴν μασχάλην αἴρεις, ἀντὶ τοῦ κωθωνίζῃ.* In Hesychii loco duo in unum coniunctos esse suspicor articulos, quorum primus desinit in verbo *λέγειν* pro quo *γελᾶν* vel simile quid legendum videtur.

LXV.

Hesychius, *Σκυθικός: Κρατῖνος σκυθικὸν ἔφη τὸν Ἱππόνικον διὰ τὸ πυῤῥὸν εἶναι. καὶ ᾧ ξανθίζονται αἱ γυναῖκες καὶ βάπτουσι τὰ ἔρια.* Rubicundam Hipponici faciem risit etiam Eupolis Capris apud Hesychium s. v. *ἱερεὺς Διονύσου.* Pro *σκυθικὸν* Scaliger ad Varr. L. L. VI p. 232 Bip. scribebat *σκυτικόν.* Sed vide schol. Theocr. II 88.

LXVI.

Hesychius, *Χοριλα 'Εκφαντίδες: Κρατῖνος τὸν 'Εκφάντιδος οὕτως εἶπεν, αὐτὸν τὸν Χορίλλον.* Ita codex, Musurus *Χορίλον 'Εκφάντιδος.* Disseruit de hac glossa, sed neglectis codicis lectionibus, Naekius Choer. p. 54. Scribendum videtur *Χοιριλεκφαντίδης: Κρατῖνος τὸν 'Εκφαντίδην οὕτως εἶπεν, διὰ τὸν Χοιρίλον.* Ecphantidem, quem in fabulis scribendis a Choerilo servo adiuvari criminabantur (Hist. crit. p. 37), Cratinus non inepte Choerilecphantidem appellare potuit, cuiusmodi composita satis multa habent poetae comici. Ad eandem hanc Ecphantidem inter et Cratinum simultatem spectare videtur glossa Hesychii, *'Εκκεχοιριλωμένη: οὐ Χοιρίλου οὖσα.* Quae verissime Naekius de comoedia interpretatus est, in qua nihil Choerileum esset. Ita scilicet suam ipse aliquam fabulam appellaverat Cratinus. Pro *οὖσα* quod Th. Bergkius Comment. p. 256 coniecit *Μοῦσα*, certe non necessarium est. Ecphantidae contra comoedia appellari potuit *ἐγκεχοιριλωμένη*, quod idem nobis servavit Hesychius, *'Εγκεχοιριλωμένην: λεπράν.* Ita enim correxerunt codicis lectionem *'Εγκεκυριλωμένην: λέπραν.*

LXVII.

Photius Lex. p. 90 24. *Θηλάστριαν: ἣν θηλάζεταί τις· ἰδίως. οὕτως Κρατῖνος.* Ita haec scripta exhibuit Alberti ad Hesychii glossam, *Θηλάστρια: τροφός. ἔστι δὲ Ἰακόν. Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρῳ.* Photius Porsoni *θηλάσεται.* Quod apud Hesychium *θηλάστρια* ionicum nomen dicitur, movit Piersonum ad Moer. p. 190 et Th. Bergkium Comment. p. 253. ut apud Photium *ἰακῶς* pro *ἰδίως* scribendum conlicerent, invito, ut equidem opinor, grammatico, cuius hanc mentem esse suspicor, Cratinum *θηλάστρια* singulari quodam modo dixisse de pupilla infante, quam mater lactat, *ἣν θηλάζεταί τις,* vulgari usu postulante ut ipsa mater vel nutrix *θηλάστρια* dicatur. Neque tamen id temere ausus est Cratinus, quum etiam *θηλάζειν* et lactendi et lactandi significationem habeat. Similiter *τρόφιμος* et *τροφὸς* dicitur et de eo qui nutrit et qui nutritur. Eademque plane ratio est nominum *alumna* et *alumnus*, quae et activo et passivo sensu dicta esse testantur veteres grammatici, quibus frustra repugnant Gesnerus Thes. L. L. et intpp. Virgilii Cir. 440. Sed haec uberius persequi non huius loci est.

LXVIII.

Photius Lex. p. 119 16. *Ἰωνόκυσος: κατεαγώς· οὕτως Κρατῖνος.* Simillimum huic est *κυσολάκων*, de quo Photius p. 192 12. *Κυσολάκων: ὁ Κλεινία* (Alcibiades) *ὁ τῷ κυσῷ λακωνίζων. τὸ δὲ τοῖς παιδικοῖς χρῆσθαι λακωνίζειν λέγουσιν. Μελαίνῃ γὰρ Θησεὺς οὕτως ἐχρήσατο, ὡς Ἀριστοτέλης.* Ubi *Ἑλένῃ* pro *Μελαίνῃ*, et *Ἀριστοφάνης* pro *Ἀριστοτέλης* scribendum suspicor.

LXIX.

Photius Lex. p. 191 12. *Κυριβάσασθαι: διαμαχέσασθαι· οὕτως Κρατῖνος.* Idem p. 190 10. *Κυρηβάσασθαι: διαμαχέσασθαι.* Quae verior videtur scriptura.

LXX.

Photius Lex. p. 202 22: οἱ δ' οὖν Ἀττικοὶ τὴν πόλιν αὐτὴν οὐ μόνον Σπάρτην ἀλλὰ καὶ Λακεδαίμονα καλοῦσιν· οὕτως Κρατῖνος. Explanatius Aelius Dionysius apud Eustath. ad Iliad. γ' p. 294 41: Λακεδαίμονα καὶ Σπάρτην διορίζουσί τινες, Λακεδαίμονα μὲν πᾶσαν καλοῦντες τὴν Λάκαιναν, Σπάρτην δὲ τὴν μίαν πόλιν. Ἀττικοὶ δὲ αὐτὴν καὶ Λακεδαίμονα. Κρατῖνος δὲ καὶ τὴν χώραν Σπάρτην οἶδεν, οὐ μόνον Λακεδαίμονα.

LXXI.

Photius Lex. p. 210 10. Λαυροστάται: μέσοι τοῦ χοροῦ· οἱονεὶ γὰρ ἐν στενωπῷ εἰσί. φαυλότεροι δὲ οὗτοι. οὕτω Κρατῖνος.

LXXII.

Photius Lex. p. 215 1. Λεπάσται: κύλικές τινες οὕτως ἐκαλοῦντο· Κρατῖνος. V. Letronnium de nomin. vas. graec. p. 56.

LXXIII.

Photius Lex. p. 215 17. Λέρνη θεατῶν: ἀντίκακον (Porsonus ἀντὶ τοῦ κακῶν) θέατρον. Κρατῖνος. οἱ μὲν διὰ τὴν ὕδραν· οἱ δὲ διὰ τὸ τοὺς Ἀργείους τὰ καθάρματα ἐκεῖ (in Lernam paludem) ἀποφέρειν. ὁ γὰρ Δαναὸς ἐν τῇ Λέρνῃ τὰς κεφαλὰς τῶν Αἰγυπτιαδῶν ἀπέθετο, καὶ ὡς εἰκὸς ἐφ' ὕβρει ἐκέλευσε τὰ δείσαια ἐκεῖ ῥίπτειν. Eadem leguntur apud Suidam s. Λέρνη θεατῶν, ex quo sua petiit Arsenius Ion. p. 334, ubi rectius legitur ἀντὶ τοῦ κακὸν θέατρον. In Lernaeam paludem quum cuiusvis generis sordes abiicerentur, ingeniose Cratinus proverbium Λέρνη κακῶν, ut sordidam infimae plebis colluviem, qua Atticum theatrum repletum erat, significaret, immutavit in Λέρνη θεατῶν. Ita perspicue Hesychius, Λέρνην θεατῶν ἔφη ὁ Κρατῖνος διὰ τὸ σύμμικτον καὶ παντοδαπὸν ὄχλον ἔχειν. De

proverbio *Λέρνη κακῶν* v. Paroemiographorum locos apud Gaisfordium in indice et Erasmum. Pro *δείσαια*, quod a *δεῖσα* derivatum de sordibus et stercore recte dicitur, Suidas habet *δυσοιώνιστα*.

LXXIV.

Photius Lex. p. 248 14. *Μάσμα*: *μάστευμα*, *ζήτημα*· *οὕτω Κρατῖνος*. Minus recte Th. Bergkius Comment. p. 256 scripsit *μᾶσμα*, a *μάομαι* opinor deducens, a quo verbo recte formaveris substantivum *μῆμα*, fortasse etiam *μῶμα*, non item *μᾶσμα*. Veram rationem monstrat Plato Crat. p. 421 a. a *μαίομαι* deducens.

LXXV.

Photius Lex. p. 255 3. *Μελάγχρως καὶ μελάγχρης*: *ἀμφότερα ἀττικά. μᾶλλον δὲ διὰ τοῦ η. Κρατῖνος*. De forma *μελαγχρὴς* dixi ad Menand. p. 281.

LXXVI.

Photius Lex. p. 262 26. *Μετεκβολή*: *μεταβολὴ καὶ ἐξάλλαξις. Κρατῖνος*.

LXXVII.

Photius Lex. p. 267 10. *Μηνυτήν*: *τὴν γυναῖκα· Κρατῖνος*. Hoc comice Cratinus finxisse videtur Lobeckio Paralip. gramm. gr. p. 271, qui comparat Aristophanis *ἡ γραμματεὺς* et *ἡ ῥήτωρ*.

LXXVIII.

Μισηταὶ δὲ γυναῖκες ὀλίσβοισιν χρήσονται.

Photius Lex. p. 272 1. *Μισητή*: *τὴν καταφερῆ μισητὴν ἔλεγον· — καὶ τὸ ἐν παροιμίας μέρει λεγόμενον „Παρὰ (περὶ) σφυρὸν παχεῖα μισητὴ γυνή" κατά τι τοιοῦτο εἰρῆσθαι δοκεῖ· καὶ ὁ Κρατῖνός που τοῦτο ἔφη· Μισηταὶ δὲ γυναῖκες κτλ.* Eadem Suidas II p. 565 et hinc Apostolius

XV 69. Omisso auctoris nomine Cratini versum attulit Hesychius, *Μισήτην: τὴν καταφερῆ λέγουσι μισήτην. Μισηταὶ — χρήσονται. τὸν δὲ ἁπλῶς μισητόν, τὸν ἀνίκανον ἢ ἄπληστον τῇ τροφῇ.* Quae corrupta sunt. Scripsi autem apud Hesychium praeeunte codice *μισήτην* pro vulgato *μισητήν*, et hinc in Cratini versu *μίσηται* pro *μισηταί*. Eustathius ad Hom. p. 1651 in. *ἄλλοι δὲ μισήτην, βαρυτόνως, πρὸς διαστολὴν τῆς ὀξυτονουμένης, τὴν κοινὴν καὶ ῥᾳδίαν, λέγοντες καὶ χρῆσιν αὐτῆς εἶναι παρὰ Κρατίνῳ καὶ Σώφρονι. Χρᾶται δὲ αὐτῇ καὶ παροιμία ἐν τῷ Περὶ σφυρὸν παχεῖα μισήτη γυνή* Itaque *μισήτη virosa mulier et concubitus appetens*, *μισητὴ* simpliciter *invisa*. Idem discrimen tradiderunt alii. V. Valckenarii Animadv. ad Ammon. XVIII p. 150. Cfr. schol. Aristoph. Av. 1619: *μισητίαν οἱ μὲν περὶ Ἀριστοφάνη τὴν εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκρασίαν. καὶ τὸ „περὶ σφυρὸν παχεῖα μισητὴ γυνή" οὕτως ἐξηγοῦνται.* Qui mihi Archilochi versus esse videtur, comparandus ille cum his Polemonis Phys. II 25: *αἷς (ἑταίραις) αἱ κνῆμαι πρὸς το σφυρὸν παχεῖαι.* Hinc in Rufini epigrammate Anthol. Palat. I p. 91, ubi obsoletum scortum describitur:

νῦν πενιχρή, ψαφαρή τε κόμη, παρὰ ποσσὶ τραχεῖα·
ταῦτα τὰ τῶν σπαταλῶν τέρματα παλλακίδων,

hic igitur vide an scribendum sit *ψαφαρή τε κόμην, περὶ ποσσὶ παχεῖα.* Cfr. praeterea scholia Iliad. ed. Bekk. p. 267 2.

LXXIX.

Photius Lex. p. 272 15. *Μναρόν: μαλακόν· ἡδύ· ῥᾴδιον· οὕτως Κρατῖνος.* V. Interpretes Hesychii s. v. *μναρόν*.

LXXX.

Photius Lex. p. 338 8. *Ὄνου πόκαι: ἐπὶ τῶν ἀνηνύτων καὶ μὴ ὄντων λέγεται ἡ παροιμία ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν, ὥσπερ αἱ τοιαῦται, πλίνθον πλύνειν, ἀσκὸν τίλλειν, χύτραν ποικίλλειν, εἰς κοπρῶνα θυμιᾶν. Ἀρίσταρχος δὲ διὰ τὸ Κρατῖνον ὑποθέσθαι ἐν Ἅιδου σχοινίον πλέκοντα,*

ὄνον δὲ τὸ πλεκόμενον ἀπεσθίοντα. Eadem totidem verbis habet Suidas s. v. *ὄνου πόκαι*, similia Proverbia Coisl. 372. Proverbio *ὄνου πόκαι* usus est Aristoph. Ran. 187: *τίς εἰς τὸ Λήθης πεδίον, ἢ 'ς ὄνου πόκας;* ad cuius loci interpretationem si vere Aristarchus Cratini fabulam de asino Ocni funem arrodente adhibuit, fortasse aliam Aristophanei loci lectionem sequutus est, v. c. *Ὄκνου πλοκαί*, in eundem illud sensum accipiendum, quo ionico proverbio dicebatur *ὄνου θῶμιγξ* de re vana et nihil profutura. Videtur autem Cratinus omnium primus illam de Ocno eiusque asello fabulam finxisse. Nisi is Polygnoti exemplum sequutus est, cuius nobilissima pictura Ocnum repraesentans ostendebatur peregrinantibus in Delphica lesche, teste Pausania Phoc. 39 2: *πεποίηται μὲν πλέκων σχοινίον, παρέστηκε δὲ θήλεια ὄνος ἀπεσθίουσα τὸ πεπλεγμένον ἀεὶ τοῦ σχοινίου. Τοῦτον εἶναι τὸν Ὄκνον φιλεργόν φασιν ἄνθρωπον, γυναῖκα δὲ ἔχειν δαπανηράν, καὶ ὁπόσα συλλέξαιτο ἐργαζόμενος, οὐ πολὺ ἂν ὕστερον ὑπὸ ἐκείνης ἀνήλωτο· τὰ οὖν ἐς τοῦ Ὄκνου τὴν γυναῖκα ἐθέλουσιν αἰνίξασθαι τὸν Πολύγνωτον.* Sed uter illius figmenti auctor habendus sit vix diiudicari potest, quum de tempore quo Polygnotus Delphicum templum artis suae miraculis ornaverit non constet. Ad Polygnoti imitationem Socrates sese composuisse videtur. Plinius H. N. XXXV 138: *Tales sunt eius* (Socratis) *cum Aesculapio filiae — et piger qui appellatur Ocnos, spartum torquens quod asellus arrodit.* Idem argumentum etiam alios pictores expressisse indicat Plutarchus Tranqu. an. p. 473 c: *ὁ ἐν Ἅιδου ζωγραφούμενος σχοινοστρόφος ὄνῳ τινὶ παρίησιν ἐπιβοσκομένῳ καταναλίσκειν τὸ πλεκόμενον.* Qui si Polygnoti Socratisve tabulam respexisset, non *ζωγραφούμενος* scripsisset, sed *ἐζωγραφημένος.* Ad Cratini fabulam eam, in qua ille Ocnum introduxerat, spectat fortasse Pollux IV 144 tragicas personas recensens: *καὶ Πλειάδες, καὶ Ἀπάτη, καὶ Μέθη, καὶ Ὄκνος, καὶ Φθόνος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴη καὶ κωμικά.*

LXXXI.

Photius Lex. p. 448 19. *Πριών*: ὀξυτόνως, τὸ ἄρμενον· πρίων δέ, ὡς παίων, ὁ τέμνων τῷ ἀρμένῳ τούτῳ· τὸ δὲ πληθυντικὸν πρίονες διὰ τοῦ ο. Κρατῖνος. „Id ego sic interpretor, nominativum substantivi, quo facilius a participio dignoscatur, oportere acui, sed hac distinctione in casibus inferioribus opus non esse; cuius rei exemplo affert pluralem πρίονες, a proportione primi casus πριών dimotum." Haec Lobeckius ad Soph. Aiac. 222 p. 163. Equidem locum ita intelligebam: πρίων, πρίονος, *serra*, acuendum esse, πρίων autem *fabrum lignarium* (*Saegemann*) significans flecti πρίωνος, pro quo Cratinum dixisse πρίονος, sive potius numero plurali πρίονες. Ita ut locum interpretarer, effectum erat coniectura Dindorfii, qui verissime mihi Aristophani Vesp. 694 restituisse videbatur: κᾆθ' ὡς πρίων' (h. e. πρίωνε) ὁ μὲν ἕλκει ὁ δ' ἀντενέδωκεν. Qui locus nunc omnium unus est in quo πρίων, πρίωνος, de *fabro lignario* dictum est. Sed non sufficere hanc interpretationem vel illud indicio est, quod πρίων *serra* constanti usu atque ex disertis grammaticorum praeceptis παροξυτόνως scribitur. Quae res movit virum doctum *) ut Photii glossam ita refingeret: *Πρίων*: τὸ ἄρμενον. πριὼν δὲ ὀξυτόνως ὁ τέμνων· τὸ δὲ πληθυντικὸν πριόνες διὰ τοῦ ο Κρατῖνος. Atque ad eandem normam Aristophani restitui voluit πριῶνε. Obstant huic rationi verba Photii ὡς παίων, quae v. d. casu neglexisse putandus est. Quamquam haec difficultas removeri posset scribendo ὡς Παιών, nisi totum illud de πριὼν πριῶνος sive πρίων πρίωνος, quod fabrum lignarium significare volunt, controversum et in sola coniectura positum esset. In Aristophanis quidem loco nunc non dubito quin verum viderit Reisigius Coni. p. 312 qui πρίοντε scribendum coniecit. In Photii autem glossa nullum illi formae praesidium paratum est. Cfr. Lobeckium Paralip. grammat. p. 554.

---

*) Allgem. Litt. Zeit. 1837 p. 531.

LXXXII.

Καὶ μὴ προσίσχε βαρβάροισι βουκόλοις.

Photius Lex. p. 460 3. *προσίσχε: τὸ πρόσεχε. Κρατῖνος· Καὶ μὴ προσίσχε βαρβάροισι βουκόλοις. καὶ Εὔπολις· Προσίσχε τὸν νοῦν τῇδε.* Cratini versum ad Bubulcos rettulit Th. Bergkius Comment. p. 34.

LXXXIII.

Photius Lex. p. 491 28. *Ῥύγχος: τὸ πρόσωπον· Κρατῖνος καὶ ἕτεροι.* Eadem Suidas III p. 269.

LXXXIV.

Photius Lex. p. 492 2. *Ῥύδην: σφοδρῶς καὶ ἀθρόως. οὕτως Κρατῖνος.* Eadem Suidas III p. 269. Adverbio *ῥύδην* ante Cratinum usus est iam Hipponax Athenaei VII p. 304 b.

LXXXV.

Photius Lex. p. 496 1. *Σάγρα: αἱ τοῦ ἀλήθεια. οὕτως Κρατῖνος.* In codice inter *τοῦ* et *ἀλήθεια* totius fere versus lacuna est. De proverbio *ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ* vide ad Menand. p. 17.

LXXXVI.

Photius Lex. p. 516 1: *Σκανδάληθρα καὶ σκάνδαλα λέγουσιν. Σκανδάληθρ' ἱστὰς ἐπῶν, Κρατῖνος.* Ita Porsonus. Codex *Σκανδάλιθρα* et *σκανδαλίθρας τὰς ἐπῶν.* Iisdem verbis usus est Aristoph. Acharn. 687.

LXXXVII.

Photius Lex. p. 531. 3. *Σπιθαμή: τὸ ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου ἐπὶ τὸν μικρόν· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ λιχανοῦ λιχάς· τὴν δὲ σπιθαμὴν τινὲς καὶ δόχμην καλοῦσιν. οὕτως Κρατῖνος.* Th. Bergkius Comment. p. 264 integrum Cratini

versum servatum esse existimat ab Aelio Dionysio apud Eustath. p. 1401 21: περὶ ἧς δόχμης Αἴλιος Διονύσιός φησιν οὕτως· Δόχμη τὸ τετραδάκτυλον. Ἀρίσταρχος δὲ ὀξύνει, ὡς δηλοῖ ὁ κωμικὸς ἐν τῷ Οὗτοι δ' ἀφεστήκασι πλεῖν ἢ δύο δοχμά. Ἐν μέντοι φησὶ τοῖς ἀκριβεστέροις ἀντιγράφοις ὀξεῖα ἐπίκειται τῇ πρώτῃ συλλαβῇ κατὰ τὸ λόχμη etc. Quae fortasse vera est coniectura.

LXXXVIII.

Photius Lex. p. 544. Στρωματίτης: ἐν ᾧ ἑαυτοῖς στρώματα παρεῖχον. οὕτως Κρατῖνος. Ita Porsonus correxit lectionem codicis στρωματήτης ἐνῷ ἐναυτοῖς. Pro Κρατῖνος codex κρ, superscripto τ.

LXXXIX.

Photius Lex. p. 560 23. Σφίγκτας: Κρατῖνος τοὺς κιναιδώδεις καὶ μαλθακούς.

XC.

Photius Lex. p. 562 15. Σχιζίας: ὁ τίτανος καὶ ἰσχνός· οὕτως Κρατῖνος. Talem Herculem describit Dicaearchus apud Clementem Alex. Paed. II p. 104: σχιζίαν, νευρώδη, μέλανα, γρυπόν, ὑποχαροπόν, τετανότριχα.

XCI.

Photius Lex. p. 632 4. Ὕπουλα γόνατα: καὶ ὕπουλον πόδα· καὶ ὕπουλον χεῖρα· καὶ σῶμα τὸ φλεγμαῖνον διά τινας πληγὰς καὶ ἐγγὺς τοῦ ἀφίστασθαι ὄν. Κρατῖνος. Codex κρ, superscripto τ. Suidas s. v. ὕπουλα expresse Κρατῖνος.

XCII.

Photius Lex. p. 656 9. Ψύψαρα (Ψύρα) τὸν Διόνυσον ἄγοντες: ἡ παροιμία παρὰ Κρατίνῳ· τὰ δὲ Ψύρα νησίδιον ἔρημον πλησίον Χίου· λέλεκται δὲ ἐπὶ τῶν εὐτέλειαν σημαινόντων. Stephanus Byz. p. 765: λαμβάνεται δὲ τὸ ὄνομα (Psyra) ἐπὶ εὐτελείᾳ, διὰ τὸ εὐτελεστάτην εἶναι

τὴν νῆσον. Κρατῖνος Ψυρᾷ (sic) τὸν Διόνυσον ἄγοντες. καὶ ἐν Νεμέσει Ψυρᾷ (sic) τε τὴν Σπάρτην ἄγεις. Itaque proverbialis dicendi forma fuit de re vili nulliusque pretii. Cfr. Theognostus apud Bekk. Anecd. p. 1442. Ψυρὶς γῆ: λυπρά, χέρσος. Eadem uberius exequutus est Eustathius ad Hom. p. 1462 46: Ψυρία δὲ νησίδιον Χίου, φασίν, ἀπέχον σταδίους ὀγδοήκοντα, λιμένα ἔχον νεῶν εἴκοσι. λέγεται δὲ καὶ οὐδετέρως τὰ Ψύρα, ὡς Ἀλκμάν „Παρά τε ἱερὸν σκόπελον παρά τε Ψύρα τὸν Διόνυσον ἄγοντες" ἤγουν ὡς οἷον ἐν οὐδενὶ τιθέμενοι τὸν Διόνυσον. καὶ ἔστι παροιμία τὸ Ψύρα τὸν Διόνυσον, διὰ τὴν τῆς νήσου λυπρότητα Quae etsi fere eodem modo scripta leguntur in scholiis Odyss. γ' 171, non dubitari tamen potest, quin grammaticus, quem exscripsit Eustathius, haec fere dixerit, ὡς Ἀλκμάν „Παρά τε ἱερὸν σκόπελον παρά τε Ψύρα." καὶ πάλιν „Ψύρα τὸν Διόνυσον ἄγοντες" ἤγουν κτλ. Frequentabatur autem proverbium illud de convivis ad bibendum segnibus. Paroem. Bodl. p. 119: Ψύρα τὸν Διόνυσον: ἀντὶ τοῦ εὐτελῆ. νησίδιον γάρ ἐστι μικρὸν τὸ Ψυρὰ (sic), μὴ δυνάμενον οἶνον ἐνεγκεῖν. εἴρηται ἐπὶ τῶν ἐν συμποσίῳ κατακειμένων καὶ μὴ πινόντων.

XCIII.

Pollux II 7: τόκος, τίκτει, ἐπίτεξ, ἐπίφορος καὶ ἐπίτοκος ἢ τικτικός. τοκῶσα δὲ εἶπε Κρατῖνος.

XCIV.

Pollux II 10: γενειῶν, γενειάσκων, πώγωνος ὑποπιμπλάμενος, ἢ πωγωνίας, ὡς Κρατῖνος.

XCV.

Pollux II 17: Φρύνιχος τὰς νέας μὲν ἀφήλικας λέγει Ἦσαν δὲ καὶ γυναικῶν ἀφήλικες. Φερεκράτης δὲ τὴν γεραιτέραν ἀφηλικεστάτην, ὡς καὶ Κρατῖνος ἀφήλικα γέροντα. Ita libri scripti; editi ἀμφήλικας, ἀμφηλικεστάτην et ἀμφήλικα, quas formas graecas esse negat Lobeckius ad Phryn. p. 84.

XCVI.

Pollux II 28: *Κρατῖνος δὲ στημονίας κικίννους εἶπε τοὺς στήμονι ὁμοίους ὑπ' ἰσχνότητος.* Hesychius, *Στημονίας κικίννους: τοῖς στήμοσιν ὁμοίους.*

XCVII.

Pollux II 49: *ἔλεγον δὲ καὶ σύνοφρυς ἀνὴρ καὶ γυνή. τὸν δὲ τοιοῦτον καὶ μίξοφρυν καλεῖ ὁ Κρατῖνος.*

XCVIII.

Pollux II 78: *τὸ ταύτην (κόρυζαν) ἀφαιρεῖν, ἀπομύττειν. τὸ δὲ ἀπεμύττετο τὸ ὑλίζεσθαι τὰ ῥῖνας ἔφη Κρατῖνος.* Pro *ὑλίζεσθαι* MS Iungerm. *ὕλιζε.*

XCIX.

Pollux II 124: *μικρολογεῖσθαι εἴρηκεν Εὔπολις, καὶ μικρολογήσομαι Κρατῖνος.*

C.

Pollux II 153: *Ἡρόδοτος δὲ εἴρηκεν ἐπὶ Ἱπποκλείδου τοῦ Ἀθηναίου τοῖς ποσὶν ἐχειρονόμησεν. ὁ δὲ Κρατῖνος καὶ χειρονομησείοντας εἶπε.* C. V. *χειρονομὴ σείοντας.* Herodoti locus est VI 129.

CI.

Pollux II 188: *γόνυ ἡ μετὰ μηροὺς συγκαμπή, ἀφ' οὗ καὶ τὸ γονατίζειν παρὰ Κρατίνῳ τῷ κωμῳδοποιῷ.*

CII.

Pollux III 14: *ἄπαις ἄτεκνος φιλόπαις φιλότεκνος καὶ τὰ ὅμοια· παρὰ δὲ Κρατίνῳ ἔμπαις· πολύπαις πολύτεκνος, εὔπαις εὔτεκνος.* Ita cod. Iungerm. Vulgo *ἄπαις ἔμπαις ἄτεκνος φιλότεκνος μισότεκνος μισόπαις, φιλοτεκνία μισοτεκνία. καὶ παρὰ Κρατίνῳ, πόλυτεκνος, πολύπαις, εὔπαις εὔτεκνος.*

CIII.

Pollux III 64: ἐθελέχθρως· ἐθέλεχθρον δὲ Κρατῖνος λέγει.

CIV.

Pollux III 75: δουλοπρεπὴς δὲ καὶ δουλοπρεπέστερον Ξενοφῶν, καὶ δουλοπρεπέστατα Κρατῖνος. Xenophontis locus est Memorab. II 8 4.

CV.

Pollux III 92: βαδιστικὸς παρὰ Ἀριστοφάνει, παρὰ δὲ Κρατίνῳ βαδισματίας. Similia sunt στημονίας Fragm. XCVI et πωγωνίας Fragm. XCIV.

CVI.

Pollux III 106: εἴη δ᾽ ἂν τούτοις καὶ ἐπιθανάτως ἔχειν καὶ ὡς Ἡρόδοτος ἐδυσθανάτει, οὗ τὸ ἐναντίον εὐθανάτως Κρατῖνος λέγει.

CVII.

Οὐχ ὑδατοπωτῶν οὐδὲ κοιλοφθαλμιῶν.

Pollux IV 184: τάχα δὲ καὶ τὸ κοιλοφθαλμιᾶν, οὐκ ἴδιον δὲ ἐν ὀφθαλμοῖς γινόμενον νόσημα, συμβαῖνον δὲ κοιλαίνεσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξ ἄλλου νοσήματος. Οὐδ᾽ ὑδατοποτῶν οὐδὲ κοιλοφθαλμιῶν, φησὶν ὁ Κρατῖνος. Scripsi cum Porsono Advers. p. 284 ὑδατοπωτῶν, quae unice legitima et Atticis frequentata horum verborum forma est. Ammonius de differ. p. 115: ἐν συνθέτοις μόνον διὰ τοῦ ω μεγάλου, οἷον γαλατοπωτεῖν καὶ ὑδροπωτεῖν. Quae male tractat Valckenarius. Cfr. Lobeckius ad Phrynichum p. 456.

CVIII.

Pollux V 68 de lepore agens: δασὺς τὴν τρίχωσιν καὶ τὰ ὕπτια τῶν ποδῶν, ἀλλ᾽ οὐ μόνα τὰ πρανῆ δασυνόμε-

νος — διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ (fort. δοκοῦσιν) δασύποδα τὸν λαγὼν ἄλλοι τε καὶ Κρατῖνος καλεῖν, ὄνομα ποιούμενοι τῷ ζῴῳ τὴν φύσιν. Exempla attulit Th. Bergkius Comment. p. 254. Sed quodnam leporis genus δασύπους notaverit, magna olim contentione quaesitum est. Vide Iac. Nicolaum Epiph. III 22 et quos laudat Lobeckius Aglaoph. p. 851.

CIX.

Pollux VI 21: διοινωμένος δὲ καὶ κατοινωμένος ὡς Πλάτων, καὶ οἰνωμένοι ὡς Κρατῖνος. Platonis loci sunt de Legg. VI p. 775 c et VII p. 815 c, ubi nunc recte legitur διῳνωμένος et κατῳνώμενος. Nec dubium quin etiam Cratinus scripserit ᾠνωμένος. Cfr. Elmsleius ad Euripid. Bacch. 686.

CX.

Pollux VI 23: καὶ οἰναγωγὸν πλοῖον παρὰ Κρατίνῳ. Ὁλκάδας οἰναγωγοὺς dixit Pherecrates Athenaei XI p. 481 e.

CXI.

Ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω καὶ πιοῦ-
σα χυλὸν ἀναπαύου κακῶν.

Pollux VI 61: Κρατῖνος δὲ καὶ χυλὸν πιεῖν εἴρηκεν Ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω κτλ. Locus ex systemate dimetro petitus est. Frustra igitur ἀλλὰ delere voluit Piersonus. Χυλὸς de ptisanae succo intelligendum, cuius frequens est memoria in medicamentis apud Hippocratem. Vid. Foesii Oecon. Hippocr. p. 685 et schol. Aristoph. Vesp. 810: οἱ νοσοῦντες χυλὸν πτισάνης ῥοφοῦσι.

CXII.

Pollux VI 81: καὶ παλάσια, ἃ καὶ Κρατῖνος ἰσχάδα κοπτὴν καλεῖ. Ita MS Flackenb. pro ἰσχαδόπτην. Cfr. I, 242: οἱ δὲ κωμῳδοὶ καὶ ἰσχάδα κοπτὴν λέγουσιν, ubi Seberus pro κοπτὴν in duobus libris λεπτὴν legi annotat.

CXIII.

Pollux VI 161: *ἡμίλοντοι* δὲ Κρατῖνος εἴρηκε, καὶ Φιλύλλιος ἡμίπλεκτον.

CXIV.

Pollux VI 163: πανήμερος, πάννυχος· τοῦτον δὲ καὶ *πανεύφρονα* Κρατῖνος καλεῖ. πανδοκεύς, πανδοκεύτρια, καὶ ὡς Κρατῖνος *παναγάθη*. Quod πανεύφρων (ab εὐφρόνη) pro πάννυχος dixit Cratinus, audacissime fecisse putandus est. Sed fortasse in ambiguo lusit. Pro παναγάθη cod. Iungerm. παναγαθῆ. Πάντ' ἄριστος dixit Cratinus Archiloch. I 3. Plura collegit Lobeckius ad Soph. Aiac. 1451.

CXV.

Pollux VII 28: ἐριοπῶλαι, ἐριοπωλεῖν, ἔρια οἰσυπηρὰ Ἀριστοφάνης, καὶ *ἐρίων πιναρῶν πόκον* Κρατῖνος. MS Iungerm. πηναρῶν. Mox § 31: καὶ *πολύμιτος*, ὡς Κρατῖνος ἔφη.

CXVI.

Τῇ μάστιγι κνάψειν εὖ μάλα
ἢ συμπατῆσαι —

Pollux VII 38: τοῦ δὲ κνάπτειν ἡγεῖται τὸ πατῆσαι, ὡς Κρατῖνος ὑποδηλοῖ παίζων Τῇ μάστιγι κτλ. In Cratini versu libri γνάψειν, quod correxit Iungermannus. Praeterea malim καὶ συμπατήσειν cum Dobraeo ad Aristoph. Plut. 166. Metaphora ab opere fullonio petita est, cuius hic ordo erat, ut vestes primum pedibus conculcarentur, tum conculcatae pecterentur. V. Schneiderum ad Script. R. R. vol. IV 3 p. 385.

CXVII.

Pollux VII 39: ἐν ᾧ δὲ ἐξέπλυνον, οὐ μόνον λίτρον καὶ χαλαστραῖον λίτρον, ἀλλὰ καὶ *ῥύπος*, ὡς Κρατῖνος ὠνόμασεν. Cod. Iungerm. χάρυπος, pro quo recte Iungermannus

χαλαίρυπος. Hesychius, *Χαλαίρυπος: ὁ τῶν πλυνομένων ἱματίων ῥύπος*.

CXVIII.

Pollux VII 48: *ἴσως δὲ καὶ εὐσταλής, καὶ ὁ παρὰ Κρατίνῳ εὐπηνής, εὐτελής τούτοις ἂν ἐνάριθμον εἴη καὶ τὸ εὐσταλῶς ἐπίρρημα*. In his *εὐτελής*, quod ex *διττογραφίᾳ* ortum videtur, cum sequentibus omittit MS Iungermanni. In *εὐπηνής* fluctuant libri, quorum alii *εὐπήνης* alii *εὐπίνης* vel *εὐπινὴς* exhibent. Verum haud dubie est *εὐπινής*, quod Th. Bergkius Comm. p. 182 non recte iccirco reiicit, quoniam ubi de vestibus agatur, sordium mentio iniici non possit. Enimvero *πίνος* non raro munditiem et elegantiam denotat. Hinc Cicero coniunxit *εὐπινὲς et urbanum* Epist. ad Att. XII 6. Vide intpp. Hesychii vol. I p. 1520 et Longini Subl. 30. Quod Bergkius reponi volebat *εὐπηνὴς* i. e. *εὔπηνος*, non puto probari posse.

CXIX.

Pollux VII 142: *καὶ στίχον δὲ δένδρων εἴρηκε, καὶ ἐπεξεργασίας τὸ τὴν ἀλλήλων ἐργάζεσθαι, καλαμώμενον δὲ Κρατῖνος εἴρηκε*.

CXX.

Pollux VII 179: *δακτυλιογλύφος· δακτυλιουργὸν αὐτὸν εἴρηκε Φερεκράτης. τὸ δὲ γλύφειν Κρατῖνος*. Scil. de annullo id dixerat Cratinus, ut recte Iungermannus.

CXXI.

Pollux VIII 31: *ψευδομαρτυρία. Κρατῖνος δὲ καὶ ψευδομαρτύριον εἴρηκεν*.

CXXII.

Pollux X 143: *καὶ παλτὰ καὶ σαρίσσας καὶ σαυνία. τὸ μὲν ὄνομα ἐπ' ἀνδρείου αἰδοίου ἐστὶ παρὰ Κρατίνῳ, ἐπὶ τοῦ δόρατος ἐν Φιλαδέλφοις Μενάνδρου*. Hesychius,

Σαυνίον: ἀκόντιον βαρβαρικόν καὶ σαθρόν, χαῦνον, ἀσθενές, παρὰ Κρατίνῳ. **Cratinus dixisse videtur** *σαυνίον σαθρόν* **de pene languido.**

CXXIII.

Phrynichus Praep. soph. p. 3 25. *Ἀνελκταῖς ὀφρύσι σεμνόν: Ἀττικῶς αὐτὸ καὶ σεμνῶς Κρατῖνος εἶπεν.* **De Pericle, opinor, haec dixerat Cratinus, cuius nota est** *ἀγελασία.*

CXXIV.

Phrynichus Praep. soph. p. 7 10. *Ἀναπηδᾶν ἐν δήμῳ: Κρατῖνος ἐπί τινος ἀκόσμως ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναπηδῶντος.*

CXXV.

Phrynichus Praep. soph. p. 8 3: *οἱ μέντοι Ἀττικοὶ τὴν ἀρρωστίαν ἐπὶ τοῦ μὴ προθυμεῖσθαι μηδὲ ὁρμᾶν πρᾶξαι τιθέασι· τὸ γὰρ ἀντικείμενον τῇ τοιαύτῃ ἀρρωστίᾳ Κρατῖνος εἶπε ἐρρῶσθαι, οἷον προθυμεῖσθαι.*

CXXVI.

Phrynichus Praep. soph. p. 13 5. *Ἁπαλὸς εἴσπλους λιμένος: ὥσπερ Ὅμηρος τοὺς δυσόρμους λιμένας τραχεῖς λέγει, οὕτω Κρατῖνος ἐπὶ τῶν εὐόρμων τὸ ἁπαλὸν ἐκ τοῦ ἐναντίου εἶπεν.* **Cfr. Ruhnkenius Epist. crit. p. 157.**

CXXVII.

Phrynichus Praep. soph. p. 13 17: *Ἀπονυχίζεσθαι τοῦ ὀνυχίζεσθαι Ἀττικῶς διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ σημαίνει τὸ τοὺς ὄνυχας ἀφαιρεῖσθαι, τὸ δὲ ὀνυχίζειν καὶ ἐξονυχίζειν ἐπὶ τοῦ ἐρευνᾶν ἀκριβῶς καὶ ἐξετάζειν τὸ ὑποκείμενον πρᾶγμα. Κρατῖνος μέντοι τὸ ὠνυχισμένον ἐπὶ τοῦ τετμημένον τοὺς ὄνυχας τέθεικεν.* **Vid. Lobeckius ad Phryn. Epit. p. 289.**

CXXVIII.

Phrynichus Praep. soph. p. 13 20: *Αὔεσθαι πῦρ καὶ ἐναύεσθαι: Ἀριστοφάνης αὐόμενος, Κρατῖνος ἐναύεσθαι.*

CXXIX.

Τούτου δ' ἁπάσας ἀποτιμῶ τὰς μηχανάς.

Phrynichus Praep. soph. p. 28 29: *Ἀποτιμεῖν μηχανάς: Κρατῖνος Τούτου δ' ἁπάσας κτλ.*

CXXX.

Phrynichus Praep. soph. p. 33 18. *Γαστροχάρυβδις: ἐπὶ τῶν κατεσθιόντων Κρατῖνος εἶπεν.*

CXXXI.

Phrynichus Praep. soph. p. 39 10. *Ἐφιππάσασθαι λόγοις: οἷον καταδραμεῖν. Κρατῖνος.*

CXXXII.

Phrynichus Praep. soph. p. 42 21. *Θεόθυτα: ἃ οἱ πολλοὶ ἱερόθυτα καλοῦσιν, Κρατῖνος τὰ τοῖς θεοῖς θυόμενα ἱερεῖα.*

CXXXIII.

Phrynichus Praep. soph. p. 51 26. *Μηδὲν ὑπέρφευ: Κρατῖνος ἐπὶ τοῦ μηδὲν ἄγαν.* Heringa Observ. p. 295 scribebat *μηδέν γ' ὑπέρφευ.* Sed fortasse verba *μηδὲν ὑπέρφευ* in fine anapaestici versus fuerunt posita. Ad *ὑπέρφευ* confer quae idem Phrynichus habet p. 69 17. *Ὑπὲρ τὸ φεῦ: οἷον ὑπερβαλλόντως καὶ ἐκπληκτικῶς· τὸ γὰρ φεῦ ἐπὶ ἐκπλήξεως τίθεται.* Cfr. Ioannes Alex. de acc. p. 30 25.

CXXXIV.

Phrynichus Praep. soph. 59 23. *Προτηθύς: ἡ οὕτω γραῦς ὡς πρὸ Τηθύος τῆς Ὠκεανοῦ γεγονέναι γυναικός. Κρατῖνος τὴν ὑπεργήρων οὕτω λέγει παίζων.*

CXXXV.

Αὐτομάτη δὲ φέρει τιθύμαλλον καὶ σφάκον πρὸς αὐτὸ
ἀσφάραγον κύτισόν τε· νάπαισι δ' ἀνθέρικος ἀνηβᾷ·
καὶ φλόμον ἄφθονον ὥστε παρεῖναι πᾶσι τοῖς ἀγροῖσιν.

Phrynichus Ecl. p. 110. *Ἀσπάραγος: καὶ τοῦτο δυοῖν ἁμαρτήμασιν ἔχεται, ὅτι τε ἐν τῷ π καὶ οὐκ ἐν τῷ φ λέ-*

γεται, καὶ ὅτι ἴδιόν τι φυτόν ἐστιν ἄγριον ὁ ἀσφάραγος, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἡμέροις καταλεγόμενον. ὁ γοῦν Κρατῖνος ἐν ἄλλοις ἀγρίοις αὐτὸ καταλέγων φησὶν Αὐτομάτῃ — τοῖς ἀγροῖσιν. ἅπαντα γὰρ τὰ καταλελεγμένα ἄγρια. οἱ δὲ νῦν τιθέασιν ἐπὶ παντὸς (λαχάνου) ἀμαθῶς. Eadem, omissis tamen Cratini versibus, idem praecipit App. soph. p. 24. Simillimum Eupolidis locum apud Plutarch. Symp. IV 1 3, in quo pariter caprarum pabula enumerantur, comparavi Quaest. Men. p. 37. Cratini versus ex Plutis petitos esse probabilis est suspicio Th. Bergkii Comment. p. 198. Vs. 1 καὶ addidit Pauwius. Ibid. Hermannus Doctr. metr. p. 644 αὐτῷ pro αὐτό. Melius Th. Bergkius αὖον, ut πρὸς adverbii loco sit. — Vs. 2 ἀσφάραγον. Athenaeus II p. 62 e: Κρατῖνος δὲ διὰ τοῦ φ ἀσφάραγον ὀνομάζει. Quae habet etiam Eustathius ad Hom. p. 899 18. Ibidem νάπαισι pro ἐν ἅπασιν Hermannus. ἐνηβᾷ pro ἀνηβᾷ ex ed. princ. receptum. — Vs. 3 φλόμον Pauwius et Lobeckius pro φλόον. Ibid. ἀγροῖσιν Hermannus. Vulgo ἀγρίοις.

CXXXVI.

Phrynichus Ecl. p. 145: Ζωρότερον ὁ ποιητής· σὺ δὲ λέγε εὔζωρον κέρασον, καὶ εὐζωρότερον, ὡς Ἀριστοφάνης καὶ Κρατῖνος καὶ Εὔπολις.

CXXXVII a.

Phrynichus Epit. p. 360: Ὥρκωσε καὶ ὁρκώτης δ' ἐγώ· οὕτως Κρατῖνος φησί· μᾶλλον διὰ τοῦ ω λέγε ἢ τοῦ ι, ὥρκισεν. „Photius p. 254. Ὁρκώτας: οὐχὶ ὁρκιστάς, οὐδὲ ὁρκωμότας λέγουσι. quorum illud apud Xenophontem aliosque legitimo accentu ὁρκωτὴν scribitur." Lobeckius.

CXXXVII b.

Phrynichus Epit. p. 433: ἐχρῆν οὖν Κρατίνῳ πειθόμενον φαγᾶς εἰπεῖν. Scilicet acerrime invehitur in Menandrum, qui καταφαγᾶς, quod ad imperitorum vulgus ablegat, dicere ausus fuerit. V. Lobeckium.

CXXXVIII.

"Ος τὴν πίτυν
ἔκαμπτεν ἑστὼς χαμόθεν ἄκρας τῆς κόμης
καθέλκων.

Priscianus XVIII p. 271 Krehl.: *χαμόθεν quod est a loco Cratinus pro in loco posuit:* ὅς τὴν πίτυν — καθέλκων. *Melius tamen est distinguendum* ἑστώς; *etiam bene a loco accipitur* χαμόθεν *ab humo.* Ita haec edidit Krehlius e cod. Monac. pro vulgato: *melius tamen distinguendum* χαμαὶ *humi,* χαμόθεν *ab humo,* χαμᾶζε *in humum.* Cum Monac. plane consentiunt duo codd. Leid. nisi quod utroque loco χαμάθεν habent pro χαμόθεν. Cfr. Lobeckius ad Phryn. p. 67. Scaligeri collatio haec habet: *Cratinus* ὅστ' ἐν πυτίνῃ. κλίνῃ' (κάμῃτ' *V. C. nomen proprium)* ἐνεστὼς χαμόθεν ἄκρας τῆς κόμης καθεῖλκεν. Ita igitur ad Pytinen haec referenda fuerint. Sed dubitationem iniicit illud ὅστε in verbis Prisciani: nec cetera expedio. Si recte habet vulgata lectio, locus de Pityocampte intelligendus est. — Vs. 2 ἄκρας prima longa recte habere videtur, quamquam in vetere comoedia nihil huic plane simile reperiri puto. Ἀγρόθεν prima longa dixisse videtur Alcaeus apud Macrobium Sat. V p. 559. Sed Alcaeus mediae comoediae propior quam antiquae. Eadem mensura semel Aristophanes ἀγρῶν Avib. 579, sed in anapaestis et prima syllaba in thesi posita. — Vs. 3 Spengelius Append. ad Varr. p. 622 καθελκύων. Si priora recte scripta sunt in editis Prisciani exemplaribus, putaverim potius ante καθέλκων excidisse ἕλκων. Euripides Bacch. 1062: λαβὼν γὰρ ἐλάτης οὐράνιον ἄκρον κλάδον, κατῆγεν, ἦγεν, ἦγεν εἰς μέλαν πέδον.

CXXXIX a.

Πρὸς τοῦ Σόλωνος καὶ Δράκοντος οἷσι νῦν
φρύγουσιν ἤδη τὰς κάχρυς τοῖς κύρβεσιν.

Plutarchus Sol. 25: ἰσχὺν δὲ τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκα-

τὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκε, καὶ κατεγράφησαν εἰς ξυλίνους ἄξονας ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους — καὶ προσηγορεύθησαν, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, κύρβεις· καὶ Κρατῖνος ὁ κωμικὸς εἴρηκέ που Πρὸς τοῦ Σόλωνος κτλ. Ex Plutarcho eadem rettulit schol. Aristophanis Nub. 448. Vs. 1 Reiskius ὧν τανῦν, sine idonea caussa. Sensus est, πρὸς τῶν κύρβεων τοῦ Σόλωνος καὶ Δράκοντος, οἷς νῦν φρύγουσι etc. Itaque τοῖς κύρβεσι nota attractione dictum pro τῶν κύρβεων. — Vs. 2 Plutarchus ταῖς κύρβεσιν vitiose. Ad Leges fabulam hoc fragmentum fortasse recte rettulit Bergkius Comment. p. 139.

CXXXIX b.

Πάλαι γὰρ αὐτὸ
λόγοισι προάγει Περικλέης, ἔργοισι δ' οὐδὲ κινεῖ.

Plutarchus Pericl. 13: τὸ δὲ μακρὸν τεῖχος, περὶ οὗ Σωκράτης ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸς εἰσηγουμένου γνώμην Περικλέους, ἠργολάβησε Καλλικράτης· κωμῳδεῖ δὲ τὸ ἔργον Κρατῖνος ὡς βραδέως περαινόμενον· Πάλαι γὰρ αὐτὸ κτλ. Idem de gloria Athen. p. 351 a: καί τοι καὶ τοῦτον (Periclem) ὡς βραδέως ἀνύοντα τοῖς ἔργοις ἐπισκώπτων Κρατῖνος, οὕτω πως λέγει περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους· Λόγοισι γὰρ αὐτὸν (sic) προάγει Περικλέης ἔργουσι δ' οὐδὲ κινεῖ. Versuum reliquias digessit Porsonus Praef. Hec. p. XLV. Medium murum dicit eum, qui inter Phalericum et Piraicum sive borealem interiacebat. Harpocrat. p. 127: διὰ μέσου τείχους: Ἀντιφῶν πρὸς Νικοκλέα. τριῶν ὄντων τειχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι *), τοῦ τε βορείου καὶ τοῦ νοτίου καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, διὰ μέ-

*) Hac in fabula Aristophanem multipliciter in ternario numero lusisse etiam alia fragmenta fidem faciunt, velut VI ἀλαβαστροθήκας τρεῖς ἔχουσαν ἐκ μιᾶς. IX ἐγὼ γὰρ ἀπὸ Θηραμένους δέδοικα τὰ τρία ταυτί. XI ex Hesychio: Ἑρμῆς τρικέφαλος: Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι τοῦτο ἔφη, παίζων κωμικῶς παρόσον τετρακέφαλος Ἑρμῆς ἐν τῇ τριόδῳ τῇ (add. ἐν) Κεραμεικῷ ἵδρυτο.

σου τούτων ἐλέγετο τὸ νότιον, οὗ μνημονεύει καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ. Platonis locus, ad quem etiam Plutarchus respicit, legitur in Gorgia p. 455 e, ubi Socrates dicit: Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους. Ad quae scholiasta Bekk. p. 342 haec adnotavit: διὰ μέσου τεῖχος λέγει ὃ καὶ ἄχρι νῦν ἐστὶν ἐν Ἑλλάδι. ἐν τῇ Μουνυχίᾳ γὰρ ἐποίησε (Pericles) καὶ τὸ μέσον τεῖχος, τὸ μὲν βάλλον ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ, τὸ δὲ ἐπὶ Φάληρα, ἵν' εἰ τὸ ἓν καταβληθῇ (fort. καταληφθῇ), τὸ ἄλλο ὑπηρετοίη ἄχρι πολλοῦ. Quibus postremis verbis satis responsum est dubitationi Leakii Topogr. Att. p. 357. tertium murum non tantum inutilem sed etiam perniciosum futurum fuisse dicentis. Conditus autem fuisse videtur sic, ut Munichiae, Phalerum inter et Piraeeum sitae, insisteret et per adiunctas utrinque fossas et munimenta cum utroque oppido coniunctus esset, τὸ μὲν (*partim*) βάλλον ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ, τὸ δὲ (*partim*) ἐπὶ Φάληρα. Hunc igitur murum quum Pericles itentidem se aedificaturum esse frustra promisisset, ea cunctatio Cratino ridendi viri opportunitatem praebuit. Ceterum ne cui dissentire secum Plutarchus videatur, qui primo eorum quos attuli locorum τὸ μακρὸν τεῖχος, altero autem τὸ διὰ μέσου τεῖχος eadem in re commemoraverit, tenendum est, veteres scriptores de boreali et medio sive australi muro nonnunquam ita loqui, ut ambo pro uno munimento habuisse videantur. Cuius rei caussa haud dubie in tota medii muri ratione posita fuit, qui quum borealis quasi supplementum quoddam fuerit, non mirum est ambo communi τοῦ τείχους sive τοῦ μακροῦ τείχους nomine comprehendi. Ita Thucydides II 13: τοῦ τε γὰρ Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος, καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου τὸ φυλασσόμενον τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα· ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. In iis autem quae his proxime adduntur, τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ τεσσαράκοντα σταδίων, ὧν τὸ ἔξωθεν (borealem murum dicit) ἐτηρεῖτο, in his igitur plurali utitur numero:

et recte quidem, quoniam ibi inter utrumque brachium accurate distinguendum erat. Iam etiam intelligitur, quid sit quod Lysias et Xenophon non de tribus, sed de duobus tantum longorum murorum brachiis loquuntur, Lysias c. Agor. p. 264 ed. Bekk.: *εἰ κατασκαφείη τῶν τειχῶν ἐπὶ δέκα στάδια ἑκατέρου*, Xenophon autem iisdem verbis Hellen. II 2 15. Quibus locis vocem *ἑκάτερον* de muro Phalerico et de ambobus Piraici muri brachiis interpretandam puto. *)

CXL.

Scholiasta ad Luciani Iov. trag. vol. II p. 696: *ὁ μὲν Καλλίας οὗτος, ὡς Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις φησίν, Ἱππονίκου υἱὸς ἦν, τὸν δῆμον Μελιτεύς, ὡς Ἀριστοφάνης Ὥραις, πλούσιος καὶ πασχητιῶν καὶ ὑπὸ πορνιδίων διαφορούμενος καὶ κόλακας τρέφων. εἰς δὲ στιγματίαν αὐτὸν Κρατῖνος κωμῳδεῖ ὡς ἕνα τῶν κατάχρεων· οἱ γὰρ δανειζόμενοι τὰς κτήσεις ὑπετίθεσαν καὶ ἐπέγραφον αὐτὰς εἰς τὸ γινώσκεσθαι ὅτι ὑποθῆκαί εἰσιν. ὅθεν καὶ Μένανδρος* (p. 277) *ἄστικτον χωρίον εἰώθει λέγειν τὸ ἀνεπιδάνειστον. Κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν Κρατῖνος καὶ ὡς Φώκου γυναῖκα μοιχεύσαντα καὶ τρία τάλαντα δόντα εἰς τὸ μὴ κριθῆναι.* Archilochos Cratinus, ut supra vidimus, docuit Olymp. LXXXII 4, quo tempore Callias is, de cuius aere alieno et adulteriis scholiasta loquitur, vixdum ex pueris excesserat. Obiit enim post Olymp. CII 2. Vide Hist. crit. p. 134. Itaque apertum est Calliam, quem in Archilochis commemoraverat Cratinus, Calliam esse maiorem, Cimonis

---

*) Transcripsi haec ex commentatione inedita „de munimentis Athenarum" ante hos septem annos in consessu historicae classis Acad. Boruss. recitata, qua hoc maxime agere studebam, ut Leakii rationes duobus tantum, non tribus murorum brachiis Athenarum urbem cum Piraeeo et Phalero coniunctam fuisse statuentis, examinarem atque refellerem. Idem argumentum nunc copiosius tractatum est ab O. Muellero, cuius nota est commentatio de Athenarum munimentis, et qui primus veram rei rationem perspexit, a Kruegero in Studiis histor. et philol. p. 164 sqq.

aequalem, et quae de altero Callia afferuntur, ex aliis Cratini fabulis petita esse. Th. Bergkius quidem Comment. p. 22 etiam haec de Callia maiore intelligenda putavit, sed ut mihi quidem sententiam non persuaserit. Nam quum Callias I opibus abundaverit, non sane intelligitur quo iure is *στιγματίας* eo quidem quo scholiastes voluit sensu appellari potuerit. Nec de eius adulteriis quidquam ab aliis traditum est. Optime autem et haec et quae praeterea homini vitio vertit scholiastes, conveniunt in Calliam II. De Phoco, cuius uxorem vitiasse dicitur, nihil mihi compertum est; nec de nomine satis constat, siquidem paullo post apud scholiasten haec leguntur: *ὁ Φωκίων οὗτος μοιχαλίδ' ἔσχε γυναῖκα, ᾗ* (fort. *ἐφ' ᾗ*) *καὶ ἑάλω Καλλίας.*

CXLI.

Ἀνδρῶν ἀρίστων πᾶσα γαργαίρει πόλις.

Scholiasta Arist. Acharn. 3: *τὸ δὲ γάργαρα καὶ αὐτὸ ἐπὶ πλήθους λαμβάνεται διὰ τὴν συγγένειαν πρὸς τὸ καρκαίρειν. εἴρηται δὲ ἀντὶ τοῦ ἄφατα καὶ ἀναρίθμητα. τὸ δὲ κάρκαιρε παρὰ τῷ ποιητῇ ἐστι „κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν"* (Iliad. *υ'* 157). *μέμνηται καὶ Κρατῖνος· Ἀνδρῶν ἀρίστων κτλ.* Eadem Suidas s. v. *ψαμμακοσιογάργαρα.* Vulgo *ἀρίστων ἀνδρῶν*, quod correxit Kusterus. Aristophanes apud schol. l. l. *ἀνδρῶν ἐπακτῶν πᾶσ' ἐγάργαιρ' ἑστία.*

CXLII.

Καὶ Πολυμνήστει' ἀείδει μουσικήν τε μανθάνει.

Scholiasta Aristoph. Equ. 1284: *μέλη Πολυμνήστου Κολοφωνίου. κιθαρῳδὸς ἦν οὗτος. Κρατῖνος Καὶ Πολυμνήστεια κτλ.* Idem versus apud Suidam s. v. *Πολύμνηστος.* Cfr. Photius Lex. p. 441: *Πολυμνήστει' ἀείδειν: γένος τι μελοποιΐας. Κολοφώνιος δὲ ὁ Πολύμνηστος.* De Polymnesto, poeta Colophonio perantiquo, lascivorum carminum auctore notissimo, vide Fabricii Bibl. gr. II p. 135 cll.

Boeckhio ad Pindari Fragm. inc. 87 et Th. Bergkio Comment. p. 230. Cratini versus notabilis propter formam ἀείδω, cuius nullum aliud praeterea apud comicos poetas exemplum reperiri credo, nisi apud Menandreum p. 75: ἐμοὶ μὲν οὖν ἄειδε τοιαύτην, θεά.

CXLIII.

Ἔσθιε καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν, ὄφρα σε λιμὸς
ἐχθαίρῃ, Κοννᾶς δὲ πολυστέφανος νικήσει.

Scholiasta Aristoph. Equ. 531: οὗτος (Κοννᾶς) Ὀλυμπιονίκης γενόμενος καὶ πολλάκις στεφανωθεὶς πενιχρὸς ἦν μηδὲν ἔχων ἀλλ' ἢ τὸν κότινον, ἐφ' οὗ Κρατῖνος εἶπεν Ἔσθιε καὶ κτλ. Eadem apud Suidam vol. II p. 345, ubi vs. 2 legitur Κοννᾶς δὲ φιλοστέφανός σε φιλήσῃ. De Conna vide quos laudavi Hist. crit. p. 202. Apte comparat Runkelius Hesiod. Opp. 299:

Ἐργάζευ, Πέρση δῖον γένος, ὄφρα σε λιμὸς
ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δέ σ' ἐϋστέφανος Δημήτηρ.

Ceterum hoc fragmentum ex Archilochis ductum videtur Fritzschio Aristoph. quaest. I p. 241, ex Eunidis Th. Bergkio Comment. p. 71, qui versu secundo coniicit νικήσῃ.

CXLIV.

Scholiasta Aristoph. Equ. 405 de Iulii filio, quem puerorum amoribus infamem Aristophanes παιδοπίπην dixerat: τοῦτον δὲ ὁ Κρατῖνος πυρροπίπην λέγει, τουτέστι τὸν φύλακα τοῦ σίτου, ὡς εἰς τὸ Πρυτανεῖον παρέχοντα ἄρτους. Eustathius ad Iliad. γ' p. 287: καθολικώτερον δὲ τὸ γυναιμανὴς τοῦ παρθενοπίπης, ὃς ἐν ἄλλοις κεῖται, ὡς καὶ τοῦ πυρροπίπης ὁ παιδοφίλης. Idem ad Iliad. η' p. 679 39: ὅθεν (ἀπὸ τοῦ ὀπιπτεύειν) καὶ ὁ παρθενοπίπης καὶ ὁ πυρροπίπης δὲ παρὰ τῷ κωμικῷ. Denique ad λ' p. 851 56: παίζων ὁ κωμικὸς πυρροπίπην σκώπτει τινὰ ὡς ὀπιπτεύοντα τοὺς πυρρούς. In scholiastae loco cod. Turin. teste Peyronio Annot. ad Etymol. M. p. 999 habet πυροπί-

πην, quemadmodum scholiastam apud Cratinum legisse apertum est.

CXLV.

Scholiasta Aristoph. Plut. 66: *ὅτι οὐ πρὸς ἕνα μόνον τὸ ὦ τᾶν ἀλλὰ καὶ πρὸς δύο. καὶ Κρατῖνος* Ἆρά γε ὦ τᾶν ἐθελήσετε. Eadem Suidas vol. II p. 773, nisi quod rectius habet *ἐθελήσετον*. Versuum reliquiae ita digerendae videntur:

ἆρά γε,
ὦ τᾶν, ἐθελήσετον;

De *ὦ τᾶν* plurali v. Ruhnkenium ad Tim. p. 281. Cfr. Lobeckius ad Sophoclis Aiac. 191.

CXLVI.

Scholiasta Aristophanis Av. 1535: *σωματοποιεῖ τὴν Βασίλειαν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ὡς γυναῖκα. Εὐφρόνιος, ὅτι Διὸς θυγάτηρ ἡ Βασιλεία. καὶ δοκεῖ τὸ κατὰ τὴν ἀθανασίαν αὐτῇ οἰκονομεῖν, ἣν ἔχει καὶ παρὰ Βακχυλίδῃ ἡ Ἀθηνᾶ τῷ Τυδεῖ δώσουσα τὴν ἀθανασίαν. ἔστι δὲ καὶ παρὰ Κρατίνῳ ἡ* Βασίλεια.

CXLVII.

Scholiasta Aristoph. Nub. 788: *ἐπιλησμότατον] ἔδει εἰπεῖν ἐπιλησμονέστατον. Ἄλεξις δὲ ἐπιλήσμη φησί, Κρατῖνος δὲ* ἐπιλησμοσύνη. Ita correctum ex Suida vol. I p. 819. Vulgo *ἡ λέξις δὲ ἐπιλήσμη· φησὶ δὲ Κρατῖνος* ἐπιλήσμονι. Sed probabile est pro *ἐπιλήσμονι* potius ἐπιλησμονή scribendum esse quam *ἐπιλησμοσύνη*. Ac correxit ita ante Th. Bergkium Comment. p. 256 iam Abreschius Act. Trai. I p. 229. Cfr. Hoeschelium ad Phrynichum p. 464 ed. Lob.

CXLVIII.

Scholiasta Aristoph. Thesm. 940: *πρὸς σανίσιν ἐδεσμεύοντο πολλάκις, ὡς καὶ Κρατῖνος δηλοῖ.* De more maleficos ligneis tabulis alligandi plura dixit Fritzschius ad Thesmoph. p. 360.

CXLIX.

Scholiasta Aristoph. Vesp. 151: τὸν ὑπεκλυόμενον οἶνον φασί τινες καπνίαν λέγεσθαι· ἐν δὲ τοῖς περὶ Κρατίνου διώρισται, ὅτι τὸν ἀπόθετον ἢ παλαιόν. διὸ καὶ Ἐκφαντίδην Καπνίαν καλοῦσι. Recte Th. Bergkius Comment. p. 67 ex his colligit Ecphantidem a Cratino ludibrii caussa Καπνίαν dictum fuisse. Varias virorum doctorum huius cognominis explicationes attuli Hist. crit. p. 36. De vino καπνίᾳ vide Aristot. de gener. anim. p. 125 ed. Bekk. min. et Naekii Choerilea p. 52.

CL.

Scholiasta Aristoph. Av. 364: ἕλκε τίλλε παῖε δεῖρε κόπτε: καὶ Κρατῖνος· σφάττε δεῖρε κόπτε.

CLI.

Scholiasta Aristoph. Vesp. 351: ἔστι δὲ θηρίδιόν τι μικρὸν (σέρφος). Κρατῖνος δὲ μύρμηκα φησὶ τὸν σέρφον. οἱ δὲ ζωύφιον κωνωπῶδες. Nisi Κράτης legendum, ut grammaticus intelligatur.

CLII.

Scholiasta Aristoph. Pac. 740: ἐπεπόλαζε γάρ τότε ταῦτα (talia argumenta), Ἡρακλῆς πεινῶν, καὶ Διόνυσος δειλός, καὶ μοιχὸς Ζεύς, ὥστε καὶ αὐτοὺς δοκεῖν ἄχθεσθαι. Κρατῖνος· Ὑπὸ δὲ Ἡρακλέους πεινῶντος ἄγειν ταῦτα καὶ σκώπτοντος, οὐ βοιωτόν ἐστι. Ven. ἄγει ταυ et superscripto τ. Idem βιωτὸν pro βοιωτόν. Porsonus Praef. Hec. p. LVIII pro οὐ βοιωτὸν corrigebat συοβοιωτῶν. Th. Bergkius Comment. p. 287 tentabat:

Ὑπὸ δ' Ἡρακλέους πεινῶντος ἀεὶ
ταὐτὰ καὶ σκώπτοντος οὐ βιωτόν ἐστιν.

Quae ratio vel propter traiectionem particulae καὶ probari non potest. Dindorfii exempla ad Arist. Acharn. 718 allata alio loco examinabo. Clausula fragmenti Cratinei fuisse videtur, πῶς οὐ Βοιώτιόν ἐστιν;

CLIII.

Οὗτοι δ' εἰσὶν συοβοιωτοί, κρουπεζοφόρον γένος ἀνδρῶν.

Scholiasta Pindari Olymp. VI 152: *εἰ φεύγομεν Βοιωτίαν ὗν*: ὅτι διὰ τὴν ἀγροικίαν καὶ τὴν ἀναγωγίαν τὸ παλαιὸν οἱ Βοιωτοὶ ὗες ἐκαλοῦντο, καθάπερ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς Διθυράμβοις· Ἦν ὅτι σύας τὸ Βοιώτιον ἔθνος ἔλεγον. καὶ Κρατῖνος Οὗτοι κτλ. Vulgo συοβοιωτικὸν πεζοφόρον. Vrat. D. συοβοιωτικαὶ πεζοφόρων. Correxit Porsonus Praef. Hec. p. LVII cll. Polluce VII 87: κρουπεζοφόρους δ' εἶπε τοὺς Βοιωτοὺς Κρατῖνος διὰ τὰ ἐν αὐλητικῇ κρούματα. Eundem Cratini locum, monente Porsono, respexit Hesychius, Συοβοιωτοί: οἱ Βοιωτοὶ σύες Photius p. 557 2. Συοβοιωτοί: σύες γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ πάλαι Βοιωτοί. De κρουπέζαις sive scabellis cfr. Hist. crit. p. 336.

CLIV.

Ἀλλ' οὖν θεῷ σπείσαντ' ἄμυστιν δεῖ πιεῖν.

Scholiasta Euripid. Rhes. 419: ἄμυστιν] οἱ μὲν ποτηρίου εἶδος ἐπιτηδειότατα ἔχον πρὸς τὰς ἀμυστὶ πόσεις, ὡς ἐν Αὔγῃ — ἄλλοι δὲ ἐπὶ τῆς ἀπνευστὶ πόσεως τάττουσι τὸ ὄνομα, ὡς Κρατῖνος Ἀλλ' οὖν θεὸν πείσαντες μῦστιν δεῖ πονεῖν. Correxit L. Dindorfius. Locus fortasse ex Pytine petitus est.

CLV.

Τίς δὲ σύ; κομψός τις ἔροιτο θεατής.
ὑπολεπτολόγος, γνωμιδιώκτης, εὐριπιδαριστοφανίζων.

Scholiasta Platon. Bekk. p. 330: Ἀριστοφάνης — ἐκωμῳδεῖτο ἐπὶ τῷ σκώπτειν μὲν Εὐριπίδην, μιμεῖσθαι δ' αὐτόν. Κρατῖνος Τίς δὲ σύ; κτλ. Vs. 1 Porsonus Miscell. p. 268 dactylum ante caesuram vitaturus tentabat: Τίς δὲ σὺ κομψός; πᾶς ἄν τις ἔροιτο θεατής. Alio modo lusit

Fritzschius Quaest. Aristoph. I p. 292. Idem, praeeunte Runkelio, locum ex Pytine ductum statuit propter Fragm. X.

CLVI.

Ὅνπερ Φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν

Scholiasta ad Sophoclis Antig. 402: ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας] τὸ ἑξῆς· τὸν νεκρὸν ὃν σὺ ἀπεῖπας θάπτειν. οὕτω δὲ χρῶνται οἱ παλαιοὶ ὥστε δύο ἄρθρα, προστακτικόν τε καὶ ὑποτακτικόν, κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος παραλαμβάνειν. Κρατῖνος· Ὅνπερ κτλ. De hoc usu articuli post relativum dicam ad fragmenta Leuconis. Λόγον dicere videtur argumentum tragoediae, quod Philocles corruperat. Eundem ridet Aristophanes Vesp. 462. Thesmoph. 175. Avib. 282 et 1295. Cfr. Teleclides Hesiod. I et Hist. crit. p. 90.

CLVII.

Scholiasta Theocr. IV 18: κώμυς, ἡ δέσμη ἤτοι τὸ δεσμάτιον. Κρατῖνος· Ὁ δὲ μετ' ευδήμου τρέχων κώμυθος τὴν λοιπὴν ἔχει τῷ στεφάνῳ. Ἡ κώμυς δέσμη χόρτου ἱκανὴ εἰς τροφήν. Pro εὐδήμου Toupius tentabat εὐόδμου. Tum pro ἔχει τῷ στεφάνῳ duo codices ἔχων τῶν πρώων. Fortasse haec aliis emendare continget.

CLVIII.

Scholiasta Theocr. IX 19: εἰώθασι γὰρ ἔγκατα πλήσαντες καὶ ξηραίνοντες (fort. ξηράναντες) ὀπτᾶν, εἶτα ἐσθίουσι ταῦτα, ἃ καὶ χόρια προσαγορεύουσι. Κρατὶ νεοτρόφοιο γένας· Χόριά τ' ἐμβρύων τε πλήθη. Ἔμβρυον γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ τὴν βορὰν ἔχειν, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐμβρύειν καὶ αὔξεσθαι. Pro γένας duo libri γέννας. Eorundem alter pro νεοτρόφοιο habet νεοστέφοι, alter νεοστέφει. Cratini fragmentum esse primus vidit Toupius, qui corrigebat Κρατῖνος· Ἀρνὸς εὐτρόφου κρέας, Χόριά τ' ἐμβρύων τε πλήθη. Hemsterhusius Κρατῖνος Τροφωνίῳ Χόρια etc. In idem incidit Geelius Bibl. crit. vol. IV p. 8.

Sed praeter Cratini vel Cratetis nomen nihil in his omnibus certum esse docent codicum lectiones.

CLIX.

Scholiasta Thucyd. I 30: *τροπαῖον ἡ παλαιὰ Ἀτθίς, ἧς ἐστιν Εὔπολις Κρατῖνος, Ἀριστοφάνης, Θουκυδίδης· τρόπαιον ἡ νέα Ἀτθίς, ἧς ἐστι Μένανδρος καὶ οἱ ἄλλοι.* Eadem fere Suidas vol. III p. 508. Similia praecipit schol. Rav. ad Aristophanis Thesm. 697.

CLX.

Scholiasta Hom. Iliad. β 56: *ἐνύπνιον ὀνοματικὸν ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ ἐνυπνίως. ἔστι δὲ καὶ ὄνομα. δεῖ κρατεῖν ὡς δραπετεύοντα τὸ ἐνύπνιον.* Ita BL. *Κρατῖνος θράττει με τὸ ἐνύπνιον* Par. et Amst. *κράτιλος θράττει μὲν ἐνύπνιον* V. In illo *δραπετεύοντα* nomen fabulae *Δραπέτιδες* latere videri potest. Possis etiam, *Κρατῖνος Θρᾴτταις Εὕδοντα θράττει τοὐνύπνιον.* Sed tutius est praeeunte Par. et Amst. scribere, *Κρατῖνος Θράττει με τοὐνύπνιον.* Pro *δεῖ* fort. *καὶ* scribendum.

CLXI.

Scholiasta Hom. Iliad. π 428: *ἀγκυλοχεῖλαι: παρασύνθετον ἐκ τοῦ ἀγκυλόχειλος, ἢ ὡς τὸ δεδόκεται παρὰ Κρατίνῳ.* Scribendum *δωδεκέται* i. e. *δωδεκαετεῖς.* Viderunt etiam Lobeckius Paralip. Gramm. gr. p. 244 et Th. Bergkius Comment. p. 257.

CLXII.

Scholiasta Hom. Iliad. σ 521: *ἐκτατέον τὴν πρώτην συλλαβὴν τοῦ ἀρδμός, ἐπεὶ καὶ τὸ ἄρδω ἔχει ἐκτεινόμενον τὸ ᾱ· τὸν νοῦν ἵν' ἄρδω καὶ λέγω τι δεξιόν.* *) *οὐχ ὅσα μέντοι ἐν ῥήμασιν ἔκτασιν ἔχει, καὶ ἐν ὀνόμασιν· παρὰ γὰρ τὸ ἄσσω καὶ κατάσσω καὶ μέλλοντα ἄξω — ἡ ἀξίνη*

*) Aristoph. Equ. 96. 114.

συστέλλει τὸ ᾱ, παρά τε τὸ ἀρῶ καὶ ἀρῶμαι ἐκτείνομεν ὄνομα Ἄρην *)· *πισσοκονίας Ἄρην Κρατῖνος.* Recte Th. Bergkius Comment. p. 255 corrigit *πισσοκωνίας Ἄρης.* „Ipsum Martem *πισσοκωνίαν* vocavit, significans supplicium eorum, qui pice obliti comburuntur." De quo supplicii genere vid. Victorius V. L. VIII 14. Idem affert Hesychium, *Πισσοκωνίας: Ἡρόδοτος πισσοκωνίαν εἶπεν διὰ τὸ τὰ πρόβατα πίσσῃ χρίεσθαι.* Ubi pro *Ἡρόδοτος* Alberto aut *Ἡρόδωρος* aut *Ἡρωδιανὸς* scribendum videtur, quibus tertiam coniecturam addidit Th. Bergkius, *Ζηνόδοτος* scribendum existimans. Sed cum illud *Ἡρόδοτος* Musurus demum Hesychio obtruserit, codex autem habeat *αἰόδοτος*, multo probabilius *Διόδοτος* h. e. *Διόδωρος* coniicias, cuius grammatici satis frequens memoria est apud Athenaeum, velut lib. XI p. 478 b, ubi qui laudatur eius liber *πρὸς Λυκόφρονα*, contra Lycophronis commentarios de antiqua comoedia scriptus fuisse videtur. Ad eundem Cratini locum spectat Hesychius s. v. *κωνῆσαι* vol. II p. 399. *Κωνῆσαι: πισσοκωνῆσαι καὶ κύκλῳ περιενεγκεῖν. καὶ πισσοκώνητον μόρον λέγουσιν ὅταν πίσσῃ καταχρισθέντες τινὲς ὑπὸ πυρὸς ἀποθάνωσιν. Αἰσχύλος καὶ Κρατῖνος Κρήσσαις. πισσοκωνία γὰρ ἡ νῦν πισιδία (πίσσα) ᾗ χρίουσι τὰ παρίσθμια τῶν προβάτων.* Ubi recte corrigunt *Αἰσχύλος Κρήσσαις καὶ Κρατῖνος.*

CLXIII.

Stephanus Byz. s. v. *Ἀδραμύττειος* p. 63. *Ἀδραμύττειον: πόλις τῆς κατὰ Κάϊκον Μυσίας.* Et in fine articuli: *ὁ πολίτης Ἀδραμυττηνός, ὡς Ἀρτακηνός Δατηνός Σεβαστηνός. λέγεται δὲ καὶ Ἀδραμυττῖνος, ὡς Κρατῖνος.* Nescio an recte Salmasius *Κραστῖνος* scribi voluerit.

*) Haec originatio ex Apollonii et Herodiani doctrina fluxit. V. Etymol. M. p. 140 29.

CLXIV.

Suidas s. v. *αἴγλη* vol. I p. 642. *Αἴγλη*: *βόλος κυβευτικός. λαμπηδών, αὐγή. Κρατῖνος. καὶ ποπάνου εἶδος δηλοῖ, καὶ θυσίαν, ὥς φησι Διαγόρας.* Quo sensu Cratinus *αἴγλη* dixerit non apparet.

CLXV.

Suidas s. v. *ἄναλτος* vol. I p. 170: *Ἄναλτον Ὅμηρος καὶ Κρατῖνος ἀντὶ τοῦ ἀπλήρωτον.* Eadem Zonaras p. 188. Voce *ἄναλτος* usus est *ζήλῳ Ὁμηρικῷ*. Vide quem Runkelius affert Hom. Odyss. *ρ'* 228. *σ'* 113. 363.

CLXVI.

Suidas s. v. *ἀνεπτερῶσθαι* vol. I p. 198: *Ἀνεπτερῶσθαι τὴν ψυχήν, οἷον ἀνασεσοβῆσθαι. Κρατῖνος.* Similia leguntur apud Grammat. Bekk. p. 398. Exempla verbi attulit Th. Bergkius Comment. p. 263.

CLXVII.

Suidas s. v. *βαδίζου* vol. I p. 409: *Βάδιζε. καὶ βαδίζου ἀντὶ τοῦ βάδιζε. Κρατῖνος.* Medii usus plane insolens est.

CLXVIII.

Suidas s. v. *βῶσον* vol. I p. 452. *Βῶσον: βοήθησον. Κρατῖνος.* Zonaras Lex. p. 415. *Βώσον: βοήθησον. Κρατῖνος.* Difficile ad credendum est Cratinum *βοᾶν* dixisse pro *βοηθεῖν*. Itaque malim *βόησον*, quod confirmat Hesychius, *Βῶσον: κάλεσον, βόησον.* Voluit iam Kusterus.

CLXIX.

Suidas s. v. *ἄξιος* vol. I p. 238. *Ἄξιος λαβεῖν ὁ μισθός: τοῦτο τῶν εἰς κάλλος ἠσκημένων σημαῖνον τοιοῦτό τι, ἄξιός ἐστιν ὁ μισθὸς ὥστε λαβεῖν αὐτόν.* Eadem fere Grammat. Seguer. p. 412.

CLXX.

Τοὺς ἐξοδίους ὑμῖν ἵν' αὐλῶ τοὺς νόμους.

Suidas s. v. ἐξόδιοι νόμοι vol. I p. 774. Ἐξόδιοι νόμοι: αὐλήματα δι' ὧν ἐξῄεσαν οἱ χοροὶ καὶ οἱ αὐληταί. οὕτω Κρατῖνος Τοὺς ἐξοδίους etc. De huiusmodi exodiis egregius est locus Aelii Dionysii apud Eustath. ad Iliad. p. 239 20: ἀρχή τις ἐξοδίου κιθαρῳδικοῦ τὸ [ἀλλὰ] ἀλλ' ἄναξ, ὡς ἱστορεῖ Αἴλιος Διονύσιος, ὥσπερ, φησί, κωμικοῦ μὲν ἥδε Καλλιστέφανος· ῥαψῳδοῦ (leg. ῥαψῳδικοῦ) δὲ αὕτη·

Νῦν δὲ θεοὶ μάκαρες τῶν ἐσθλῶν ἄφθονοι ἐστέ.

τραγικοῦ δέ· Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων. De postremo, quod Euripidei exodii initium est, dixit Hermannus ad Eur. Bacch. 1383. Rhapsodicum exodium servavit etiam Hesychius, Νῦν δὲ θεοὶ μάκαρες: τοῦτό φασιν ἐξόδιον εἶναι τραγῳδῶν (lege ῥαψῳδῶν) Νῦν δὲ θεοὶ μάκαρες etc. Cfr. idem s. Ἀλλ' ἄναξ. Comicum exodium a Dionysio significatum, in quo ad καλλιστέφανος fortasse Νίκη supplendum, ab aliis, si recte memini, non commemoratur. At simile fuisse videtur illi Euripideo in fine Phoenissarum: Ὦ μέγα σεμνὰ Νίκα, τὸν ἐμὸν βίοτον κατέχοις καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα. Quibuscum comparare licet Menandreae fabulae epilogum apud schol. Aristidis p. 96 Fromm.:

ἡ δ' εὐπάτειρα φιλόγελως τε παρθένος
Νίκη μεθ' ἡμῶν εὐμενὴς ἕποιτ' ἀεί.

Ita enim corruptissima verba redintegranda sunt.

CLXXI.

Suidas s. v. Ναύσων Ναυκράτει: ἐπὶ τῶν ὁμοίως ἀποδιδόντων ἀλλήλοις ὀναματοποίησις δὲ τὸ Ναύσων (fort. add. Ναυκράτει), ὡς τὸ ἀγαθῶν ἀγαθίδες καὶ Λευκότεροι Λεύκωνος. Cratinum eo proverbio usum esse docet Hesychii glossa quamvis corrupta, Ναύσων: Κρατῖνος ὄνομα ἐποίησε τὸ Ναύσων παρὰ τὴν ναῦν καὶ τὸ κρα-

τεῖν. πολλὰ δέ ἐστι τοιαῦτα, καὶ ἀγαθῶν (adde ἀγαθῖδες) καὶ λευκότερος Λεύκωνος. Cfr Proverbia Bodlei. 677. Nausonis nomine fictitio usus est etiam Aristophanes, sive potius Eupolis, Equit. 1306.

CLXXII.

Ἄκουε νῦν καὶ τήνδε τὴν ἐπιστολήν.

Zonaras vol. I p. 804. Ἐπιστολή: ἐπίσκηψις, ἐντολή. „ὁ δὲ τῷ ἱερεῖ ἐπιστολὰς λέγει καθεύδοντι." καὶ Κρατῖνος Ἄκουε κτλ.

CLXXIII.

Ἀλλὰ τάδ' ἔστ' ἀνεκτέον· καὶ γὰρ ἡνίκ' εὐθένει.

Zonaras vol. I p. 919: Εὐθενεῖν οἱ Ἀττικοί· οἱ δὲ Ἴωνες εὐθηνεῖν. Κρατῖνος Ἀλλὰ τάδ' ἔστ' ἀνακτέον, καὶ γὰρ ἡνίκα εὐθενεῖ. Recte Lobeckius ad Phryn. p. 466 ἡνίκ' εὐθένει. Praeterea scripsi ἀνεκτέον, ut voluit etiam Th. Bergkius Comment. p. 27. Metrum est Cratineum.

CLXXIV.

Ἐφ' ᾧ τ' ἐμαυτὴν συγκαθεύδειν τῷ πατρί.

Zonaras vol. I p. 929: ἐφ' ᾧ τε — καὶ ὁριστικῷ συντάσσεται καὶ ἀπαρεμφάτῳ. Θουκυδίδης ἐν δ' „ἐφ' ᾧ φυλακῇ τῇ μετρίᾳ τηρήσονται." καὶ Κρατῖνος Ἐφ' ᾧ τ' ἐμαυτήν κτλ. Thucydidis locus est IV 30.

CLXXVI. CLXXVII.

Τὴν χεῖρα μὴ 'πίβαλλε, μὴ κλάων κάθῃ.
Εἰ πρῶτος ἔλθοις κἂν καθίζεσθαι λάβοις.

Zonaras vol. II p. 1168: κάθου καὶ κάθησο: ἀμφότερα Ἑλληνικά. Ἀριστοφάνης Οὐχ ὅτι (ὅπερ) ἐκεῖνος ἔλαχεν· οἰμώζων κάθου. Κρατῖνος Τὴν χεῖρα — κάθῃ. λέγει γὰρ τὸ ὑποτακτικὸν ἀπὸ τοῦ κάθημι (κάθημαι). Et paucis interiectis: λέγουσι δὲ καὶ καθίζανε. Φερεκράτης Δεῖπνον πα-

ρασκεύαζε, σὺ δὲ καθίζανε. Ἄρχιππος Φέρε καθίζωμ' ἐνθαδί. Κρατῖνος Εἰ πρῶτος ἔλθοις κτλ. Aristophanis fragmentum apud Dindorfium non reperio.

CLXXVIII.

Φαίνεσθαι χρυσῆν, κατ' ἀγροὺς δ' αὖθις αὖ μολυβδίνην.

Zonaras vol. II p. 1366: οἱ Ἀττικοὶ μόλυβδον καὶ μολύβδινον. τὸ δὲ μολυβοῦν ἐσχάτως βάρβαρον. Φορμίων· Τρεῖς ἔφη στήσειν τρίποδας, ἔπειτα ἔθηκεν ἕνα μολύβδινον. Κρατῖνος Φαίνεσθαι κτλ. Versus est Eupolideus polyschematistus; sed de sensu anceps haeret iudicium. Th. Bergkius Comment. p. 249 de lucerna intelligebat, quam rusticus aliquis homo in urbe ab Hyperbolo emisset, quae videretur externa specie esse aurea, sed esset plumbea. Hanc Hyperboli fraudem attigi Hist. crit. p. 189. Apparet tamen hanc valde dubiam esse explicationem. Prius exemplum a Zonara allatum item ex comico poeta ductum videtur. Pro Φορμίων cod. K habet Κορμίων, in quo nisi fabulae vel ipsius poetae nomen latet, fortasse scribendum:

ὁ Φορμίων τρεῖς [ἀργυροῦς] στήσειν ἔφη
τρίποδας, ἔπειτ' ἔθηκεν ἕνα μολύβδινον.

CRATES.

(Hist. crit. p. 58.)

ΓΕΙΤΟΝΕΣ. *)

I.

Νῦν μὲν γὰρ ἡμῖν παιδικῶν ἅλις
ὅκως περ ἀρνῶν ἐστι γαλαθηνῶν τε καὶ
χοίρων.

Athenaeus IX p. 396 d. de *γαλαθηνοῖς* disserens: *Κράτης Γείτοσι Νῦν μὲν γὰρ ἡμῖν κτλ.* Vs. 1 *ἡμῖν* ABP. *ὑμῖν* VL. Quae sequuntur verba *ἅλις ὅκως περ* AD ita scripta exhibent *δαισοκως περ.* B *δαισοκῶς περ.* P *δαίσο κως περ.* VL *δαίσομ' ὥσπερ.* Iacobsius Addit. p. 208 tentabat: *παιδικῶν κωμῶν ἅλις, ὄχλος δ' ἔτ' ἀρνῶν κτλ.* ex quibus *ἅλις* cum Dindorfio recepi. *ὅκως περ* legitur, ut alia mittam, apud Herodot. IX 120 et Heraclitum Stobaei Floril. III 84. Sensus hic est: *nunc nobis amasiorum tanquam agnorum et porcellorum copia suppetit.* Ante *παιδικῶν* Th. Bergkius Comment. p. 278 inseruit *πᾶσι.* Possis etiam *νὴ Δία* vel simile quid.

---

*) V. Hist. crit. p. 62. 64.

II.

Γλυκύτατον δ' ὦζε βασιλείου μύρου.

Athenaeus XV p. 690 d: *βασιλείου δὲ μύρου μνημονεύει Κράτης ἐν Γείτοσι λέγων οὕτως Γλυκύτατον δ' ὦζε κτλ.* Ita Dindorfius ex coniectura Porsoni ad Hom. Odyss. έ 455. Libri *ὦ Ζεῦ* pro *ὦζε*. Th. Bergkius Comment. p. 277 utroque coniuncto scribebat: *γλυκύτατον ὦ Ζεῦ δ' ὦζε*, in quo vereor ut *δὲ* post *ὦ Ζεῦ* illatum probari possit.

III.

Pollux VII 179: *καρδοπογλύφος, ὡς Κράτης εἴρηκεν ἐν Γείτοσιν.* Ita cod. Falck. pro *Κρατῖνος*.

IV.

Pollux VII 204: *τὸ δὲ πεσσοῖς παίζειν πεσσονομεῖν Κράτης εἶπεν ἐν Γείτοσιν.*

V.

Pollux X 118: *ὅταν δ' εἴπῃ ἐν τῷ Αἰολοσίκωνι Ἀριστοφάνης „δυοῖν λυχνιδίοιν" δῆλον ὅτι λυχνία εἴρηκεν, ἀλλ' οὐ λύχνους μικρούς, ὥσπερ καὶ ὅταν Κράτης φῇ ἐν τοῖς Γείτοσιν Οὐκ ἔστι μοι λυχνίδιον.*

VI.

Photius p. 633 28: *Ὗς διὰ ῥόδων: ἐπὶ τῶν σκαιῶν καὶ ἀναγώγων. Κράτης Γείτοσι.* Eadem Suidas s. v. *ὗς διὰ ῥόδων*.

VII.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 144 27 de coniunctione *εἰ* cum optativo disserens: *Κρατῖνος Γείτοσιν Εἰ σοφὸς ᾖ.* Lege *Κράτης*, ut monui Hist. crit. p. 64. Praeterea semel *Γείτονες* commemorantur ab Athenaeo X p. 429 a, ubi ebrium in hac fabula introductum esse traditur. Cfr. Hist. crit. p. 61.

Η Ρ Ω Ε Σ.

I.

Οὐκ ἀσκίῳ μεντἄρ' ἐμορμολύττετε
αὐτούς, ἐπεὶ τάδ' ἔστ' ἀληθῆ.

Proverbia Bodlei. 715 p. 86 C. *οὐκ ἄσκιον: εἴρηται ἐπὶ τῶν τὰ κενὰ δεδοικότων Κράτης Ἥρωσιν Οὐκ ἀσκίῳ γ' ἐμορμολύττετ' αὐτούς.* Haec omisso Cratetis nomine pleniora servavit Hesychius II p. 808: *Οὐκ ἀσκίῳ: οὐκ ἀσκίῳ μεντἄρ' ἐμορμολύττετ' αὐτούς, εἰ τάδ' ἔστ' ἀληθῆ. ἐπὶ τῶν τὰ κενὰ δεδοικότων, ἐπεὶ κενὸς ὁ ἀσκός.* Ita Musurus: codex *εἶτα δ' ἔστ' ἀληθῆ.* Correxi ut supra adscripta sunt. Cfr. Hist. crit. p. 64. Ad eundem locum spectare videtur glossa Hesychii, *Ἐμορμολυκτοῦτε: ἐδεδίττεσθε.* Codex *ἐμορμολύκτατε.* Scribe *ἐμορμολύττετε.* Ceterum hic Cratetis locus Ruhnkenium ad Tim. p. 182 fugit, activum *μορμολύττειν* non nisi apud grammaticos reperiri existimantem.

II.

Οὐκοῦν ἔτνους χρὴ δεῦρο τρυβλίον φέρειν
καὶ τῆς ἀθάρης.

Suidas I p. 96: *ἀθάρην οὐκ ἀθήραν τὴν ἑψικτὴν καλοῦσιν. Κράτης Ἥρωσιν Οὐκοῦν ἔτνους χρή κτλ.* Eadem ferme Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 352 2, cuius locum e schedis Ruhnkenii ediderat iam Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. p. 205 c.

III.

Τὸν αὐχέν' ἐκ γῆς ἀνεκὰς εἰς αὐτοὺς βλέπων.

Suidas I p. 193: *ἀνεκάς ψιλῶς τὸ ἄνω λέγουσι — Κρατῖνος Ἥρωσι Τὸν αὐχέν' ἐκ γῆς κτλ.* ubi *Κράτης* le-

gendum esse indicavi Hist. crit. p. 64. Accusativus *τὸν αὐχένα* pendere videtur a verbo *ἀναφέρειν*, quod in praecedentibus adfuerit.

IV.

Ἀλτῆρσι θυλάκοισι χρῆται τὸ μέγεθος.

Pollux III 155: *Κράτης δ' ἔφη ἐν Ἥρωσιν Ἀλτῆρσι θηλύκοισι χρῆσαι τὸ μέγεθος.* Ita duo codd. testante Kuhnio. Falck. *ἀλτῆρσι θυλακοῖσι χρήσαιτο μέγεθος.* Editt. antiquae *αἰτῆρσι θηλακοῖς χρῆται*, omissis verbis *τὸ μέγεθος.* Pro *θηλύκοισι* Iungermannus tentabat *τηλίκοισι.* Interim repraesentavi lectionem Falckenb. leviter correctam. De *ἀλτῆρσι* vide Boettigeri Opusc. II p. 45 sq.

V.

Ὁ κάνης δὲ τῆς κοίτης ὑπερέχειν μοὶ δοκεῖ.

Pollux X 90: *ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ κανᾶ καὶ κάνητα καὶ κανίσκια. καὶ κάνητα μὲν Κράτης ἐν Ἥρωσιν εἶπεν Ὁ κάνης* (cod. *κανὶς*) *δὲ τῆς κοίτης* (cod. *κύτης*) *ὑπερέχειν μοὶ δοκεῖ. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσι κανοῦν.* Ita enim haec scribenda esse res ipsa docet, monuitque ex parte iam Bentleius Epist. ad Hemsterh. p. 60. Cratetis verba respexisse videri potest Photius Lex. p. 324 17: *ὁ κάνης τῆς κοίτης ὑπερέχει: ἐπὶ τῶν τὰ μὴ ἀναγκαῖα μείζω καὶ πλείω τῶν ἀναγκαίων κεκτημένων.* Cfr. Proverbia Coisl. 360.

VI.

Pollux X 175: *καὶ ῥιπίδα δ' ἄν τις φαίη πλέγμα τι ψιάθῳ ἢ φορμῷ παραπλήσιον. Κράτης δ' ἐν τοῖς Ἥρωσιν ἔφη ῥιπίδι κοπραγωγῷ.*

Θ Η Ρ Ι Α.

In hac fabula Crates duas introduxit personas allegoricas, quarum altera mollem vitam et delicatam, altera simplicem et naturae legibus convenientem commendaret, quam qui sequerentur, eos Saturnii aevi hominibus fore similes et in summa rerum ad beatam vitam necessariarum affluentia esse versaturos. Praeterea bestias poeta induxit humano more cum hominibus colloquentes eosque ne amplius carnibus vescerentur hortantes. Cfr. Hist. crit. p. 65 et Th. Bergkii Comment. p. 278.

I.

Ἔπειτα δοῦλον οὐδὲ εἷς κεκτήσετ' οὐδὲ δούλην.
B. ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ δῆτ' ἀνὴρ γέρων διακονήσει;
A. οὐ δῆθ'· ὁδοιποροῦντα γὰρ τὰ πάντ' ἐγὼ ποιήσω.
B. τί δῆτα τοῦτ' αὐτοῖς πλέον; A. πρόσεισιν αὔθ' ἕκαστον
τῶν σκευαρίων, ὅταν καλῇ τι. παρατίθου τράπεζα.
αὕτη, παρασκεύαζε σαυτήν. μάττε θυλακίσκε.
ἔγχει κύαθε. ποῦσθ' ἡ κύλιξ; διάνιζ' ἰοῦσα σαυτήν.
ἀνάβαινε μᾶζα. τὴν χύτραν χρῆν ἐξερᾶν τὰ τεῦτλα.
ἰχθὺ βάδιζ'. ἀλλ' οὐδέπω 'πὶ θάτερ' ὀπτός εἰμι.
οὔκουν μεταστρέψας σεαυτὸν ἁλσὶ πάσεις ἀλείφων;

Athenaeus VI p. 267 e: *οἱ δὲ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταὶ περὶ τοῦ ἀρχαίου βίου διαλεγόμενοι, ὅτι οὐκ ἦν τότε δούλων χρεία, τοιάδ' ἐκτίθενται. Κρατῖνος μὲν ἐν Πλούτοις — Κράτης δ' ἐν Θηρίοις "Ἔπειτα κτλ* Vs. 2 *ἀλλ' αὐτὸς κτλ.* Haec alteri interlocutori tribuenda esse vidit Casaubonus. — Vs. 3 *ὁδοιποροῦντα* pro *ὁδοιπόρου τὰ* deletur Casaubono, et *τὰ πάντ'* pro *ταῦτα πάντα* Elmsleio in Edinburg. Rew. vol. 19 p. 88. — Vs. 4 *πλέον* pro *πλεῖον* Schweigh. Ibidem *αὔθ' ἕκαστον* pro *αὐθέκαστον* Dindorfius ex P. — Vs. 5 *καλῆται* Th. Bergkius Comment. p. 282

καλῇ τις Casaubonus. Vide ad II 5. Idem παρατίθου ὦ τράπεζα pro παρατιθῶ τράπεζα. Debebat παρατίθου omisso ὦ. Atque ita Elmsleius. Non probo quae scripsi Hist. crit. p. 66. — Vs. 6 sine caussa Heringa Observ. p. 174: αὐτὴ παρασκεύαζε σαυτήν. αὕτη esse h. l. *heus tu*, vidit iam Casaubonus, sed male coniunxit cum superioribus. — Vs. 7 διάνιζ' ἰοῦσα σαυτήν. Ita Dindorfius. Cod. A λιανίζουσα σεαυτήν. Piersonus ad Moer. p. 423: διάνιζε σύ γε σεαυτήν. Elmsleius ἰοῦσα νίζε σαυτήν. — Vs. 8 χοῆν pro χοὴ Elmsleius. Ibidem ἐξερᾶν τὰ pro ἐξαιράντα, quae cod. A lectio est, correxit Schweighaeuserus. — Vs. 9 οὐδέπω 'πὶ Erfurdtius Observ. p. 461. L οὐδέπω τἀπί. PV οὐδέπο τἀπί Elmsleius οὐδὲ τἀπί. — Vs. 10 οὔκουν praeeunte Dind. scripsi pro οὐκοῦν et in fine versus interrogationis signum posui. Ibidem A ἄλειπας εἰσαλείφων. Nec multum discrepant ceteri. Vulgo ἀλείπαζ' εἰσαλείφων. Casaubonus ἁλσὶ πάσσ' εἰσαλείφων. Perfecit emendationem Elmsleius, quem qui sequutus est Dindorfius, pro ἁλσὶ scripsit ἁλί, quod fecit etiam Erfurdtius. Atqui ἅλς pro ἅλες ab Atticistis repudiatum esse docet Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 381 6.

II.

'Αλλ' ἀντίθες τοι· ἐγὼ γὰρ αὐτὰ πάμπαλιν
τὰ θερμὰ λουτρὰ πρῶτον ἄξω τοῖς ἐμοῖς
ἐπὶ κιόνων ὥσπερ διὰ τοῦ παιωνίου
ἐπὶ τῆς θαλάττης, ὥσθ' ἑκάστῳ ῥεύσεται
εἰς τὴν πύελον. ἐρεῖ δέ, θὔδωρ ἀνέχεται.
ἔπειτ' ἀλάβαστος εὐθέως ἥξει μύρου
αὐτόματος ὁ σπόγγος τε καὶ τὰ σάνδαλα.

Athenaeus l. l. p. 268 a: ἑξῆς δὲ μετὰ ταῦτα ὁ τὸν ἐναντίον τούτῳ παραλαμβάνων λόγον φησὶν 'Αλλ' ἀντίθες τοι κτλ. Vs. 1 τοι· ἐγώ, quod praebuit A, pronunciandum ac si scriptum esset τοὐγώ, quod perrarum est in syllabis interpunctione disiunctis. Vulgo pro τοι legitur τόδ'. BP

ἀντίθετοι. Pro *πάμπαλιν*, quae librorum est lectio, Casaubonus scripsit *τἄμπαλιν*, quod verum videtur. Usitatius tamen fuerit *αὐτὸ τοὔμπαλιν*, *gerade im Gegentheil.* Phrynichus Bekkeri Anecd. p. 4 16: *Αὐτὸ τοὔμπαλιν λέγεις, οἷον αὐτὸ τοὐναντίον λέγεις.* Attulit haec etiam Bergkius Comment. p. 282, Casauboni coniecturam probans. Male olim probavi *πάμπαλιν.* — Vs. 2 *τοῖς ἐμοῖς* i. e. iis qui meas partes sequuntur. Fallitur Schweighaeuserus. — Vs. 3 *διὰ τοῦ παιωνίου.* Huius nosocomei, publica fortasse auctoritate constituti, nullus praeterea scriptor memoriam servavit. — Vs. 4 *ἐπὶ τῆς θαλάττης.* Num igitur in Piraeeo conditum erat? Bergkius *ἀπὸ τῆς θαλάσσης*, quod propter calidorum balneorum memoriam vix aptum est. Tum *ῥεύσεται* VL. *ῥεύσετ'* ABCP. Vs. 5 vulgo *ἀνεκχέτει.* A *ἀνεχέτει.* P *ἀνεχέτει.* B *ἀναχαιτεῖ* Dindorfius *ἀνέχετε*, quod non intelligo. Recte, ut videtur, Bergkius *ἀνέχεται*, hoc sensu: *ubi iusseris, statim aqua sua sponte sistitur.* Sed *ἐρεῖς* non necessarium. Transit a plurali vs. 2 ad singularem. Plane ita Fragm. I 5: *ὅταν καλῇ τι.* Cfr. Heindorf. ad Platonis Prot. p. 499. Fortasse tamen ne sic quidem locus perpurgatus est: librorum certe consensus suadere videtur ut *εἰς* in fine vs. 4 ponatur. — Vs. 6 Bergkius *εἶθ' ἀλάβαστος*, quod non necessarium videtur. Forma *ἀλάβαστος* ex libris restituta est pro *ἀλάβαστρος.* Cfr. Brunckius ad Acharn. 1053. De spongiae usu in balneis cfr. Arist. fragm. p. 98.

III.

*Καὶ τῶν ῥαφάνων ἕψειν χρὴ * * **
ἰχθῦς τ' ὀπτᾶν τούς τε ταρίχους, ἡμῶν δ' ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι.
B. οὐκ ἄρ' ἔτ' οὐδὲν κρέας, ὡς ὑμεῖς λέγετ', οὐδ' ὁτιοῦν ἐδόμεσθα,
οὐδ' ἐξ ἀγορᾶς, οὐδὲ τάκωνας ποιήσομεθ' οὐδ' ἀλλᾶντας;

Athenaeus III p. 119 c de genere masculino vocabuli *τάριχος* disserens: *Κράτης Θηρίοις Καὶ τῶν ῥαφάνων —*

χεῖρας ἔχεσθαι. Pollux VI 53: ἔστι δὲ καὶ γαστρίδιον ἡδυσμένον, ὃ καὶ τάκωνας ἔνιοι κεκλῆσθαι οἴονται παρὰ Κράτητι τῷ κωμικῷ μόνῳ καὶ ἅπαξ εἰρηκότι ἐν Θηρίοις Οὐκ ἄρ' ἔτ' οὐδὲν κτλ. Vs. 1 lacunae signa posui, cum non probabile sit, Cratetem clausula spondiaca bis usum esse in quattuor hisce versibus. — Vs. 2 ἡμῖν pro ἡμῶν Dindorfius operarum errore, ut suspicor. — Vs. 3 et 4 cum priore fragmento coniungendos esse acute vidit Th. Bergkius Comment. p. 279, quo auctore vs. 3 ἔτ' οὐδὲν scripsi pro ἐστιν οὐδέν, et ὁτιοῦν pro ὅτι. — Vs. 4 τάκωνας. Hesychius, Τακῶνες: τροχίσκοι στέατος κεκομμένου μεθ' ἁλῶν καὶ ξηρῶν ἀρτυμάτων. Ita enim recte corrigunt vulgatum μεθ' ἁλῶν ξηρῶν καὶ ἀρτυμάτων. Similiter Pollux l. l. οἱ δὲ οἴονται τοὺς τάκωνας ἐκ ταγήνου κρέας, ἢ στέατος τροχούς, σὺν ἁλσὶ καὶ ξηροῖς ἡδύσμασι κοπέντας. De accentu huius nominis in neutram partem aliquid constitui potest.

IV.

Ἔχοντες εὐπαθῆ βίον
παρουσίαν τε χρημάτων.

Harpocrat. p. 148 24: παροῦσια ἀντὶ τοῦ περιουσία ἢ αἰτία πλούτου οὐσία — Κράτης Θηρίοις Ἔχοντες κτλ. Eadem, sed omisso fabulae titulo, habent Grammaticus Crameri II p. 498. Photius p. 399 13 et Suidas s. v. παρουσία. Possunt haec etiam ita digeri ut trimetrorum reliquiae appareant, quod fecit Salmasius de Usuris p. 182, per errorem locum Menandro tribuens. Toupii rationem (Emend. I p. 132) confutavit iam Porsonus.

Λ Α Μ Ι Α.

I.

Scholiasta Aristoph. Eccl. 77: τὸ τοῦ Λαμίου: ἀρσενικῶς δὲ τὸν Λαμίαν [εἶπεν. ἔστι δὲ καὶ θηλυκῶς ἡ Λάμια]

ὑπὲρ ἧς ὁ *Κράτης* λέγει ἐν ὁμωνύμῳ δράματι, ὅτι σκυτάλην ἔχουσ' ἐπέρδετο. Verba uncis inclusa ex coniectura addidi et *Κράτης* scripsi pro edito *Φερεκράτης*. Cfr. Hist. crit. p. 65. Risisse videtur Aristophanes hoc Cratetis de Lamia figmentum quum in Eccles. l. l. tum in Vespis 1175, ubi Philocles facetos sermones proponere iussus ita incipit:

πρῶτον μὲν ὡς ἡ Λάμι' ἁλοῦσ' ἐπέρδετο·
ἔπειτα δ' ὡς ὁ Καρδοπίων τὴν μητέρα.

Quibus Bdelycleo respondet, μή μοίγε μύθους ἀλλὰ τῶν ἀνθρωπίνων *). His uti debebam Hist. crit. p. 60. Nec dubito quin etiam illud de Cardopione ex Pherecrate derivatum est.

II.

Ἔπη τριπήχη Θετταλικῶς τετμημένα.

Athenaeus X p. 418 c: ὅτι δὲ καὶ πάντες Θετταλοὶ ὡς πολυφάγοι διεβάλλοντο, *Κράτης* φησὶν ἐν *Λαμίᾳ* Ἔπη — τετμημένα. τοῦτο δ' εἶπεν ὡς τῶν Θετταλῶν μεγάλα κρέα τεμνόντων. Ita Casaubonus pro ἐπεί. Apertum est haec dicta fuisse in hominem ampullis et sesquipedalibus verbis utentem.

III.

Ἡμίεκτόν ἐστι χρυσοῦ, μανθάνεις; ὀκτὼ 'βολοί.

Pollux IX 62: οἱ μέντοι ὀκτὼ ὀβολοὶ ἡμίεκτον ὠνομάζοντο, ὥς φησιν ἐν *Λαμίᾳ Κράτης* Ἡμίεκτόν ἐστι χρυσοῦ μανθάνῃς ὀκτὼ ὀβολοί. Correxi haec ut supra adscripsi. De ἡμιέκτῳ v. Boeckhii Quaest. metrol. p. 135.

IV.

Scholiasta Platon. p. 382 Bekk.: ὁ μῦθος ἀπώλετο — μέμνηται δὲ αὐτῆς καὶ *Κρατῖνος* — καὶ *Κράτης Λαμίᾳ*.

*) Nescio an rectius sit ἀνθρωπικῶν, ut legisse videtur Phrynichus App. soph. p. 21 14. Ἀνθρωπικὸς μῦθος: ὁ περὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων.

ΜΕΤΟΙΚΟΙ.

Etymol. M. p. 698 10. Πωγωνιήτης: πώγων πώγωνος πωγωνίτης. λέγουσι δέ τινες ὅτι ἀπὸ τῶν εἰς ων ληγόντων οὐκ ἔχει γεγονέναι πωγωνία. Κράτης γοῦν ἐν Μετοίκοις λειποπωγωνία ἔφη. δύναται οὖν ὥσπερ οἰκία οἰκιάτης, οὕτω πωγωνία πωγωνιάτης καὶ πωγωνιήτης γενέσθαι. Etymologi verba aliquid vitii traxisse facile intelligitur. Crateteum verbum rectius scribi λιποπωγωνία monuit Sylburgius. De auctore fabulae Μέτοικοι cfr. Hist. crit. p. 64. 70. 175.

ΠΑΙΔΙΑΙ.

I.

Τοῖς δὲ τραγῳδοῖς ἕτερος σεμνὸς πᾶσιν λόγος ἄλλος ὅδ' ἔστιν.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 379 31. Ἄλλο ἕτερον: ἐκ παραλλήλου λέγουσιν. — Κράτης Παιδιαῖς Τοῖς δὲ τραγῳδοῖς κτλ. Eadem Suidas I p. 120, sed vitiose in fine versus ἄλλος δ' ἔστιν. Ἄλλος ἕτερος coniunxit etiam Aristophanes Athenaei III p. 117 c: ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο. V. ad Menandrum p. 110.

II.

Pollux IX 114: ἡ δὲ κυνητίνδα ἀπὸ τοῦ κυνεῖν, ὅ ἐστι καταφιλεῖν, ὠνόμασται, ἥπερ ὑποδηλοῦν ἔοικε Κράτης ἐν Παιδιαῖς· σχεδὸν δὲ καὶ περὶ τῶν πλείστων ὁ ποιητὴς εἴρηκεν οὗτος ἐν τῷδε τῷ δράματι· φησὶ δ' οὖν Παίζειν δ' ἐν ἀνδρικοῖς χοροῖσι τὴν κυνητίνδαν, ὥσπερ εἰκός, τοὺς καλοὺς φιλοῦσα δέ. Haec ita ad trochaicos tetrametros revocari posse videntur:

παίζειν δ' ἐν ἀνδρικοῖς χοροῖς
τὴν κυνητίνδ', ὥσπερ εἰκός, τοὺς καλοὺς φιλοῦσ' ἀεί.

Nisi forte, quod sane praestabilius, dimetros restituere malis:

παί-
ζειν δ' ἐν ἀνδρικοῖς χοροῖσιν
τὴν κυνητίνδ', ὥσπερ εἰκός,
τοὺς καλοὺς φιλοῦσ' ἀεί.

In his *ἀεὶ* eo sensu intelligo, quo *οἱ ἀεὶ ἄρχοντες* et similia dicuntur: *κυνητίνδα* restituit etiam Lobeckius Paralip. p. 155.

III.

Athenaeus XI p. 478 f: *μνημονεύει δ' αὐτοῦ (τοῦ κοτύλου) Κράτης ἐν Παιδιαῖς καὶ Ἕρμιππος ἐν Θεοῖς.*

ῬΗΤΟΡΕΣ.

Κηφισιακαῖσι γογγυλίσιν ὅμοια πάνυ.

Athenaeus IX p. 369 c: *Κηφισιακῶν* (cod. A *κηφησιακῶν*) *δὲ γογγυλίδων μνημονεύει Κράτης ἐν Ῥήτορσιν οὕτως Κηφισιακαῖσι — πάνυ.* Post *οὕτως* ABP inferunt *ὡς.* Fortasse *οὕτω πως.* Cod. B *κηφησιακαῖσι.* Nisi quid corruptum est in verbis Cratetis, iambici versus tetrametri reliquias esse putem tribus syllabis minoris. Cephisia, a qua *γογγυλίδες* illae denominatae sunt, Atticus fuit demus, de quo pleraque scriptorum testimonia composuit Meursius Popp. Att. p. 52. Alias *γογγυλίδες* laudabantur Mantineenses, teste Polluce VI 63.

Σ Α Μ Ι Ο Ι.

I.

Σκυτίνη πότ' ἐν χύτρᾳ τάριχος ἐλεφάντινον
ἧψε ποντιὰς χελώνη πευκίνοισι κύμασιν,
καρκίνοι ποδάνεμοί τε καὶ τανύπτεροι λύκοι
ὑσοριμαχεῖν ἄνδρες οὐρανοῦ καττύματα
παῖ' ἐκεῖνον, ἄγχ' ἐκεῖνον. ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα;

Athenaeus III p. 117 b: *παρέλιπεν ὁ τένθης Ἀρχέστρατος συγκαταλέξαι ἡμῖν καὶ τὸ παρὰ Κράτητι τῷ κωμῳδιοποιῷ ἐν Σαμίοις λεγόμενον ἐλεφάντινον τάριχος, περὶ οὗ φησιν Σκυτίνη πότ' ἐν χύτρᾳ κτλ.* **Cratetis locum griphi speciem habere arbitratur Casaubonus, Schweighaeusero poetam ludicram quandam vocabulorum copulationem *) sequutum esse existimante. Non dubito quin verum viderit Casaubonus. Risit hoc Cratetis figmentum Aristophanes Thesmophoriazusis secundis loco ab Athenaeo servato:** *ὅτι δὲ διαβόητον ἦν τὸ τοῦ Κράτητος ἐλεφάντινον τάριχος, μαρτυρεῖ Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις,*

Ἦ μέγα τι βρῶμ' ἔστιν ἡ τρυγῳδοποιομουσική, **)
ἡνίκα Κράτητί τε τάριχος ἐλεφάντινον
λαμπρὸν ἐκόμιζεν ἀπόνως παρακεκλημένον,
ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρί' ἐκιχλίζετο.

Numerorum, quibus primus versus constat, exempla habet Aristophanes Lysistr. 1014 sqq. Vs. 2 *ποντία* **C. Erfurd-**

---

*) *Gallimathiam* novitio vocabulo appellaveris.

**) Elmsleius: *ἦν μέγα τι χρῆμ' ἔτι τρυγῳδοποιομουσική.* Quae si non vera, certe vero proxima coniectura est. Praesenti quidem *ἐστὶ* nullus hic locus est; hoc enim dicit poeta: *praeclarum quid olim fuit ars comica, quum et Crateti insigne illud de elephantino salsamento figmentum suppeditabat, et alias id genus facetias ludebat.* Quam Schneiderus Lex. gr. verbo *ἐκιχλίζετο* attribuit potestatem, ea ex male intellecto loco Aristoph. Nub. 981 fluxit.

tius Observ. in Athen. p. 450 tentabat *ποντίας χελώνης*, ut eburneum testudinis salsamentum intelligatur. Idem coniecit Dobraeus Adv. II p. 303, sensum loci hunc esse putans: *in olla coriacea*, i. e. in testudinis testa, *elephantinum*, i. e. maximum *frustrum testudinis marinae coquebat* nescio quis. Quo non multo clarior fit obscurissimi aenigmatis vis et sententia. — Vs. 3 *πόδην ἐμοί τε*. Sed recte habere videtur dorica forma. Pro *τε*, ne hiet oratio, fortasse scribendum *δέ*. Ad ea quae sequuntur, *τανύπτεροι λύκοι*, confer Diogen. VI 4. *Λύκου πτερά: ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. πῶς γὰρ ἂν πτηνὸς γένοιτο λύκος*; cfr. Proverb. Bodl. 590. — Vs. 4 *ὑσορυμαχεῖν* B. *οἴνου* pro *οὐρανοῦ* P. — Vs. 5 ante Dindorfium *ἄγχε κεῖνον*. Ibidem vulgo *ἐγκαιῶ τις*. A *ἐγκαιῶτις*. Correxit Porsonus Hesychio usus, *Ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα; ἐπὶ τῶν οὐκ εὐγνώστων. οὐδεὶς γὰρ οἶδεν ἐν Κέῳ τίς ἡ ἡμέρα, ὅτι οὐχ ἱστᾶσιν αἱ ἡμέραι, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι θέλουσιν ἄγουσιν*. Quibus similia traduntur in Proverb. Bodl. 365. Fuit igitur proverbialis dictio de rebus ad intelligendum difficilibus. Eodem epiphonemate etiam alias Graecos in griphorum clausula usos esse probabile est.

II.

Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε.

Zenobius Prov. IV 41: *Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε: ταύτης μέμνηται Κράτης ὁ κωμικὸς Σαμίοις. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας ῥαστώνης δεομένων καὶ ἀναπαύλης. Εἴρηται δὲ ἀπὸ στρατιωτικῶν ἵππων, οἷς γηράσκουσιν ἐπέβαλλον τὸ καλούμενον τρυσίππιον· ἔστι δὲ τοῦτο σιδηροῦς τροχίσκος — ὃν ἐκπυροῦντες ἐπέβαλλον ταῖς σιαγόσι τῶν ἵππων.* Eandem paroemiam praeter Suidam habent Proverbia Bodl. 508 et Diogen. V 27. Latine qui expressit Grotius Excerptis p. 508: *fessae aetatis equum spatiis brevioribus urge*, *κύκλα* de curriculi spatiis videtur intellexisse.

III.

Pollux VII 63: Ξενοφῶν δ' ἔφη κάνδυν ὁλοπόρφυρον, Κράτης δ' ἐν Σαμίοις περιπόρφυρα ἱμάτια. Ita scripsi ex codd. pro περιπορφύρων ἱματίων.

ΤΟΛΜΑΙ.

I.

Ποιμαίνει δ' ἐπίσιτον,
ῥιγῶντ' ἐν Μεγαβύζου,
δέξεταί τ' ἐπὶ μισθῷ
σῖτον.

Athenaeus VI p. 247 c: μνημονεύει δὲ τοῦ μὲν ἐπισίτου Κράτης Τόλμαις Ποιμαίνει κτλ. Legebatur ἐπισίτιον, ῥιγῶν δ' ἐν μετὰ βύξου, δέξετ' ἐπὶ μισθῷ σῖτον. In his Μεγαβύζου et σῖτον correxit Casaubonus, cetera Porsonus. Describi miseram alicuius condicionem apud Megobyzum h. e. virum divitem splendidumque et divitiarum ostentatorem ineptum, monuerunt Casaubonus et Hemsterh. ad Lucian. I p. 385. Cfr. ad Menandri fragm. p. 48. De metro fragmenti dictum ad Pherecratis Coriann. V.

II.

Πρῶτα μὲν ταλαντιαῖος ὅστις ἔστ' αὐτῶν λέγε.

Pollux IX 53: τὸ δὲ ἐν ταῖς Κράτητος Τόλμαις Πρῶτα μὲν — λέγε, ἄδηλον εἴτε τιμὴν εἴτε ῥοπὴν λέγει.

III.

Pollux X 54: παρὰ δὲ Κράτητι ἐν ταῖς Τόλμαις καὶ ἀστραγαλωτή τις μάστιξ ὠνόμασται. Ita MS pro ἐν ταῖς Ἑορταῖς. De flagello ἀστραγαλωτῷ vide Intpp. Pollucis l. l. et Menagium ad Diogen. Laert. IV 34. Cfr. Hemsterhusii Anecd. I p. 211.

IV.

Pollux VII 92: *τὰ δὲ πέλυντρα, εἶδος ὑποδήματος, ὥσπερ καὶ τὰ ποδεῖα, ταὐτὸν ἦν ταῖς ἀναξυρίσιν, ἃς σκελέας τινὲς ὀνομάζουσι. Κράτης δ' ἐν Ἑορταῖς ἔφη* καὶ δὴ ποδεῖα τριμίτινα. Scribendum videri *Τόλμαις* indicavi Hist. crit. p. 62. Accentum correxi ex praecepto Theognosti apud Cramerum Anecd. II p. 128. Vulgo *πόδεια*. De vestimentis trilicibus cfr. Schneiderus Ind. Script. R. R. p. 372 nec nostri loci oblitus.

V.

Athenaeus XIV p. 619 a: *καὶ τῶν μισθωτῶν δέ τις ἦν ᾠδή — καὶ* βαλανέων *ἄλλαι, ὡς Κράτης ἐν Τόλμαις.* Ita Schweighaeuserus pro *βαλανείων*.

VI.

Photius Lex. p. 337 10. *Ὄνος ἐν μελίτταις: Κράτης Τόλμαις· καὶ ὄνος ἐν μύρῳ· παροιμία.* Eadem Suidas s. *ὄνος ἐν μελίτταις*.

VII.

Antiatticista p. 93 16: *ἐξ ὅτου, ἀντὶ τοῦ ἐξ οὗ, ἦλθον. Κράτης Τόλμαις.*

EX INCERTIS FABULIS.

I.

Ὠνείδισάς μοι γῆρας ὡς κακὸν μέγα,
οὗ μὴ τυχόντι θάνατός ἐσθ' ἡ ζημία,
οὗ πάντες ἐπιθυμοῦμεν· ἂν δ' ἔλθῃ ποτέ,
ἀνιώμεθ'· οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει.

Stobaeus Floril. 115 9 adscripto lemmate: *Κράτητος ἐξ Ἀντιφάνους*. V. Hist. crit. p. 62. Videtur Antiphanis esse.

Vs. 1 pro *μοι* cod. Voss. *τό*. — Vs. 2 libri *ᾧ μὴ τυχόντι*. Correxit Gesnerus. — Vs. 3 si Cratetis, non Antiphanis fragmentum est, scribendum *ἦν* pro *ἄν*. Qui in fine fragmenti vulgo additus legitur versus, *τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ*, eum recte a ceteris separavit iam Grotius. Sophoclis esse senarium aliunde constat.

II.

Ὁ γὰρ χρόνος μ᾽ ἔκαμψε, τέκτων οὐ σοφός,
ἅπαντα δ᾽ ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα.

Stobaeus Floril. 116 31. Pro *οὐ* nescio an praestet *μέν*, quod habent cod. Voss. et margo Gesneri. Idem sequutus est Grotius: *Me tempus incurvavit, egregius faber, Sed qui imbecilliora reddit omnia.*

III.

Ὡς δὲ μαλακὸν καὶ τέρεν τὸ χρωτίδιόν ἐστ᾽, ὦ θεοί.
καὶ γὰρ ἐβλίμαζον αὐτήν, ἡ δ᾽ ἐφρόντιζ᾽ οὐδὲ ἕν.

Zonaras Lex. p. 394. *Βλιμάζειν: ἀποστάζειν τοῦ μέλιτος. ἔστι δὲ καὶ τὸ ψηλαφᾶν, ὥς φησι Κράτης Ὡς δὲ μαλακὸν κτλ.* Vide Cratini Fragm. p. 183.

IV.

Πάνυ γάρ ἐστιν ὡρικώτατα
τὰ τιτθί᾽ ὥσπερ μῆλον ἢ μιμαίκυλα.

Athenaeus II p. 50 e. de *μιμαικύλοις* disserens: *Κράτης Πάνυ γάρ ἐστιν ὡρικώτατα κτλ.* Ita Dindorfius ex B pro *ὡρικωτάτη*, quod tenet Eustathius ad Odyss. p. 1633 58: *ὥσπερ ἐπὶ κάλλει τὸ ὡρικωτάτη τὰ τιτθία ὥσπερ μῆλον ἢ μιμαίκυλον.* Dobraeus Advers. II p. 297 coniicit: *πάνυ γάρ ἐστιν ὡρικὰ τὰ τιτθία κτλ.* quod fortasse verum est, quamquam *πάνυ* cum superlativo coniunctum nihil offensionis habet.

V.

Ἀλλὰ σικύαν ποτιβάλλω σοι, καναταλῆς ἀποσχάσω.

Pollux IV 183: *καὶ μὴν καὶ σικύα ἕν τι τῶν ἐργαλείων* (sc. *τῶν ἰατρικῶν*), *ὡς Κράτης ὁ κωμικός· Ἀλλὰ κτλ.* Scribendum *ποτιβαλῶ*. Pro *καναταλῆς* Kuhnius *κἂν τὸ λῇς*, *si id volueris*. Propius vero forsan *καὶ τὺ λῇς ἀποσχάσω*, sc. *τὴν φλέβα*. Sed aliudquid latet. De *ἀποσχάζειν*, quod proprium est de venae sectione verbum, vide Foesii Oeconom. Hipp. p. 85 et Lobeckium ad Phryn. p. 219. Medicos dorice loquentes etiam alii poetae comici induxerunt, velut Epicrates Athenaei II p. 59 f.

VI.

Athenaeus II p. 47 e: *ἀναγκόσιτον* (*εἴρηκε*) *Κράτης*.

VII.

Lexicon Seguer. p. 343 10: *ἀδικότροπος ἐρεῖς καὶ ἀδικοχρήματος, ὡς Κράτης*. Alius grammaticus ibid. p. 210 19. *Ἀδικοχρημάτους: τοὺς κακοπράγμονας. οἱ δὲ τοὺς ἐξ ἀδίκων πλουτοῦντας.*

VIII.

Etymol. M. p. 299 30: *σημειοῦται παρὰ Κράτητι τὸ ἐθελόσυχνος, ἀπὸ τοῦ ἐθέλω· σημαίνει δὲ τὸν θέλοντα συχνάζειν.*

IX.

Etymol. M. p. 578 fin. *μεμνέῳτο — προπαροξύνεται καὶ σὺν τῷ ῑ γράφεται. ἀπὸ τοῦ μεμνέοιτο αὐξήσει τοῦ ō εἰς ῶ μεμνέῳτο. Ξενοφῶν δὲ* (Cyrop. I 6 3) *μεμνῷτο ἄνευ τοῦ ε̄. Κράτης δὲ μεμνοῖτο.* Vide Buttmannum Gramm. Gr. I p. 429.

X.

Suidas I p. 192: *ἀνεβίω, ἀνέζησε. καὶ ἀνεβιωσάμην ἀντὶ τοῦ ἀναβιῶναι ἐποίησα. Κράτης.* Lex. Seguer. p. 305 20: *ἀνεβιωσάμην ἀντὶ ἀναβιῶναι ἐποίησα, Κρατ . . .*

XI.

Suidas I p. 406: *Ἀψάλακτος*, *ἀπαθής, ἀτιμώρητος. ἀψάλακτον γὰρ τὸ ἄθικτον. οὕτω Κράτης.* Idem p. 572. *διαψαλάττεσθαι* (?): *τὸ διαστέλλεσθαι εἰς ἔρευναν. τὸ γὰρ ἀψάλακτον, ἄθικτον. οὕτω Κράτης.* Ubi quum cod. A pro *Κράτης* habeat *κρ*, superscripto *αῖ*, Bernhardius *Κρατῖνος* edidit. Vulgatum tenet Zonaras p. 536.

XII.

Suidas I p. 548. *Διαβάλλειν: τὸ ἐξαπατᾶν καὶ παραλογίζεσθαι. Θουκυδίδης α* (133) *καὶ Κράτης.* Ionibus hunc usum adscribit schol. Aristoph. Thesm. 1214.

XIII.

Suidas III p. 289. *Σαρπηδονία ἀκτή: ἄκρα τῆς Θρᾴκης. Κράτης. τὴν μεγάλην. καὶ νῆσος πρὸς τῷ Ὠκεανῷ, ἐν ᾗ αἱ Γοργόνες.* Vitiose Photius Lex. p. 502 2: *κρατίστην* pro *Κράτης τήν.* Existimabam olim Cratini nomen restituendum esse, et Sarpedoniae insulae memoriam ad Seriphios referebam. Sed fortasse Crates grammaticus intelligendus est, qui *Σαρπηδονίαν* explicaverat per *τὴν μεγάλην*, quemadmodum apud Photium legitur, *Σαρπηδών: μεγάλη. καὶ Σαρπηδόνιον δέσμα τὸ μέγα.* Ceterum Sarpedoniam petram in Thracia ad Haemum (Pherecydes apud schol. Apoll. Rh. I 211) sive in littore sinus Cardiani (schol. Iliad. 24 79) ad Erginum fluvium (Apoll. Rh. l. l.) sitam commemorat etiam Sophocles in Tympanistis apud Herodianum *περὶ μονήρους λέξεως* p. 9 11: *ἡμεῖς δ' ἐν ἄστροις ἔνθα Σαρπηδὼν πέτρα*, ubi legendum *ἐν ἄντροις*. Insulam Sarpedonem, in qua Gorgones habitasse ferebantur, praeter Zenobium V 86 commemorat Stesichorus apud schol. Apoll. Rh. I 211 et Cypriorum auctor apud Herod. l. l.

τῷ δ' ὑποκυσαμένη τέκε Γοργόνας αἰνὰ πέλωρα,
αἳ Σαρπηδόνα ναῖον ἐπ' Ὠκεανῷ βαθυδίνῃ,
νῆσον πετρήεσσαν.

Quemadmodum fere scripti leguntur hi versus apud Aldum Instit. grammat. p. 18 minus vitioso Herodiani usum codice.

XIV.

Pollux VI 161: *ἡμίλουτον δὲ Κρατῖνος εἴρηκε, καὶ Φιλύλλιος ἡμίπλεκτον, καὶ Κράτης ἡμιμάσσητον.* Recte cod. *ἡμιμάσητον.* Nunquam Atticos *μασσᾶσθαι* dixisse, vel hinc intelligitur, quod plurimi loci reperiuntur, in quibus metri necessitas *μασᾶσθαι* flagitat, nullus ubi *μασσᾶσθαι* requirit.

XV. XVI.

Pollux VIII 26: *Κράτης παλίνδικον τὸν πολλάκις δικαζόμενον.* — Photius Lex. p. 486 17. *ῥῆσις: τὸ ψήφισμα. οὕτω Κράτης.* Nisi Cratetem dicit grammaticum, qui idem intelligendus est apud Hesychium v. *ἡμεροῦν.*

XVII.

Scholiasta Germanici Arat. p. 86 Buhl.: *non solus autem ita coepisse videtur Aratus, sed et Crates comicus a Vesta incipiens profari carmina, et Sophron in mimo qui „Nuncius" inscribitur a Vesta incipiens.* Cfr. scholiastes Ven. Aristophanis Vesp. 842: *ἔστι δὲ παροιμία ἀφ' Ἑστίας ἄρχου, μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ καθημένων. τῇ γὰρ Ἑστίᾳ τὰς ἀπαρχὰς ἔθος ἦν ποιεῖσθαι, καὶ Σοφοκλῆς ἐν Χρύσῃ· ὦ πρῷρα λοιβῆς Ἑστία κλύεις τάδε;* De proverbio *ἀφ' Ἑστίας ἄρχεσθαι* v. Ruhnkenium ad schol. Platonis p. 326 Bekk. Sophronis verba, ut hoc addam, ex MS Dietziano in Bibl. reg. Berol. suppleri possunt, ubi post „*incipiens*" addita leguntur haec „*Omnes invoco deos: Iovem autem maxime.*" Quibus verbis quum non a Vesta sed ab Iove mimi initium ducatur, nescio an quae proxime his praecedunt „*a Vesta incipiens*" utpote ex superioribus temere repetita, expungenda sint.

PHERECRATES.

(Hist. crit. p. 66 sqq.)

ΑΓΑΘΟΙ.

Huius fabulae, ab aliis Strattidi tributae, pleniorem titulum Suidas in Strattidis comoediarum recensu posuit hunc: Ἀγαθοὶ ἤτοι Ἀργυρίου ἀφανισμός, de quo quid sentirem indicavi Hist. crit. p. 224. Aliam rationem Th. Bergkius Comment. p. 285 iniit, qui utrumque titulum fabulae argumento convenire arbitratur. Finxisse enim auctorem, aureum quoddam quasi saeculum rursus redire, cum aurum omnium malorum irritamentum evanuisset, quo quidem saeculo homines otiosi et labis omnino expertes vitam bene beateque transigerent. Cui sententiae ut aliquam speciem conciliaret, fragmentis fabulae paulo licentius abusus est. Titulus Ἀργυρίου ἀφανισμός, si tamen eo aut Pherecrates aut Strattis usus est, quomodo mihi interpretandus videatur, dixi Hist. crit. p. 473.

I.

Ἐγὼ κατεσθίω μόλις τῆς ἡμέρας
πένθ' ἡμιμέδιμν', ἐὰν βιάζωμαι. Β. μόλις;
ὡς ὀλιγόσιτος ἦσθ' ἄρ', ὃς κατεσθίεις
τῆς ἡμέρας μακρᾶς τριήρους σιτία.

Athenaeus X p. 415 c de voracibus hominibus disserens: τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ παρὰ Φερεκράτει ἢ Στράττιδι ἐν Ἀγα-

θοῖς, περὶ οὗ φησιν Ἐγὼ κατεσθίω κτλ. Idem VI p. 248 c: *ὀλιγοσίτου δὲ μέμνηται Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ — καὶ Φερεκράτης ἢ Στράττις ἐν Ἀγαθοῖς Ὡς ὀλιγόσιτος κτλ.* Vs. 4 *ἡμέρας.* Ita lib. X omnes, lib. VI *ἡμετέρους* B. *ἡμετέρας* P. Pro *μακρᾶς* B *μακράς.* Idem *αἰτία* pro *σιτία.* Quod autem voracem illum, qui duos medimnos et dimidium se quotidie comedere professus erat, longae navis cibaria devorare dicit, id comica exaggeratione dictum esse intellexit Boeckhius Oecon. Att. I p. 309. Cfr. Th. Bergkius Comment. p. 286.

II.

Λουσάμενοι δὲ πρὸ λαμπρᾶς
ἡμέρας ἐν τοῖς στεφανώμασιν, οἱ δ' ἐν τῷ μύρῳ
λαλεῖτε περὶ σισυμβρίων κοσμοσανδάλων τε.

Athenaeus XV p. 658 b de corollarum usu disserens: *κἀν τοῖς ἐπιγραφομένοις δὲ Ἀγαθοῖς Φερεκράτης ἢ Στράττις φησί Λουσάμενοι δὲ πρὸ λαμπρᾶς κτλ.* Apertum est reprehendi Athenienses a poeta otio et deliciis diffluentes. Distinxi autem hos versus, quorum de metro nihil se expedire professus erat Dobraeus ad Aristoph. Eccl. p. 551 Lips. ita ut eos distinguendos esse indicavi Quaest. scen. II p. 32, nisi quod postrema verba *κοσμοσανδάλων τε* perperam a praecedentibus separaveram. De quo admonuit etiam Th. Bergkius Comment. p. 285. Vs. 2 *ἐν τοῖς στεφανώμασιν, in ea fori parte ubi flores et corollae veneunt.* Aristophanes Eccles. 303: *καθῆντο λαλοῦντες ἐν τοῖς στεφανώμασιν.* Similiter *μύρον* de tabernis unguentariis dixit Aristoph. Equ. 1371:

τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω, τἀν τῷ μύρῳ,
ἃ στωμυλεῖται τοιαδὶ καθήμενα.

Polyzelus apud schol. Aristoph. Plut. 550: *ἐν τῷ μύρῳ παρ' Ἀθηναίων μακαρίζεται.* — Vs. 3 *λαλεῖτε* Dobraeus l. l. Vulgo *λαλεῖται.*

III. IV.

Pollux VII 198: *ἰσχαδοπῶλαι δὲ Φερεκράτης ἐν τοῖς Ἀγαθοῖς, καὶ ἰσχαδωνῶν ἔφη.* Ita corrigunt librorum lectionem *ἰσχαδόνων.* Idem X 47: *δίφροι ὀκλαδίαι, δίφροι διωχεῖς ἐν Φερεκράτους Ἀγαθοῖς εἰρημένοι, οἱονεὶ οἱ δύο ὀχοῦντες.* Ita ex cod. correctum est vulgatum *δισοχεῖς.*

ΑΓΡΙΟΙ.

Dixi de hac fabula Hist. crit. p. 71 sqq. et 70. Neque omittenda quae Heindorfius ad Platonis Protag. p. 529 disputavit, qui rem ita a Pherecrate institutam fuisse arbitratur, ut chorum facerent homines non suae tantum rei publicae, sed omnium omnino hominum osores, qui civitate sua relicta, quum inter feros immanesque homines recessissent, mox resipiscentes illam, unde abierant, societatem hominum civilemque vitam requirerent. De tempore fabulae constat ex Athenaeo V p. 218 d: *ἐδιδάχθησαν δὲ οἱ Ἄγριοι ἐπ' Ἀριστίωνος ἄρχοντος,* h. e. Olymp. LXXXIX 4.

I.

Οὐ γὰρ ἦν τότ' οὔτε Μάνης οὔτε σηκὶς οὐδενὶ
δοῦλος, ἀλλ' αὐτὰς ἔδει μοχθεῖν ἅπαντ' ἐν οἰκίᾳ·
εἶτα πρὸς τούτοισιν ἤλουν ὄρθριαι τὰ σιτία,
ὥστε τὴν κώμην ὑπηχεῖν θιγγανουσῶν τὰς μύλας.

Athenaeus VI p. 263 b de servorum ministeriis disserens: *Φερεκράτης μὲν γὰρ ἐν Ἀγρίοις φησὶν Οὐ γὰρ ἦν τότ' οὔτε Μάνης κτλ.* Latine vertit Grotius Excerptis p. 510:

Non erat Davus tunc ullus, non erat cuiquam Geta,
ipsae sed toti debebant ancillari familiae:
cumque solis ante exortum sumerent farra in manum,
tota resonabat molarum crepitibus vicinia.

Vs. 1 σηκὶς A. σῆκις B. σάκις PV. Σάκης L, quod ex σαικὶς corruptum videri possit. Hesychius, Σαικίς: δειλός. Lege δοῦλος. Pro οὐδενὶ B οὐδ' ἕν. — Vs. 2 αὐτοὺς B. Ibidem V ἅπαντα ταύτῃ οἰκίᾳ. PL ἅπαντα τὰν τῇ οικίᾳ. Correxit Canterus N. L. IV 5. — Vs. 3 ὄρθριαι. Primo mane enim frumenta molebantur. Hinc facete apud Aristophanem Eccl. 739 atticus civis alloquitur molam:

σὺ δὲ δεῦρ' ἡ κιθαρῳδὸς ἔξιθι,
πολλάκις ἀναστήσασα μ' εἰς ἐκκλησίαν
ἀωρὶ νυκτῶν διὰ τὸν ὄρθριον νόμον.

Ibidem AB ἦλων. C ἤλων. Ceteri εἶλον et ἦλον. Eustath. ad Odyss. p. 1885 29: τὸ δὲ ἀλῶ οὐ μόνον πρώτης συζυγίας τῶν περισπωμένων ἐστίν, ἀλλά που καὶ δευτέρας, ὡς δῆλον παρ' Ἀθηναίῳ ἐν τῷ ἤλων ὄρθριαι τὰ σιτία. Sed recte haud dubie Piersonus ad Moerin p. 81 correxit ἤλουν, qua forma Pherecrates etiam Fragm. inc. XVII 2 usus est.

II.

Ἐνθρύσκοισι καὶ βρακάνοις
καὶ στραβήλοις ζῆν· ὁπόταν δ'
ἤδη πεινῶσι σφόδρα,
ὥσπερεὶ τοὺς πουλύποδας
* * * νύκτωρ περιτρώ-
γειν αὐτῶν τοὺς δακτύλους.

Athenaeus VII p. 316 e de polypo dicens: λέγουσι δὲ καὶ ὡς ἂν ἀπορήσῃ τῆς τροφῆς αὑτὸν κατεσθίει. ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ κωμῳδιοποιὸς Φερεκράτης. οὗτος γὰρ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις φησὶν Ἀγρίοις· Ἐνθρύσκοισι καὶ βρακάνοις κτλ. In horum versuum descriptione cum Dindorfio

sequutus sum Dobraeum ad Aristoph. Nub. 518 et in Addendis ad eum locum. Erfurdtius Observ. ad Athenaeum in Horreo Regimont. p. 443 ita:

ἐνθρύσκοις καὶ βρακάνοις
καὶ στραβήλοις ζῆν· ὁπόταν δ' ἤδη πεινῶσι σφόδρα,
ὥσπερεὶ τοὺς πουλύποδας * * * * *
* * νύκτωρ περιτρώγειν αὑτῶν τοὺς δακτύλους.

Sed βράκανον primam syllabam corripit. Vs. 1 ἐνθρύσκοισι AB. ἀνθρύσκοισι PVL. — Vs. 2 στροβύλοις L. Respicere haec videtur Pollux VI 45: τὰς δὲ κοτινάδας ἐλάας τ ρ α μ-β ή λ ο υ ς ὠνόμασε Φερεκράτης, ubi ex cod. Iungerm. corrigendum σ τ ρ α β ή λ ο υ ς. Est igitur olivarum genus agrestium. Alias στράβηλος concharum genus est; atque ita interpretantur etiam in Pherecratis loco, cui tamen ea quam ex Polluce eruimus significatio multo melius convenire videtur.' — Vs. 4 ὥσπερὶ A. ὡς περὶ B. πουλύποδας pro πολύποδας Schweighaeuserus. Locum anapaesticis versibus latine expressit Grotius Excerptis p. 511 ita:

Duris cinaris, olerisque feri
vivere succo; quumque esuries
saevior urget, polyporum instar
digitos sibi rodere noctu.

Quae perelegans est translatio, nisi quod in *polypus* primam syllabam corripuit vir summus, quam latini poetae constanter producunt, aeolicam illi formam, quae πώλυπος est, sequentes. Fallitur Heindorfius ad Horatii Sat. I 40. Ceterum his versibus ferorum illorum hominum victum describi manifestum est, monuitque de ea re etiam Th. Bergkius Comment. p. 303, qui lacunam quinto versu ita explevit, ut inter νύκτωρ et περιτρώγειν participium ἀναστάντας insereret.

III.

Μὴ θαυμάσῃς·
τῶν γὰρ προτενθῶν ἐσμεν· ἀλλ' οὐκ οἶσθα σύ.

Athenaeus IV p. 171 d: μνημονεύει αὐτῶν (προτένθας dicit) καὶ Φερεκράτης ἐν Ἀγρίοις· Μὴ θαυμάσῃς κτλ.

Vs. 2 *οἶσθα* A. *οἶδα* PVL. *οἶδας*· Q apud Villebrunium. De protentharum collegio cfr. intpp. Aristophanis Nub. 698.

IV.

Φέρ' ἴδω, κιθαρῳδὸς τίς κάκιστος ἐγένετο;
B. ὁ Πεισίου Μέλης. A. μετὰ τὸν Μέλητα δ' ἦν —
A. ἔχ' ἀτρέμ', ἐγᾦδα· Χαῖρις.

Scholiasta Aristophanis Av. 859: *ἦν δὲ ὁ Χαῖρις οὗτος κιθαρῳδὸς καὶ γέγονεν αὐλητής. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Φερεκράτης ἐν 'Αγροῖς* (sic)· *Φέρ' ἴδω, καθαρῳδὸς — ἐγᾦδα· Χαῖρις. ἔστι καὶ ἕτερος, αὐλητής, οὗ μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει.* Eadem Suidas in v. *Χαῖρις* vol. III p. 661. Vs. 2 articulum *ὁ* addidit Toupius. Ibidem scholiasta *μετὰ Μέλητα ἦν.* Suidas *μετὰ Μέλιτος ἦν.* Porsonus App. ad Toupii Emend. p. 481: *μετὰ δὲ Μέλητα τίς;* Praetuli emendationem Dobraei Advers. II p. 221. — Vs. 3 ante Porsonum *ἀτρέμας.* Tum Suidas: *Χαῖρίς ἐστι. καὶ ἕτερος, οὗ μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει.* Potius videtur quod habet scholiasta, cuius priora verba ita distinguere malim: *ἦν δὲ ὁ Χαῖρις οὗτος κιθαρῳδός. καὶ γέγονεν αὐλητής.* Meles haud dubie idem est, quem Cinesiae patrem fuisse constat ex Platone Gorg. p. 501 E. Cfr. Hist. crit. p. 228.

V.

Οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύειν εἰς τὴν Αἴγυπτον · · ·
οἴκους λέξεις, ἵνα μὴ ξυνέχῃ τοῖσι Λυκούργου πατριώταις.

Scholiasta Aristophanis Av. 1296: *φαίνονται τὸν Λυκοῦργον Αἰγύπτιον εἶναι νομίζοντες ἢ τὸ γένος ἢ τοὺς τρόπους. Φερεκράτης 'Αγρίοις· Οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύειν κτλ.* Non expedio. Kusterus nescio unde *εἰς τὴν Αἴγυπτον φέροντα οἰκείας λέξεις. Πατριώτας* dixit, non *πολίτας,* quoniam de Aegyptiis tanquam de barbaris loquitur. Photius Lex. p. 402. *Πατριῶται: οἱ δοῦλοι τῶν 'Ελλήνων· πο-*

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 418 15. Ἀπαρτί: παρ᾽ Ἡροδότῳ (II 158) σημαίνει τὸ ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς — παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου. Φερεκράτης Κραπατάλλοις· Τί δαὶ κτλ. Schol. Aristoph. Plut. 388: καὶ Φερεκράτης ἐν Κραπατάλοις „φράσον μοι ἀπαρτὶ δὴ που προλαβεῖν (sic)." Descripsit scholion Suidas v. ἀπαρτί. Cfr. Zonaras v. ἀπαρτί. Vs. 1 codex τις αὐτὸν ἀποτείνει τὸ δ᾽ ἀξιοῖς. Correxit Lobeckius primum in libello academico a. 1816 edito, tum ad Phryn. p. 21. Postea idem vidit Dobraeus ad Aristoph. Plut. 388, qui vs. 2 inutili coniectura suspicatur δῆτα pro δήπου et ἔγωγ᾽ ἔμελλον.

VIII. IX.

Ὅστις γ᾽ αὐτοῖς παρέδωκα τέχνην μεγάλην ἐξοικοδομήσας

Scholiasta Aristoph. Pac. 748: ἐποίησε τέχνην] τοῦτο καὶ Φερεκράτης ἐποίησε τὸν Αἰσχύλον λέγοντα ἐν τοῖς Κρα-

πατάλοις Ὅστις αὐτοῖς παρέδωκε κτλ. Correxit Porsonus Praef. Hec. p. XLVIII. Itaque Aeschylum in hac fabula ex inferis excitatum et merita sua de poesi tragica praedicantem induxerat Pherecrates. Huius exemplum postea sequutus est Aristophanes. Ad eandem huius fabulae scenam revocandum esse coniicio fragmentum omisso comoediae titulo servatum ab Aelio Dionysio Eustathii ad Odyss. p. 1369 43. Δάπιδες: στρώματα ἄττα. Φερεκράτης·

Ὁ χορὸς δ' αὐτοῖς εἶχεν δάπιδας ῥυπαρὰς καὶ στρωματόδεσμα.

Editur στρωματοδέσματα. Existimo autem haec de comico antiquiorum poetarum choro intelligenda esse, quem quum sordidis stragulis indutum dicit, nescio an veterem morem innuat, quo spectatores choreutis re bene gesta vestes calceos et alia id genus praemii loco donabant. Eundem morem in Olympiorum catamine obtinuisse docet Eratosthenes Chronogr. p. 248 Bernh.: ἐπὶ τοῖς ἐπιφανῶς ἀγωνιζομένοις προβάλλουσι ζώνας πέταλα χιτωνίσκους πετάσους κρηπῖδας. De comicis autem histrionibus luculentum habemus Aristophanis testominonium Pherecratem manifesto imitantis apud Athenaeum II p. 57 a: ὅτι δ' οὕτω τὰς ῥαφανῖδας εἴρηκε δῆλον Ἀριστοφάνης ποιεῖ περὶ τῆς τοιαύτης ἀρχαιότητος (priscam comoediae simplicitatem dicit) ἐν Δαναΐσι γράφων καὶ αὐτὸς καὶ λέγων

Ὁ χορὸς δ' ὠρχεῖτ' ἂν ἐναψάμενος δάπιδας καὶ στρωματόδεσμα,
διαμασχαλίσας αὐτὸν σχελίσιν καὶ φύσκαις καὶ ῥαφανῖσιν.

Quibus verbis indicatur etiam varii generis cibaria spectatores in choreutas contulisse, quod postea choragos fecisse intelligitur ex Plutarcho de glor. Athen. p. 349 a: οἱ δὲ χορηγοὶ τοῖς χορευταῖς ἐγχέλεια καὶ θριδάκια καὶ σκελίδας καὶ μυελὸν παρατιθέντες εὐώχουν ἐπὶ πολὺν χρόνον φωνασκουμένους καὶ τρυφῶντας. Ex quo more explicandum quod ex veteris comoediae poeta servavit Etymol. M. p. 788 38. Φαρυγίνδην: ὡς ἀριστίνδην, σκώπτοντες τὴν γαστρι-

μαργίαν τῶν χορευτῶν Ἀττικοὶ λέγουσιν. *) Vinum cantoribus corollarii loco datum esse apud Athenienses tradidit ex Lucilio Diomedes apud Gaisfordium ad Hephaest. p. 399.

X.

Ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ ταῦτα σὺ μέμνησό μου.

Scholiasta Aristoph. Vesp. 870: *Ἀγυιεὺς ὁ πρὸ τῶν αὐλείων θυρῶν κωνοειδὴς κίων, ἱερὸς Ἀπόλλωνος, καὶ αὐτὸς ὁ θεός. Φερεκράτης Κραπατάλλοις· Ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ κτλ.* Eadem Suidas et Zonaras s. v. *ἀγυιαί.* Bernhardius *ταῦτα νῦν μέμνησό μοι.* Quorum prius haud dubie verum, alterum certe non necessarium.

XI.

Pollux VII 152: *σῦκα δὲ τῶν διφόρων ἐκ Κραπατάλοις Φερεκράτης.* De *σύκοις διφόροις* Runkelius laudat Aristoph. Eccl. 707 et Athen. II p. 77 d.

XII.

Πρὸς τῇ κεφαλῇ τὰ λάσανα καταθεὶς πέρδεται.

Pollux X 45: *ὅτι δὲ οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἀκινήτου ἀποπάτου τὰ λάσανα ὀνομαστέον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ τιθεμένου καὶ ἀναιρουμένου, μαρτυροῦσιν Ἀριστοφάνης μὲν ἐν Προαγῶνι — εἰ δὲ τοῦτο ἀμφίβολον, ἀλλὰ Φερεκράτης ἐν τοῖς Κραπατάλλοις· Πρὸς τῇ κεφαλῇ κτλ.* Veteres edit. *Κραπαττάλοις.* Cod. Iungerm. *Κραπατάλλοις.* Photius Lex. p. 209 12: *Λάσανα — καὶ ἐφ' ὧν ἀπεπάτουν ἔλεγον. οὕτω Φερεκράτης.*

---

*) Eadem Suidas III p. 582, ubi vitiose legitur *φαλαγγίνδην*, quod corrigere neglexit Kusterus.

XIII.

Μάχαιραν ἆρ' ἐνέθηκας; Β. οὔ. Α. τί μ' εἴργασαι;
ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα,
ἀνὴρ γέρων, ἀνόδοντος;

Pollux X 89: χρηστέον δὲ καὶ μυστίλαις — καὶ μαχαίρᾳ ἢ μαχαιρίῳ ἢ μαχαιρίδι. ἡ μαχαιρὶς μὲν γὰρ ἐπιτοπολὺ ἐπὶ τῆς κουρίδος (τίθεται)· ἀλλ' ὅταν Φερεκράτης Κραπατάλλοις (cod. Iung. Κρεπατάλλοις) φῇ „Μάχαιραν ἆρ' ἐνέθηκας — ἀνόδοντος", ἀπὸ γοῦν τῆς μαχαίρας καὶ τῷ μαχαιρίῳ καὶ τῇ μαχαιρίδι χρηστέον. Sensum explicuit Iungermannus. „μαχαιρὶς quidem plerumque de cultro tonsorio usurpatur: sed quum Pherecrates dixerit *μάχαιραν* etiam de cultro mensario, inde nobis et *μαχαιρίῳ* et *μαχαιρίδι* licet itidem uti de cultro mensario." Boettigerum Opusc. III p. 233 veteres unquam cultellis mensariis usos esse negantem redarguit senex Pherecrateus. Vs. 1 vulgo *ἐνέθηκα σου* Correxerunt Porsonus Adv. p. 295 et Elmsl. ad Acharn. 715. Prope a vero aberat iam Iungermannus: *ἐνέθηκας; οὔτοι μ' εἴργασαι.* Pro *εἴργασαι* malim *εἰργάσω.* Ita etiam Kuhnius. Postrema verba ex Coriannoe (Fragm. IX) afferuntur a Grammatico Segueriano et Suida. Nec dubito quin alterutro loco in fabulae nomine erratum sit; quae etiam Iungermanni sententia est. Sed quum in Coriannoe senis partes fuisse constet ex Fragm. VI. VII. VIII. videndum ne apud Pollucem, apud quem frequentes titulorum corruptelae sunt, pro *Κραπατάλλοις* corrigendum sit *Κοριάννοις* h. e. *Κοριαννοῖ.*

XIV.

Priscianus XVIII p. 224 ed. Krehl.: „*Φερεκράτης Κραπατάλλοις* "*Ως τοι κακὸν ὄζει τἀμὰ μή τί γ' ἀλλὰ γλυκύ.* Terentius in Adelphis: *Olet unguenta de meo.*" Pro *Κραπατάλλοις*, quae Monacensis (Spengel ad Varr. p. 619) et Leidensis (apud editorem Scapulae Oxon.) lectio est, Put-

schius habet *πετάλοις*, quod in *Πετάλῃ* mutatum est ab Krehlio. Pherecratis verba ut adscripsi exhibet Putschius. Monac. *ως τοικακον οξει τανα μυδυναμα γλυκυ.* Leid. *ως τοι κακον οζει τανα μεδυναλλα γλυκυ.* Dobraeus ad Plut. 1021 tentabat, *ὥστ᾽ οὐ κακὸν ὄζει θάμάτιά γ᾽ ἀλλὰ γλυκύ.* Latet haud dubie aliud quid.

XV.

Καὶ νωτοπλῆγα μὴ ταχέως διακονεῖν.

Photius Lex. p. 306 20. *Νωτόπληγα: μαστιγίαν τὸν εἰς τὰ νῶτα πληγὰς λαμβάνοντα. Φερεκράτης Κραπαττάλοις* (ita cod.) *Καὶ νωτόπληγα κτλ.* Ex Aristophane *νωτοπλῆγα* affert Pollux II 180: *καὶ νωτοπλῆγα τὸν μαστιγίαν Ἀριστοφάνης ἐκάλεσε.* „Nisi Aristophanem pro Pherecrate nominavit." Dindorfius Fragm. Arist. p. 235. Accentum mutavi ex Polluce.

XVI.

Τοῖς δὲ κριταῖς
τοῖς νυνὶ κρίνουσι λέγω,
μὴ 'πιορκεῖν μηδ᾽ ἀδίκως
κρίνειν, ἢ νὴ τὸν φίλιον
μῦθον εἰς ὑμᾶς ἕτερον
Φερεκράτης λέξει πολὺ τοῦ-
του κακηγορίστερον.

Photius Lex. p. 647 22: *Φίλιος Ζεὺς ὁ τὰ περὶ τὰς φιλίας ἐπισκοπῶν. Μένανδρος Ἀνδρογύνῳ „Μαρτύρομαι τὸν φίλιον ὦ Κράτων Δία." Φερεκράτης Κραπατάλλοις Τοῖς δὲ κριταῖς κτλ.* Eadem Suidas s. *φίλιος Ζεύς.* Metrum primus omnium perspexit Porsonus apud Gaisford. ad Hephaest. p. 355. Ex parabasi locum petitum esse apertum est. Similiter iudices compellat Aristophanes Eccl. 1160:

ἀλλ᾽ ἅπαντα ταῦτα χρὴ μεμνημένους
μὴ 'πιορκεῖν, ἀλλὰ κρίνειν τοὺς χοροὺς ὀρθῶς ἀεί.

Quae etiam Bergkius comparavit Comment. p. 302. — Vs. 2 codex κρίνουσιν et vs. 5 μῦθος. — Vs. 6 codex Φιλοκράτης, quod emendavi Comment. misc. I p. 20, nescius idem fecisse Elmsleium ad Acharn. 730. Sed utroque nostrum prius eandem emendationem fecit Grotius Excerptis p. 513. — Vs. 7 Photius κακηγοριστότερον. Suidas κακηγορικώτερον. Correxi ductu et indicio Pollucis II 127: κακηγορίστερος παρὰ Φερεκράτει. De quo admonui ipse olim Curis crit. p. 41 postea etiam Elmsleius l. l. Latine vertit Grotius Excerptis l. l.:

Iudices, qui iudicant nunc, moneo ne fallant fidem,
Neve iniuste iudicassint: sin, per Fidium, Pherecrates
Aliam fabulam in vos scribet magis accusatoriam.

Ex eadem parabasi sequens fragmentum petitum esse vidit iam Runkelius.

XVII.

Τῶν θεατῶν δ' οἷστισι δίψ'
ῄ, λεπαστὴν λαψαμένοις
μεστὴν ἐκχαρυβδίσαι.

Athenaeus XI p. 485 d: Ἀμερίας δέ φησι τὴν οἰνοχόην λεπαστὴν καλεῖσθαι. Ἀριστοφάνης δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος γένος εἶναι κύλικος Φερεκράτης Κραπατάλλοις Τῶν θεατῶν δ' ὅστις διψῇ λεπαστὴν λαψάμενος μεστὴν ἐκχαρυβδίσαι. Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφώνιός φησι Δόλοπας οὕτω καλεῖν τὴν κύλικα, Λυκόφρων δ' ἐν τῷ ἐνάτῳ περὶ κωμῳδίας παραθέμενος τὰ Φερεκράτους καὶ αὐτός εἶναί φησι γένος κύλικος τὴν λεπαστήν. Pherecratis locum optime correxit Th. Bergkius Comment. p. 301, qui num recte hos versus proxime quum praecedenti fragmento coniunxerit, certe dubitare licet: mihi quidem aliquot versus interpositi fuisse videntur. Vs. 3 ἐκχαρυβδίσαι Dindorfius. AB ἐκκαρυβδίσαι P ἐκαρυβδίσαι. VL ἐχαρύβδισα. Schweighaeuserus „χαρυβδίζειν ingurgitare, verbum a χάρυβδις ductum, quod in eandem partem accipitur. Heraclides Pont.

p. 496 ed. Gal.: *καὶ χάρυβδις μὲν ἡ δάπανος (ἄνθρωπος.) καὶ περὶ πότους ἄπληστος.* Cicero Phil. II 27: *quae charybdis tam vorax?* Hinc *ποντοχάρυβδιν* eadem notione Hipponax ap. Athen. XV p. 698 c et *μεθυσοχάρυβδιν* dictum reperiri de *muliere ebriosa* ab alio grammatico annotatum." V. Phrynichum Bekk. p. 51 22. Spectantibus inter ludos scenicos antiquitus vinum et bellaria oblata fuisse docet quem Runkelius attulit locus Philochori hos ipsos Pherecratis versus respicientis apud Athen. XI p. 464 f: *'Αθηναῖος τοῖς Διονυσιακοῖς ἀγῶσι τὸ μὲν πρῶτον ἠριστηκότες καὶ πεπωκότες ἐβάδιζον ἐπὶ τὴν θέαν καὶ ἐστεφανωμένοι ἐθεώρουν, παρὰ δὲ τὸν ἀγῶνα πάντα οἶνος αὐτοῖς ᾠνοχοεῖτο καὶ τραγήματα παρεφέρετο — μαρτυρεῖν δὲ τούτοις καὶ Φερεκράτη τὸν κωμικόν, ὅτι μέχρι τῆς καθ' ἑαυτὸν ἡλικίας οὐκ ἀσίτους εἶναι τοὺς θεωροῦντας.* In cibariis quae praebebantur etiam illud fuisse, quod *τρίμμα* appellabant Graeci, docet Hesychius, *Τρίμμα: τὸ ἀρωματίζον πῶμα ἐν γάμοις γινόμενον* (fort. *πινόμενον*) *καὶ θεατρικοῖς ἀγῶσιν.* Postea autem eiusmodi largitionum usus videtur obsolevisse, nec facile bellaria comedebant spectantes nisi qui ipsi domo apportassent et cum futiles histriones in scena agerent. Vid. Aristot. Eth. Nicom. X 5.

XVIII.

Ζητῶ περιέρρων αὐτὸν ἐξ ἑωθινοῦ.

Suidas I p. 255. *Ἄπερρε: ἀποφθάρηθι. καὶ ἔρρων φθειρόμενος. Φερεκράτης Κραπατάλλοις Ζητῶ περιέρρων κτλ.* Eadem Suidas v. *περιέρρων*, et omissis poetae et fabulae nominibus Grammaticus Bekk. Anecd. p. 422 7, qui recte habet *ζητῶ* pro *ζητῶν*, ut correxerunt Valcken. ad Hippol. 973 et Elmsleius ad Heracl. 210.

XIX.

Ὡς ἄτοπόν ἐστι μητέρ' εἶναι καὶ γυνήν.

Etymol. M. p. 243 24: *εὕρηται δὲ παρὰ Φερεκράτει ἡ*

αἰτιατικὴ τὴν γυνήν. οἷον Ὡς ἄτοπόν ἐστι καὶ μητέρ' εἶναι καὶ γυνήν. καὶ αἰτιατικὴ τῶν πληθυντικῶν· ἀλλ' ὁρῶ τὰς γυνάς. Descripsit Zonaras I p. 459. Ad Crapatalos rettuli propter Antiattic. p. 86 12. Γυναί: ἀντὶ τοῦ γυναῖκες. Φιλιππίδης Ἀδωνιαζούσαις. Φερεκράτης Κραπατάλλοις τὴν γυνήν. Monuerat iam Koenius ad Gregor. Cor. p. 345, qui delevit etiam καὶ ante μητέρα. Cfr. Epimer. Homer. Cram. p. 102 12: ἔχομεν παρὰ Φερεκράτει τὴν γυνὴν αἰτιατικήν. Pluralis αἱ γυναὶ ibidem affertus ex Menandro, ὦ Ζεῦ πολυτίμηθ', ὡς καλαὶ νῷν αἱ γυναί.

XX.

Antiatticista p. 89 30. Ἀνασημερεῖν: Φερεκράτης Κραπατάλλοις. — Praeterea ad eandem hanc fabulam referenda videtur Photii glossa p. 314 8: Ὀβολοῦ χίμαιρ' ἐν Ἅιδου. V. Hist. crit. p. 85. Eadem Dobraei suspicio Advers. I p. 604.

ΛΗΡΟΙ.

I.

Μίτραν ἁλουργῆ, στρόφιον, ὄχθοιβον, κτένα.

Photius Lex. p. 366 2. Ὄχθοιβος: λῶμα. Φερεκράτης Λήροις Μίτραν ἁλουργῆ κτλ. Posui hunc versum primo loco, quia mihi fabulae titulum explicare videbatur. „Λῆροι enim comicis dicuntur quicquid in mundo muliebri censetur nugatorium et iusto exquisitius. Latini imitati *nugas* dicunt. vid. Nonius in *nugivendus*." Kuhnius ad Polluc. VI 105. Λήρων οἱ χρύσειοι κάλαμοι commemorantur ab Hedylo in Brunckii Anal. I 483, ubi vide quos laudat Iacobsius. Cfr. Hist. crit. p. 494. De ὀχθοίβῳ confer titulum apud Boeckhium C. I. 150 § 50.

II.

Εἶθ' ἕτερα τούτων ποιοῦντα πολλὰ κυντερώτερα.

Photius Lex. p. 188 20. *Κυντερώτατα: καὶ κυντατώτατα λέγουσιν. Εὔβουλος Παρμενίσκῳ Ἀπὸ τῶν ἐκείνου καὶ τὰ κυντατώτατα. Φερεκράτης Λήροις Εἶθ' ἕτερα κτλ.* Ita correxi editum *ἔπειτα* ad Menandr. p. 396. Porsonus edidit *ἔπειτα καὶ ἕτερα* h. e. *χἄτερα*, et ad iambicos numeros locum revocavit. Fortasse tamen nihil mutandum, si locus ex systemate iambico petitus est:

ἔπειθ' ἕτερα τούτων ποιοῦν-
τα πολλὰ κυντερώτερα.

De forma *κυντερώτερος* dixi Hist. crit. p. 67. Simile est *προτεραίτερος* apud Aristoph. Equ. 1162. Talia apud vetustos Atticos rarissima sunt.

III.

Ὡς οὐχὶ τουτὶ ῥύγχος ἀτεχνῶς ἔσθ' ὑός.

Athenaeus III p. 95 d de nomine *ῥύγχος* atticorum poetarum testimonia afferens: *Φερεκράτης Λήροις Ὡς οὐχὶ τουτὶ κτλ.*

IV.

Ἀπὸ τηγάνου τ' ἔφασκεν ἀφύας φαγεῖν.

Athenaeus VI p. 228 d: *τήγανον δ' ὦ βέλτιστε εἴρηκεν ἐν μὲν Λήροις Φερεκράτης οὕτως Ἀπὸ τηγάνου κτλ.* Eadem omisso auctoris nomine Eustathius ad Odyss. p. 1862 18. Dindorfius *ἀφύας ἂν φαγεῖν*. Sed quis praestet haec non ita potius distinguenda esse:

Ἀπὸ τηγάνου τ' ἔφασκεν
ἀφύας φαγεῖν,

ut sint tetrametrorum reliquiae.

V. VI.

Athenaeus XV p. 690 d: *Βρενθίου δὲ μύρου μνημονεύει Φερεκράτης ἐν Λήροις οὕτως· Ἔστην δὲ κἀκέλευον ἐγχέασθαι νῷν μύρον βρένθιον ἵνα τοῖς ἰοῦσιν ἐγχέῃ.* Iacobsius Addit. p. 363 tentabat:

ἔστην δὲ κἀκέλευον ἐγχεῖσθαι μύρον
νῷν βρένθιον κτλ.

Dindorfius ad tetrametros revocabat:

ἔστην δὲ κἀκέλευον ἐγχέασθαι
νῷν βρένθιον μύρον, ἵνα τοῖς ἰοῦσιν ἐγχέῃ τις.

Neutrum probari potest. Fortasse scribendum:

ἔστην δὲ κἀκέλευον, ἐγχέασθε νῷν
βρένθειον, ἵνα τοῖς εἰσιοῦσιν ἐγχέω, μύρον.

In eadem fabulae parte commemorasse videtur Pherecrates *κυάθιον ἀργυροῦν.* Pollux VI 105: *τὰ δὲ ἀγγεῖα τῶν μύρων, λήκυθος μυρηρά, καὶ ἀλάβαστρον. Φερεκράτης δὲ ἐν Λήροις εἴρηκε καὶ κυάθιον δι' ἀργύρου, ᾧ τὸ μύρον ἐγχέομεν.* Athenaeus X p. 424 b: *Φερεκράτης δ' ἐν Λήροις κύαθον ἀργυροῦν ὠνόμασε.* In Pollucis loco ne *κυάθιον δι' ἀργύρου* ipsa poetae verba esse credamus, prohibet incognitus antiquis Atticis usus praepositionis *διά*, de quo exposui ad Menandri fragm. p. 307. Nec habent ita libri; certe ex cod. Iungerm. enotatum est *κυάθιον δὲ ἀργύρου.*

VII.

Λαβοῦσα μὲν τῆς χοίνικος τὸν πύνδακ' εἰσέκρουσεν.

Pollux X 79: *τὸν πυθμένα καὶ πύνδακα ἄλλοι τε καὶ Φερεκράτης ἐν Λήροις Λαβοῦσα μὲν κτλ.* Theophrastus Char. XI in exemplis foedae fraudis ponit *μέτρῳ τὸν πύνδακα εἰσκεκρουμένῳ μετρεῖν*, ubi Pherecratis locum comparavit Casaubonus. Eodem referenda videntur Aristophanis verba apud Pollucem X 79: *ἐκκρουσαμένους (ἐσκρουσαμένους) τοὺς πύνδακας.* Pro *λαβοῦσα* fortasse fuit olim *λαθοῦσα.*

VIII.

Τὸ δ' ὄνομά μοι κάτειπε τί σε χρῆσθαι καλεῖν.

Suidas III p. 683: *λέγουσι δέ ποτε καὶ χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ δεῖ. Φερεκράτης Λήροις Τὸ δ' ὄνομα — καλεῖν. Ἀριστοφάνης Λημνίαις· Ἡ καρδία τε τίς; ἀλλὰ πῶς χρῆσθαι ποιεῖν;* Dixit de mirabili illo *χρῆσθαι* Hermannus ad Soph. Oed. C. 504, qui quum olim *χρῆσται* (h. e. *χρήσεται*) ubique scribendum esse statuisset, nunc Wolfium et Reisigium probat *χρῆ 'σται* vel *χρῆσται* (h. e. *χρεία = χρῆ ἔσται*) scribentes. Prius illud eam quoque ob caussam improbandum videtur, quod praeter *ἔσται* nullum talis syncopae exemplum antiquis grammaticis innotuisse ex Eustathio ad Iliad. p. 655 10 et 718 3 intelligitur.

Μ Ε Τ Α Λ Λ Η Σ.

I.

Πλούτῳ δ' ἐκεῖν' ἦν πάντα συμπεφυρμένα,
ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς πάντα τρόπον εἰργασμένα·
ποταμοὶ μὲν ἀθάρης καὶ μέλανος ζωμοῦ πλέῳ
διὰ τῶν στενωπῶν τονθολυγοῦντες ἔρρεον
αὐταῖσι μυστίλαισι, καὶ ναστῶν τρύφη,
ὥστ' εὐμαρῆ γε καὐτομάτην τὴν ἔνθεσιν
χωρεῖν λιπαρὰν κατὰ τοῦ λάρυγγος τοῖς νεκροῖς.
φύσκαι δὲ καὶ ζέοντες ἀλλάντων τόμοι
παρὰ τοῖς ποταμοῖς σίζοντ' ἐκέχυντ' ἀντ' ὀστράκων.
καὶ μὴν παρῆν τεμάχη μὲν ἐξωπτημένα
καταχυσματίοισι παντοδαποῖσιν εὐπρεπῆ,

τεύτλοισί τ' ἐγχέλεια συγκεκαλυμμένα.
σχελίδες δ' ὁλόκνημοι πλησίον τακερώταται
ἐπὶ πινακίσκοις, καὶ δίεφθ' ἀκροκώλια
ἥδιστον ἀτμίζοντα, καὶ χόλικες βοός,
καὶ πλευρὰ δελφάκει' ἐπεξανθισμένα
χναυρότατα παρέκειτ' ἐπ' ἀμύλοις καθημένα.
παρῆν δὲ χόνδρος γάλατι κατανενιμμένος
ἐν καταχύτλοις λεκάναισι καὶ πύου τόμοι.
B. Οἴμ' ὡς ἀπολεῖς μ' ἐνταῦθα διατρίβουσ' ἔτι,
παρὸν κολυμβᾶν ὡς ἔχετ' εἰς τὸν Τάρταρον.
A. Τί δῆτα λέξεις τἀπίλοιπ' ἤνπερ πύθῃ;
ὀπταὶ κίχλαι δ' ἐπὶ τοῖσδ' ἀνάβραστ' ἠρτυμέναι
περὶ τὸ στόμ' ἐπέτοντ' ἀντιβολοῦσαι καταπιεῖν,
ὑπὸ μυρρίναισι κἀνεμώναις κεχυμέναι.
τὰ δὲ μῆλ' ἐκρέματο τὰ καλὰ τῶν καλῶν ἰδεῖν
ὑπὲρ κεφαλῆς, ἐξ οὐδενὸς πεφυκότα.
κόραι δ' ἐν ἀμπεχόναις τριχάπτοις ἀρτίως
ἡβυλλιῶσαι καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι
πλήρεις κύλικας οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου
ἤντλουν διὰ χώνης τοῖσι βουλομένοις πιεῖν.
καὶ τῶνδ' ἑκάστος εἰ φάγοι τις ἢ πίοι,
διπλάσι' ἐγίγνετ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πάλιν.

Athenaeus VI p. 268 e. appositis Cratini Cratetis et Teleclidae eclogis beatae vitae descriptiones exhibentibus ita pergit: *ἀπομνημονεύσω κατὰ τὴν τάξιν καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις εἰρημένα ποιηταῖς, ὧν εἷς ἐστιν ὁ ἀττικώτατος Φερεκράτης, ὃς ἐν μὲν τοῖς Μεταλλεῦσί φησιν· Πλούτῳ δ' ἐκεῖν' ἦν κτλ.* **Eandem eclogam inde a vs. 3—24 servavit Pollux VI 58, omissis tamen vs. 6, 7, 20, 21, 22. Recitari haec a muliere ab Orci sedibus reversa et quam viderit apud inferos omnium rerum affluentiam enarrante, ex versu quinto**

vicesimo intelligitur. Figmenti opportunitatem praebuisse videntur metallifodinae Laurioticae. Vs. 1 ἐκεῖνα frustra suspectat Schweighaeuserus. Aeschylus Pers. 401: σάλπιγξ δ' αὐτῇ πάντ' ἐκεῖν' ἐπέφλεγεν. Cfr. Dobraeus Adv. II p. 19. — Vs. 2 ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς proverbialem colorem habet. Cfr. Theopompum Hephaestionis p. 76 4. Amphin Athenaei III p. 99 f et schol. Arist. Ach. 1025. Pro εἰργασμένα, quod qui praeter Sophoclem Oed. T. 1369 passiva potestate dixerit ex atticis scriptoribus novi neminem, Th. Bergkius Comment. p. 291 ingeniose scripsit ὠργασμένα, quamquam id ipsum etiam insolentiae crimine laboraret, quum ὀργάζειν apud Atticos nisi de luto similive materia subigenda vix dictum esse reperiatur. Expende exempla a Ruhnkenio ad Tim. p. 180 collecta. — Vs. 3 Pollux ἀθάρας, contra usum Atticorum. V. Piersonus ad Moer. p. 184. Tum πλέῳ Dindorfius pro πλέοι. — Vs. 4 τονθολυγοῦντες Athenaeus et Eustath. ad Il. p. 1095 18: κωμικῶς τονθολυγεῖν καὶ κοχυδεῖν, ὡς αἱ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ χρήσεις δηλοῦσιν, οἷον, ποταμοὶ ἀθάρης καὶ μέλανος ζωμοῦ πλέοι διὰ τῶν στενωπῶν τονθολυγοῦντες ἔρρεον, ἤγουν ποιὸν ἦχον ἀποτελοῦντες. Cfr. Valcken. ad Ammon. p. 122. Pollux τονθορυγοῦντες. B πομφολυγοῦντες h. e. πομφολυγοῦντες, de quo vide Bergkium p. 292. — Vs. 5 μυστίλλαισι BP. Verba ναστῶν τρύφη unde suspensa sint vix intelligas. Omnino totus hic locus, ex Teleclidis Amphict. I 8 sqq. expressus, mira laborat orationis scabritie et propositarum imaginum obscuritate. Quanto dilucidius eandem sententiam Teleclides expressit:

ζωμοῦ δ' ἔρρει παρὰ τὰς κλίνας ποταμὸς κρέα θερμὰ κυλίνδων,
ὑποτριμματίων δ' ὀχετοὶ τούτων τοῖς βουλομένοισι παρῆσαν,
ὥστ' ἀφθονία τὴν ἔνθεσιν ἣν ἄρδονθ' ἁπαλὴν καταπίνειν.

Vs. 6 libri ὥστ' εὐμαρῆ ἦγεν αὐτόματ' εἰς τὴν ἔνθεσιν. Correxit Casaubonus, nisi quod εὐμαρῆ τε scripsit pro eo

quod Dindorfius mecum reposuit εὐμαρῆ γε. — Vs. 8 φύσκαι τε Pollux. — Vs. 9 σίζοντες libri Athenaei, σίζοντ' Pollux. Mihi olim σίζοντες varia lectio participii ζέοντες in versu praecedenti, et ποταμοῖσιν ἐξεκέχυντ' scribendum videbatur. Sed retinuit me Pollucis et Athenaei consensus. Eandem coniecturam ex Piersoni notis MSS ad Pollucem protulit Dobraeus Adv. II p. 313, qui pro ἐξεκέχυντ' malebat ἐξέκειντ'. — Vs. 11 εὐπρεπῆ Hemsterhusius ad Luciani Dial. mar. X extr. Libri εὐτρεπῆ, quod hoc loco minime aptum. — Vs. 12 ex Polluce additus: ἐγχέλεια pro ἐγχέλυα Schweighaeuserus. — Vs. 13 et 14 iam supra attulit Athen. III 96 a. „σχελίδες C et 96. Scribebatur σκελίδες cum Polluce, qui ad eundem locum spectans II 191: καὶ σκελίδες, inquit, ὀλόκνημοι ἐν τῇ κωμῳδίᾳ." Dindorfius. — Vs. 14 Pollux πινακίσκων. Δίεφθ' ἀκροκώλια habet etiam Teleclides Fragm. inc. XIII. — Vs. 15 ἀτμίζοντα prima producta offensionem habet. Nec tamen ἀπατμίζοντα probandum, quod proposuit Dindorfius. Phrynichus Bekk. p. 7 1. Ἀτμίζον κρέας: οἷον θερμὸν ἐκ τῆς χύτρας ἀνῃρημένον ἔτι τὴν ἀτμίδα ἀναβάλλον. Ibidem Pollux χόλιξ. — Vs. 16 ἐπεξανθισμένα *desuper tosta ut flavum colorem prae se ferant.* Simplici ξανθίζειν ita usus est Aristoph. Acharn. 1046: ὀπτᾶτε ταυτὶ καὶ καλῶς ξανθίζετε. Similiter ξανθὰς αὔρας loligini tostae tribuit Antiphanes Athenaei XIV p. 623 b: ξανθαῖσιν αὔραις σῶμα πᾶν ἀγάλλεται. — Vs. 17 Pollux χαννότερ' ἐπέκειτ'. Ad ἐπ' ἀμύλοις (Poll. ἀμύλων) καθήμενα conf. Teleclidem II 2: χαίρω λαγῴοις ἐπ' ἀμύλῳ καθημένοις. — Vs. 18 γάλακτι vulgo. γάλατι Dindorfius ad Aristoph. fragm. p. 231. Dobraeus Adv. II p. 313: χόνδρος δὲ παρῆν. Pollux μεμιγμένος pro κατανενιμμένος. Si vere coniecit Dindorfius, de quo non dubito, perquam vulgari forma usus est poeta. V. ad Antiphanis Aphrod. I 4. — Vs. 19 καταχύτλοις λεκάναισι. V. ad Cratini Fragm. p. 158. Ibidem πύου τόμοι Villebrunius. Cod. A πυοτομοι. Pollux ἀμύλου τόμοι. Πύου an πυοῦ scribendum sit dubitari potest. Alterum probabat Herodianus. „De vocabulo πῦος, quod colostrum i. e.

primum lac a partu significat, dictum ad Athen. II 57 a et III 105 e. Est autem illud lac et per se densius (Plin. XXVII 9 32) *et nisi admisceatur aqua, in pumicis modum coit duritia*, ut ait idem Plinius XI 41 96. Quo minus mirari dibemus, πύου τόμους i. e. *frusta colostri* hic commemorari." Schweighaeuserus. — Vs. 21 κολυμβᾶν εἰς Τάρταρον perquam insolenter dictum est. Nisi forte κολυμβᾶν, quemadmodum ἀποπλεῖν (Aristoph. fragm. 192), de quovis itinere dici potuisse statuas. Insolens item *Tartari* nomine appellari beatam illam omnibusque bonis affluentem piorum sedem. Ceterum nescio an scribendum sit ὡς ἔχομεν εἰς Τάρταρον. Sensus enim hic esse videtur: *Enecas me diutius hic detinens, quum ex vestigio ad inferos descendere liceat.* Vulgo διατρίβουσα *commorandi* sensu accipiunt, quod alienum ab hoc loco. — Vs. 23 cod. A ὀπταὶ καὶ κίχλαι γὰρ εἰς ἀναβράσεις. ἀναβράσεις. ἀνάβραστ'. VL ὀπταὶ κίχλαι γὰρ ἀνάβραστ'. Pollucis ed. pr. ὀπταὶ κίχλαι δ' ἐπὶ τοῖς δ' ἀνάβροιστ'. Recte constituit Porsonus ad Euripidis Med. 44. — Vs. 24 ἀντιβολοῦσαι καταπιεῖν. Expressit Teleclidem l. l. vs. 4: μᾶζαι δ' ἄρτοις ἐμάχοντο, περὶ τοῖς στόμασιν τῶν ἀνθρώπων ἱκετεύουσαι καταπίνειν. — Vs. 26 ἐκρέμαντο vulgo. Correxit Porsonus. De dictione τὰ καλὰ τῶν καλῶν attuli quaedam Hist. crit. p. 60. — Vs. 27 ante Dindorfium οὐθενός. — Vs. 28 ἀμπεχόναις BC. ἀμπεχόναισι VL. Ibidem τριχάπτοις ABCP. τριχύφοις VL. Amictus τριχάπτους h. e. ex pilis plexos, de quibus intpp. Hesychii v. τρίχαπτον et Hemsterhusius ad Polluc. X 32 consulendi sunt, ex vulgari sermone recepit auctor eclogae. — Vs. 29 lepido errore σιβυλλιῶσαι BP. Notus est quem imitatur Pherecrates locus Aristophanis Ran. 515:

ὀρχηστρίδες
ἡβυλλιῶσαι κἄρτι παρατετιλμέναι.

Eodem versu antiquorum comicorum usui prorsus repugnat correptio syllabae litteram ῥ praecedentis *), quam frustra

---

*) Mirifice hac atticae dialecti lege abusus est Fritzschius ad Arist.

tuearis Hermippi exemplo Phormoph. II 8: ὄζει ἴων, ὄζει δὲ ῥόδων, ὄζει δ' ὑακίνθου, quod a metri genere excusationem habet. De alio Hermippi loco apud Bekkerum Anecd. p. 302 infra dixi in Hermippi fragm. fab. inc. III. Corruptus est, ut vel lectionis varietas docet, versus Aristoph. Vesp. 1067:

ἀλλὰ κὰκ τῶν λειψάνων δεῖ τῶνδε ῥώμην
νεανικὴν σχεῖν.

Nec Archippi verba apud Polluc. X 136 vitio carent, ut suo loco docebo. Corruptus item Amphidis locus est apud Athen. VI p. 224 e, ubi restituenda librorum lectio,

κοὐ λαλῶν ὅλα
τὰ ῥήματ', ἀλλὰ συλλαβὴν ἀφελὼν —

Apertum enim est in antecentibus non nihil excidisse. Denique Simyli exemplo apud Stobaeum Flor. LX 4: κριτὴν τὸ ῥηθὲν δυνάμενον συναρπάσαι, cur nihil tribuendum sit indicavi Praef. Hist. crit. p. XV. Unus qui dubitationem movere possit Platonis locus est Sophist. V: ἐν τρισὶν πληγαῖς ἀπηδέσθη τὸ ῥάμφος. Sed in tam brevi frustulo quam anceps iudicium sit facile intelligitur. Alia tragicorum poetarum ratio, de quibus dixit Hermannus ad Soph. Oed. T. 72, cuius exemplis addere licebit Aeschyli verba apud Hesychium: Αὐτορέγμονος πότμου, quae in trimetri fine posita fuisse probabile est. Horum igitur exemplum sequutus est Metallicorum auctor, quam eandem sibi licentiam sumpsit poeta Persarum I 10, in φυλλορροήσει secundam corripiens. Nam Persae quoque in spuriis Pherecratis fabulis numerati sunt. — Vs. 30 affert Pollux X 75: καὶ ἡ χώνη, ὅταν εἴπῃ Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσι, Κύλικας οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου ἤντλουν διὰ χώνης. Ita enim ex cod. Falckenb. restituit Hemsterhusius pro ἐν Πεττάλῃ vel Πετάλῃ, quamvis Athenaei ignarus. — Vs. 32 ἕκαστον Elmsleius Auct. ad

---

Thesm. p. 14 in ἑόρακα antepenultimam produci posse narrans propter sequens ῥ. Contrario errore idem alio loco in ὑορυγχομαχεῖν, quod Crateti (Sam. I 4) restitui voluit, secundam syllabam corripuit.

Acharn. 339. Vulgo ἕκαστος. Iacobsius Addit. p. 160 ἑκάστοτ'. Dobraeus Adv. II p. 313: ἕκασθ' ὅσ' ἢ φάγοι. Quod erunt fortasse qui ceteris praeferant. Ipse ἑκάστων conieceram. Pro εἰ Elmsleius ὅ τι. Ibidem τις BPV. τὶ L et Schweighaeuserus. — Vs. 33 Elmsleius διπλάσιον ἐγένετ'. Sed aoristus, quem habent PVL, minime aptus huic loco. ἐγίνετ' ABC. Pro εὐθὺς inutili coniectura Porsonus αὖθις. V. Dobraeus ad Arist. Plut. 867.

II.

Ὑπ' ἀναδενδράδων ἁπαλὰς ἀσπαλάθους πατοῦντες
ἐν λειμῶνι λωτοφόρῳ, κύπειρόν τε δροσώδη,
κἀνθρύσκου μαλακῶν τ' ἴων λείμακα καὶ τριφύλλου.

Athenaeus XV p. 685 a. de florum nominibus disserens, allatis quibusdam ex Persis Pherecratis versibus, ita pergit: ὁ δὲ πεποιηκὼς τοὺς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένους Μεταλλεῖς φησὶν Ὑπ' ἀναδενδράδων κτλ. Vs. 1 πατοῦντες Dindorfius ex B. Hermannus Doctr. metr. p. 575 scribebat πατῶν τις. Vulgo πατῶντας, quod frustra Schweighaeuserus tuetur glossa Hesychii, Πατώσας (cod. πατώμας): διατριβούσας. Quod ex ματώσας corruptum esse suspicor. Ibidem ἀσπαλάθους genere feminino dixit. Phrynichus Bekk. p. 10 9. Ἀσπάλαθος: ἀκανθῶδες φυτόν. Κλέανδρος θηλυκῶς, Ἀριστοφάνης ἀρσενικῶς. Ubi pro Κλέανδρος fortasse Μένανδρος scribendum esse indicavi Hist. crit. p. 489. Per autem mirum est aspalathum a Pherecrate mollem dici, quam spinosam fuisse plantam satis constat. Pursanus coniiciebat ἁπαλοὺς ἀσπαράγους. „Sed videndum ne diversae fuerint eiusdem generis nominisque species." Schweighaeuserus. — Vs. 3 κἀνθρύσκου A., κἀνθρίσκου vulgo. Ibidem λείμακα Canterus; libri λίμακα. Suidas, Λείμαξ: ὁ σύμφυτος τόπος, ὁ κῆπος. *Areolam* significare videtur. De triphyllo Athenaeus haec annotavit: ἐν τούτοις ζητῶ τί τὸ τρίφυλλον. καὶ γὰρ εἰς Δημαρέτην ἀναφέρεταί τι ποιημάτιον ὃ ἐπιγράφεται Τρίφυλλον. Triphyllum fuisse qui de Medica

herba interpretarentur docet Photius, *Μηδικὴ πόα: ἡ τρίφυλλος λεγομένη*. Cfr. Bodaeus ad Theophr. p. 456.

III.

Photius Lex. p. 32 12. *Εὐθὺς Λυκείου: τὸ εἰς Λύκειον. ὅθεν Ἐρατοσθένης καὶ διὰ τοῦτο ὑποπτεύει τοὺς Μεταλλεῖς. καὶ Εὐριπίδης* (Hipp. 1192) *οὐκ ὀρθῶς „Τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας ὁδόν."* Legebatur *εὐθὺ Λυκείου*, quod correxi Quaest. sc. I p. 33, sequente Bergkio Comment. p. 289. Notum est Atticistarum praeceptum neque *εὐθὺ* de tempore, neque *εὐθὺς* de loco dicendum esse affirmantium. V. Lobeckius ad Phryn. p. 144. Et recte illi, ubi locus in quem quis tendit, genitivo casu adiunctus est, ut in Pherecratis et Euripidis locis videmus, quibus nihil simile apud vetustos et probatos scriptores reperias. Cum autem in genitivi locum praepositio succedit, non *εὐθὺ* dicitur sed *εὐθύς*. Ita apud Xenophont. Cyrop. II 4 24: *ἐγὼ δὲ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, τοὺς ἡμίσεις μὲν τῶν πεζῶν ἔχων πάντας δὲ τοὺς ἱππέας, πορεύσομαι διὰ τοῦ πεδίου εὐθὺς πρὸς τὰ βασίλεια*. Neque aliter Pindarus locis a Bergkio allatis, Isthm. VII 41. Pyth. IV 83. Paullo diversa, at similis tamen eorum locorum est ratio, ubi *εὐθὺς* idem fere est quod *ἐγγύς*, *gleich daneben*. Thucyd. VI 96: *χωρίου ἀποκρήμνου τε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως εὐθὺς κειμένου*, *gleich über der Stadt*. Idem VII 22: *εὐθὺς πρὸ τοῦ στόματος τοῦ μεγάλου λιμένος ἐναυμάχουν*, et VIII 90: *παρ' αὐτὴν εὐθὺς ὁ ἔσπλους ἐστίν*. Hinc intelligitur recte legi apud Theocrit. XXV 23: *εὐθὺς δὲ σταθμοὶ περιμήκεες ἀγροιώταις δέδμηνται*, ubi fuit qui *ἐγγὺς* scribendum esse coniiceret.

IV.

Erotianus Lex. Hippocr. p. 56. *Ἀρμῶ: ἡσυχῇ, μικρῶς. ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσιν*. Hesychius, *Ἀρμοῖ: ἀρτίως, ἡσυχῇ, ἐξαίφνης, προσφάτως*. Idem, *Ἀρμῶ: ἀρτίως*. Doricum fuit adverbium, a communi attice loquentium consuetudine longe remotum. V. Valcken. Epist. ad Roev.

p. XLIX. Nam quod Aeschylus, poeta Sicularum formarum studiosissimus, eo usus est Prometh. 636, nihil mirum est. Sed meminisse decet in eius fabulae fragmentis nos versari, quam Eratosthenes, intelligentissimus harum rerum index, Pherecrati abiudicandam et Nicomacho tribuendam esse censuit. V. Hist. crit. p. 69. Contra Eratosthenem nuper disputavit Th. Bergkius Comment. p. 288 sqq. non iis tamen argumentis usus, quibus multum tribuendum putem. Hoc certe negari non potest in paucis huius fabulae fragmentis, praesertim in longiore illo quod primo loco exhibui, plurima reperiri, quae dictioni, qua veteres comici usi sunt, vehementer repugnant. Vide quae ad vs. 2 diximus de *εἰργασμένος* sensu passivo, vs. 15 de productione primae syllabae in *ἀτμίζειν*, vs. 18 de *γάλατι* pro *γάλακτι*, vs. 21 de *κολυμβᾶν*, vs. 28 de nomine *τρίχαπτον*, vs. 29 de correptione syllabae ante *ῥόδα*, denique Fragm. III de *εὐθὺς* cum genitivo pro *εὐθύ*. Quorum quum alia ex vulgari dialecto, quam *ὑπαγροικοτέραν* Aristophanes dicit, derivata sint, alia autem ad tragicorum poetarum imitationem efficta videantur, satis intelligitur, auctorem horum versuum varia dicendi genera parum accurate distinxisse. Quod autem in aliis quoque fabulis, quas nemo unquam in suspicionem vocavit, Pherecratem minus usitata posuisse Bergkius dicit, id verum quidem est (Hist. crit. p. 67): sed pleraque tamen eorum quae attulit vir amicissimus, parum apta sunt ad id quod voluit demonstrandum. Ex hoc genere est *Ἀθηναία* de cive Attica et *ἀλήθω* pro antiqua forma *ἀλέω*, quorum illud de industria, alterum autem plane non scripsisse Pherecratem suo loco demonstravimus. Alia porro eiusmodi sunt, ut quum lusus risusque caussa ficta sint, nihil habent in quo quis merito offendat. Quis enim vitio vertat poetae comico, quod v. c. *ἀποπροσωπίζεσθαι* dixerit *faciem a sordibus purgare*, aut *ὑοσκυαμᾶν insanire*, aut *ἐγκιλικίζειν Cilicum more illudere?* Haec et similia si demas, paucissima restant, quae vere insolentiae crimine laborare et ab usu et ingenio atticae dialecti aliena esse merito dicas. In ea au-

tem, de qua cum maxime agimus, fabula non tantum in singulorum vocabulorum usu et syllabarum mensura, sed etiam in tota elocutionis ratione laudatam Pherecratis elegantiam desideres, id quod de iis maxime dixerim quae versu quarto et sequentibus leguntur, poeta eo quem ἀττικώτατον veteres dixere parum digna. His adde frequentes in tam brevi fragmento aliorum poetarum imitationes, Teleclidis vs. 6, 17 et 24. Aristophanis vs. 29. Neque enim fore credo, qui ista Aristophanem ab auctore Metallicorum, non autem hunc ab Aristophane mutuatum esse dicat. Haec omnia reputanti mihi non dubitandum videtur, quin recte Eratosthenes Metallicis Pherecratis nomen detraxerit: qui quod Nicomachum potissimum et huius fabulae et Chironis auctorem edidit, non vanam profecto suisque fundamentis destitutam opinionem sequutus esse censendus est. Nicomachus autem ille quamquam quis fuerit ignoratur (cfr. Hist. crit. p. 75 sqq.), de aetate tamen qua vixerit nulla esse potest dubitatio, siquidem ipsa illa Metallicorum fragmenta, quantumvis habeant quae ab genuina attici sermonis castitate longe recedant, eam tamen indolem praeferunt, quae fabulae auctorem antiquae comoediae temporibus scripsisse haud obscure doceant. Ac fortasse etiam certiora afferre licet. Etenim si recte Eratosthenes etiam Chironem Pherecratis eidem auctori vindicavit, satis probabiliter Nicomachum circa Olymp. XCII scripsisse coniicias. Sed de Chirone infra dicendi locus erit. Neque vero his rationibus Athenaeus repugnare censendus est, qui quum altero loco (Fragm. II) Metallicos ad incertum auctorem rettulisset, altero (Fragm. III) non modo nullam de Pherecrate fabulae auctore dubitationem iniecit, sed etiam tempus quo edita fuit illa fabula satis accurate indicavit; medio enim eam loco ponit inter Teleclidis Amphictionas et Tagenistas Aristophanis: ex quo recte concludit Th. Bergkius p. 291 Metallicos Athenaeum in grammaticorum scriptis tanquam Pherecratis fabulam commemoratam repperisse. Sed haec siqua est difficultas ita videtur componi posse. Docuit revera Pherecrates fabulam Μεταλλῆς

inscriptam, ex quo consequens est eandem in didascaliis fuisse consignatam. Ex didascaliis eius rei notitia deinceps in grammaticorum scripta, ex quibus Athenaeus suam de fabularum temporibus scientiam derivavit, translata est. Sed eandem Pherecratis fabulam quum postea Nicomachus retractasset novaque incude diffinxisset, prioris fabulae editio, ut fieri solet, paullatim ex usu et memoria hominum elapsa est. Ita igitur factum videtur, ut Athenaeus eo quem diximus loco grammaticorum fidem sequutus genuinam Pherecratis fabulam manibus se tenere censeret, immemor ille tum quidem Eratosthenis, cuius crisin altero loco sibi sequendam putaverat. Qualis sive inconstantiae sive negligentiae exempla in illo scriptore non pauca reperiuntur.

Fragmenta fabulae praeter ea quae attulimus reperiuntur nulla; nec tamen a veritatis specie abhorrere videtur, eandem fabulam significari ab Hesychio, *Ταρρός: κώπη, καὶ πλέγμα καλάμινον, καὶ λίθος ὁ κάτω τιθέμενος ἐν τῷ ἰπνῷ ἐν τοῖς μεταλλεῦσι.* Nisi forte pro *μεταλλεῦσι* scribendum *μετάλλοις.* Apud Pollucem X 149: *θυλακοφορεῖν τοὺς μεταλλέας οἱ κωμῳδοὶ λέγουσι*, quae et ipsa ad nostram fabulam spectare credebam, nihil impedit quo minus unum Aristophanem respici existimemus. V. Aristoph. fragm. 619.

Μ Ε Τ Ο Ι Κ Ο Ι.

Apollonius de pron. p. 404 b: *ἐν Μετοίκοις Φερεκράτους ἅπαξ ἐστὶν εἰρημένη (ἡ εὐθεῖα ἐμαυτὸς) καὶ ἴσως ἕνεκα τοῦ γελοίου.* Sed eadem ab eodem p. 348 c ex Platonis *Μετοίκοις* afferuntur. Cfr. Hist. crit. p. 70.

ΜΥΡΜΗΚΑΝΘΡΩΠΟΙ.

Novissimus editor Aristophanis Thesmoph. p. 30 negat dubitari posse, quin Pherecrates hac in fabula improbum hominem *Myrmecem*, etiam ab Aristophane Ran. 1502 castigatum, quum ipsum tum familiam eius irriserit. Sed talis improbi civis per totam aliquam fabulam irrisio aliena est a poesi Pherecratis. Et quis credat obscurum hominem, qualis Myrmex ille fuit, idoneum comoediae argumentum praebere potuisse? Nec favet illi coniecturae Eustathius Opusculis a Tafelio editis p. 194: *ἕτεροι μυρμηκιὰν ἀγαθῶν προσειπόντες τὸν στῦλον τοῦτον* (columnam dicit, in qua stylita quidam Thessalonicensis versabatur), *ὡς εἰς μυρμηκάνθρωπον ταπεινώσουσι τὸν ἐν αὐτῷ μέγαν ἄνθρωπον· ἦν (ἦν) δὲ ἄρα σεμνότερον, ὡς εἰς μυρμηκολέοντα, ὅτι καὶ κρεῖττον ἀπολέσθαι παρὰ τὸ μὴ ἔχειν τροφήν, ὃ δὴ τῷ μυρμηκολέοντι ἐπιλαλεῖται, ἤπερ οὕτω ζῆν ἔχοντα καὶ συνάγοντα μυρμηκοειδῶς εἰς ἀπόθετον.* Is igitur *μυρμηκανθρώπους* de pusillis brevisque staturae hominibus intellexit. Sed potuit sane Eustathius, qui Pherecratis drama non nisi ex grammaticorum citationibus nosset, nomen illud in eum quem volebat sensum detorquere. Commendat tamen illam interpretationem quodammodo Fragm. IV, ubi nescio quis colo pro naviculae malo uti iubetur. Fuit quum notam fabulam de formicis in homines mutatis dramatis argumento subiectam fuisse crederem. Sed ei quoque coniecturae nihil in fragmentis praesidii. Deucalionis quasdam in hac fabula partes fuisse ex Fragm. II intelligitur.

I.

Athenaeus VI p. 229 a: *τοῦ δὲ ῥήματος* (*τηγανίζειν*) *μέμνηται Φρύνιχος ἐν Τραγῳδοῖς — καὶ Φερεκράτης ἐν Μυρμηκανθρώποις φησὶ Σὺ δ' ἀποτηγανίζεις.*

II.

Μηδέποτ' ἰχθὺν, ὦ Δευκαλίων, μηδ' ἢν αἰτῶ παραθῇς μοι.

Athenaeus VIII p. 335 a: δι' ὑμᾶς δὲ καὶ τῷ παιδὶ παρακελεύσομαι κατὰ τοὺς Φερεκράτους Μυρμηκανθρώπους Μηδέποτ' ἰχθὺν κτλ. „Μυρμηκανθρώπους L. μυρμηκανοὺς PV. Pherecratis versum attulit Eustathius p. 1720 46." Dindorfius. Idem scripsit ἢν pro vulgato ἄν.

III.

A. Τί ληρεῖς; ἀλλὰ φωνὴν οὐκ ἔχειν
ἰχθύν γέ φασι τὸ παράπαν. *B.* νὴ τὼ θεώ,
κοὐκ ἔστιν ἰχθὺς ἄλλος οὐδεὶς ἢ βόαξ.

Etymol. M. p. 218 31: Ἡρωδιανὸς δέ φησι καὶ δισυλλάβως λέγεσθαι (βῶκα sive βόακα piscem), ὡς Ἀριστοφάνης, Ἀλλ' ἔχουσα γαστέρα μεστὴν βοάκων. καὶ Φερεκράτης εἰπών· Τί ληρεῖς; ἀλλὰ κτλ. Athenaeus VII p. 287 a. ὠνομάσθη δὲ (βόαξ) παρὰ τὴν βοήν. διὸ καὶ Ἑρμοῦ ἱερὸν εἶναι λόγος τὸν ἰχθύν, ὡς τὸν κίθαρον Ἀπόλλωνος. Φερεκράτης δ' ἐν Μυρμηκανθρώποις εἰπὼν „Ἄλλον φωνὴν οὐκ ἔχειν ἰχθύν φασι τὸ παράπαν" ἐπιφέρει „νὴ τὼ θεώ, οὐκ ἔστιν ἄλλος ἰχθὺς οὐδεὶς ἢ βόαξ." Adscripsi locum ut legitur apud Etymologum. Vs. 3 apud Athenaeum οὐδεεὶς PV. οὐδὲ εἷς ABC. οὐδεὶς L. Ita etiam Zonaras Lex. p. 413: καὶ Φερεκράτης· Οὐκ ἔστιν ἄλλος οὐδεὶς ἢ βόαξ. Nescio tamen an scribendum sit ἄλλος οὐδὲ εἷς βόαξ. Lusisse videtur in vocabulo βόαξ, quod et piscem et clamatorem significare potest. Praedicaverit persona B (mulierem fuisse docent verba νὴ τὼ θεώ) nescio quid de vocalitate boacis. Nugaris, altera inquit, negant enim pisces esse vocales. Tum rursus illa: recte dicis, nec sane alius piscis praeter boacem clamator est. Ita carere licet Blomfieldii coniectura, post βόαξ verba φωνεῖν δυνάμενος excidisse suspicantis. De οὐδὲ εἷς apud veteres comicos v. Elmsleium in Censura Hecubae Pors. p. 257 ed. Lips.

IV.

Ἀλλ' ὡς τάχιστα τὸν γέρονθ' ἱστὸν ποίει,
ἀφ' οὗ τὸ λίνον ἦν.

Pollux VII 73: *τὸ ἐργαλεῖον καθ' οὗ ἔκλωθον* (cod. Iungerm. *αἴκλων*) *ἐξαρτῶντες τὰ στυππεῖα γέρων ἐκαλεῖτο. ἦν δὲ ἐκ ξύλου πεποιημένον κιόνιον, χεῖρας Ἑρμοῦ τετραγώνου ἔχον, ᾧ γέροντος ἐπῆν πρόσωπον, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα. Φερεκράτης δέ φησιν ἐν Μυρμηκανθρώποις Ἀλλ' ὡς τάχιστα κτλ.* Libri *ποιεῖ.* Correxit Kuhnius. Idem in sequentibus *ἐφ' οὗ.* Sed haec verba num cum Pherecratis versu coniungenda sint dubitare licet. Polluci tribuit Toupius Emend. II p. 521. Seniculum illum h. e. instrumentum cui netrices stuppas circumvolvebant, habemus etiam apud Herodem Stobaei Flor. LXXVIII 6:

ἢ ταῖσι μηλάνθῃσιν ἅμματ' ἐξάπτων
τοῦ κεσκίου μοι τὸν γέροντα λωβῆται.

Idem describitur a Pausania Eustathii ad Odyss. p. 1923 63: *γέρον* (*γέρων*) *ξύλον στυλίδι παραπλήσιον, ἔχον κεφαλὴν γεροντοειδῆ πλαστὴν ἢ γλυπτήν, καὶ χεῖρας ὡς Ἑρμοῦ τετραγώνου, ἐξ ὧν ἐκρέματο τὰ νηθόμενα στυππεῖα.*

V.

Pollux X 91: *εἴποις δ' ἂν καὶ κίστην ὀψοφόρον — καί που καὶ κοίτην, ὡς ἔν τε τοῖς Βάπταις Εὐπόλιδος, Ἀλλὰ τὰς κοίτας γ' ἔχουσι πλουσίως σεσαγμένας, καὶ ἐν Φερεκράτους Μυρμηκανθρώποις, Ἀλλὰ καὶ κοίτας τὰς ἐν ἐμοὶ ἀποβάνθ' ἃ μέλλονεν ἀριστῆσιν.* Postrema inde ab *ἀποβάνθ'* unus habet cod. Falckenburgianus. Hemsterhusius tentabat: *Ἀλλὰ καὶ ἐν κοίταις ταῖς ἐμοὶ* (sic) *ἀποκεῖθ' ἃ μέλλονεν ἀριστήσειν.* Eupolidei metri vestigia cernere mihi videor. Fortasse:

Ἀλλὰ καὶ κοίταις ἐν ἐμαῖσιν ἀπόκειθ' ἃ μέλλομεν
ἀριστήσειν.

Etiam in mea cista insunt quae pransuri sumus. Quae ex

parabasi petita suspicabar. Eodem dicendi genere in parabasi usus est Metagenes apud Pollue. X 88: *καιναῖσι παροιμίαισι καὶ πολλαῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον*, et Astydamas Athenaei X p. 411 a:

ἀλλ' ὥσπερ δεῖπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφόν.

VI.

Scholiasta Ven. Aristoph. Vesp. 672: *τὸ δὲ λαγαρίζεσθαι ἕτερόν τι ἔοικεν ἐμφαίνειν. Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις ἀντὶ τοῦ σιδαλεύειν* (leg. *σκαλεύειν*) *ἄρα ποθ' ὑμεῖς καὶ τῆς ὀροφῆς τὸν χοῦν, κατὰ τῆς κεφαλῆς κατακοιμήσονται λαγυριζόμενοι.* Veram huius verbi formam esse *λαγαρίζεσθαι* grammaticorum consensus docet, hunc ipsum Pherecratis locum respicientium. Hesychius, *Λαγαριζόμενοι: σκαλεύοντες.* Photius p. 201 9. *Λαγαριζόμενοι: σκαλεύοντες, τὰς λαγόνας τύπτοντες.* Eandem scripturam commendat dorica forma *λαγαρίττεσθαι.* Hesychius, *Λαγαρίττεται: μετριεύεται* (?). Pro *κατακοιμήσονται* scribendum videtur *καταμήσονται. Χοῦς* quid hoc loco significet docere videtur Hesychius, *Χοῦς: καὶ τὸ ἐπιβαλλόμενον τῷ ὀρόφῳ χῶμα.* Itaque locus ita scribendus videtur:

Ἀρά ποθ' ὑμεῖς * * * *
καὶ τῆς ὀροφῆς τὸν χοῦν [*ὑμῶν*]
κατὰ τῆς κεφαλῆς καταμήσονται
λαγαριζόμενοι.

Praeterea pro *ὑμεῖς*, quod ferri non posse apertum est, aut *ὑμῖν* aut *ὑμᾶς* scribendum est, id ut a verbo quod excidit regi statuatur. Nisi in verbis *ποθ' ὑμεῖς* latet *προθύμως.*

VII. VIII.

Γελῶντα καὶ χαίροντα καὶ τεθολωμένον.
Ὑπὸ τῆς ἀνίας ἀνεθολοῦθ' ἡ καρδία.

Photius Lex. p. 573 7. *Τεθολωμένος: καὶ ἐπὶ χαρᾶς. Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις Γελῶντα — τεθολωμένον.*

καὶ ἐπὶ λύπης *'Υπὸ τῆς ἀνίας κτλ.* Eadem Suidas v. *τεθολωμένος*, ubi *ἀπεθολοῦθ'* legitur, et Etymol. M. p. 750 10, qui alterum versum, quem Pherecratis esse pro certo affirmari non potest, ita scriptum affert *ὑπὸ τῆς ἀνοίας ἀνεθολοῦτο δ' ἡ καρδία.* Photii codex *ἀλεθόλου δ'.* Pertinet huc glossa Hesychii, *'Ανεθολοῦτο: ἀνεταράσσετο.* Convenit Horatianum *turbidum laetatur* Carm. II 19 6.

IX.

Οἴμοι κακοδαίμων, αἰγὶς ἔρχεται.

Suidas v. *αἰγὶς* vol. I p. 642. *Αἰγίς: καταιγίς. Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις Οἴμοι κακοδαίμων κτλ.* Dubium est utrum tempestas an turbulentus homo tempestatis instar ingruere dicatur. Postremum placuit Fritzschio ad Aristoph. Thesm. 100. Ac similiter ipse Pherecrates Epilesm. IV 3: *οἴμοι τάλας χαράδρα κατελήλυθεν.* Alterum non nihil praesidii habere videtur in Fragm. IV, ubi nescio quis navem apparare iubetur. Quod idem Fritzschius *αἰγὶς* duplicavit, id ex eo coniecturarum genere est, quas nec refellere argumentis nec demonstrare licet. Quis enim praestet non adiectam fuisse in fine versus interiectionem *βαβαί*, vel simile quid?

X.

"Υστερον ἀρᾶται κἀπιθειάζει τῷ πατρί.

Suidas v. *ἀρᾶται* vol. I p. 308. *'Αρᾶται: εὔχεται, ἢ καταρᾶται.* [*ἢ ἐπιθειάζει τῷ πατρί*]. *Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις "Υστερον ἀρᾶται κἀπιθειάζει τῷ πατρί.* Correxit Toupius, firmante Grammatico Bekkeri Anecd. p. 442 et Eustathio ad Odyss. p. 1438 37: *ἐπιθεάζειν ἔλεγον οἱ παλαιοὶ ἀντὶ τοῦ καταρᾶσθαι, προφέροντες καὶ χρῆσιν Φερεκράτους ταύτην· "Υστερον ἀρᾶται καὶ ἐπιθεάζει τῷ πατρί.* Hesychius a Toupio allatus, *'Επιθεάζει: θεοὺς ἐπικαλεῖται.* De verbo *ἐπιθεάζειν* optime dixit Blomfieldius ad Aeschyli Choeph. 843.

XI.

Ξένη γυνὴ γραῦς ἀρτίως ἀφιγμένη.

Suidas v. *ἀρτίως* vol. I p. 389. *Ἀρτίως: τελείως, ὑγιῶς. οὐ μόνον δὲ ἄρτι τὸ πρὸ ὀλίγου. Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις Ξένη γυνὴ γραῦς κτλ.* Eadem Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 448.

XII.

Pollux VII 17: *τὴν θεραπαινίδα καὶ θρεπτὴν ἐρεῖ ὅστις βούλοιτο ἕπεσθαι Φερεκράτει εἰπόντι ἐν Μυρμηκανθρώποις Μανίαν θρεπτήν. ἔστι δὲ τοὔνομα καὶ ἐν τῷ Λυσίου πρὸς Πυθόδημον ὑπὲρ ἀποστασίου.* Frequentius est servulos dici *θρεπτούς*, quam servulas *θρεπτάς*. Cfr. Valckenarius ad Ammon. p. 173.

XIII.

Zenobius IV 23. *Ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι: ἡ παροιμία παρὰ Φερεκράτει ἐν τοῖς Μυρμηκανθρώποις. κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν ἀποκινδυνευόντων. τὸ μὲν γὰρ ἓξ τὴν παντελῆ νίκην δηλοῖ, τὸ δὲ τρεῖς κύβοι τὴν ἧτταν.* Eadem habet schol. Platonis Bekk. p. 460.

Π Ε Ρ Σ Α Ι. *)

I.

Τίς δ' ἔσθ' ἡμῖν τῶν σῶν ἀρότων ἢ ζυγοποιῶν ἔτι χρεία,
ἢ δρεπανουργῶν ἢ χαλκοτύπων ἢ σπέρματος ἢ χαρακισμοῦ;

---

*) V. Hist. crit. p. 70.

αὐτόματοι γὰρ διὰ τῶν τριόδων ποταμοὶ λιπαροῖς ἐπιπάστοις
ζωμοῦ μέλανος καὶ Ἀχιλλείοις μάζαις κοχυδοῦντες ἐπιβλὺξ
ἀπὸ τῶν πηγῶν τῶν τοῦ Πλούτου ῥεύσονται, σφῶν ἀρύτεσθαι.
ὁ Ζεὺς δ' ὕων οἴνῳ καπνίᾳ κατὰ τοῦ κεράμου βαλανεύσει,
ἀπὸ τῶν δὲ τεγῶν ὀχετοὶ βοτρύων μετὰ ναστίσκων πολυτύρων
ὀχετεύσονται θερμῷ σὺν ἔτνει καὶ λειριοπολφανεμώναις.
τὰ δὲ δὴ δένδρη τἀν τοῖς ὄρεσιν χορδαῖς ὀπταῖς ἐριφείοις
φυλλορροήσει, καὶ τευθιδίοις ἁπαλοῖς κίχλαις τ' ἀναβράστοις.

Athenaeus VI p. 269 c allata quam supra exhibui Pherecratis ex Metallicis ecloga, ita pergit: *κἀν τοῖς Πέρσαις δέ φησι Τίς δ' ἔσθ' ἡμῖν τῶν σῶν ἀρότων κτλ.* **Intelligenter Franc. Ritterus Dissert. de Aristophanis Pluto p. 75: „Alloquitur aliquis, ut probabiliter coniicere licet,** *Πενίαν*, **quae cum haec fere dixisset, per ipsam aratores, iugorum falciumque artifices, fabros aerarios atque frumenti satores ad laborem sustinendum impelli, quod secus futurum esset, si Plutus se omnibus dedisset, haec igitur cum Paupertas dixisset, eius adversarius respondet:** *quid nobis opus est aratris tuis, vel iugorum falciumque artificibus vel fabris aerariis? sua sponte enim omnium rerum copia nobis ex Pluti fontibus affluet.* **In sequentibus alia vitae commoda lepidissime describuntur. Pluti fontes in hoc fragmento ita commemorantur, ut inde omnia bona et summa vitae felicitas tanquam a deo fluviali affluerent; eos autem fontes eorumque deum in terram Persicam, h. e. in eam terram, in**

qua ingentes auri acervos servari credebantur, collocatos esse a poeta, ex fabulae nomine probabiliter colligi potest. Totus locus quodammodo similis est Aristophanis Pluti 804—814, ita tamen, ut in hoc bona Pluto auctore iam allata memorentur, in Pherecrateo ut mox adventura describantur." Haec Ritterus, qui Pherecratem seu quicunque fabulae auctor habendus est, hoc sibi propositum habuisse satis probabiliter statuit, ut absurdas Atheniensium spes atque ineptam auro Persarum potiundi cupiditatem perstringeret. Vs. 1 ζυγοποιῶν. Pollux VII 115: καὶ ζυγοποιεῖν, ὡς ἐν Πλούτῳ Ἀριστοφάνης. Ubi in poetae nomine erratum esse videtur Dobraeo ad Plut. 115. — Vs. 3 et 4 propter verbum κοχυδεῖν affert Eustathius ad Il. p. 1095 19. De ἐπιπάστοις h. e. placentis, quas salsis quibusdam condimentis conspergebant, v. intpp. Hesychii I p. 1374 et quem Schweighaeuserus affert scholiastam Aristoph. Equ. 103. Idem recte coniungit ποταμοὶ ζωμοῦ μέλανος κοχυδοῦντες ἐπιπάστοις καὶ μάζαις Cfr. Metall. I. De placentis ex hordeo Achilleo v. Brunckium ad Arist. Equ. 819. — Vs. 4 ἐπιβλὺξ (epit. Hoesch. ἐπικλὺξ) attigit Eustathius l. l. τὸ ἐπιβλὺξ ἐκ τοῦ βλύζω βλύξω δωρικοῦ παρῆκται. — Vs. 5 ῥεύσονται C. ῥεύσοντας PVL. ῥεύσαντας B. Eandem huius futuri formam, quam Buttmannus Grammat. ampl. II p. 287 Atticis usitatam fuisse negabat, praeter Pherecratem habet etiam Crates Θηρ. II 4: ἑκάστῳ ῥεύσεται εἰς τὴν πύελον, et Euripides Thes. I p. 355: πρηστῆρε ῥεύσονται κάτω Ita enim recte Barnesius. — Vs. 6 οἴνῳ οἰκαπνίαι AP. οἴνῳ καπνίᾳ CL. Tum καὶ pro κατὰ V. — Vs. 7 libri μετ' ἀμητίσκων καὶ νασίσκων (C ναστίσκων). Heringa Observ. XXI p. 176: μετ' ἀμητίσκων, ceteris deletis. Rectius Schweighaeuserus priora illa μετ' ἀμητίσκων ex parallelo loco Pherecratis (Metall. I) irrepsisse statuit. — Vs. 8 θερμῷ Villebrunius. Libri θερμοί. Tum λειριοπολφανεμώνας Casaubonus ad Athen. IV p. 158 b interpretatur de polpho cum liliis et anemonis parato. Ἀνεμώνη etiam μάζης εἶδος erat teste Hesychio s. v. ἀνεμώνη et Polluce VI 76. Idque

melius convenit cum πολφῷ. Ac probabile est etiam λείριον mazae nomen fuisse. — Vs. 9 vulgo τὰ δένδρη τ' αὐτοῖς (Casaub. τὰν τοῖς) ὄρεσιν. C post τὰ addit δέ. Pro δένδρη B habet δένδρα. Unde Dindorfius edidit τὰ δὲ δένδρ' ἡμῖν. Propius a vero aberat Schweighaeuserus, τὰ δὲ δένδρη τὰν τοῖς ὄρεσιν δή, proxime Erfurdtius Observ. p. 461 coniiciens: τὰ δὲ δένδρη δὴ τὰν τοῖς ὄρεσιν, ut docet Grammaticus Crameri Anecd. I p. 277: γίνεται τὰ εἰς ον οὐδέτερα καὶ εἰς ος. ὥσπερ τὸ θύον θύος· „καὶ μὲν τοὺς θυέεσσιν" (Iliad. ι 499), ὡς ἀπὸ τοῦ θύος, ὡς βελέεσσιν· καὶ ἄρειον ἄρειος (leg. δρίον δρίος cll. Etymol. M. 287 46). καὶ κρίνον κρίνος ἔνθεν καὶ κρίνεσι παρὰ Ἀριστοφάνει. καὶ παρὰ Ποσιδίππῳ „τὸ τῆς ἐλαίας δένδρον." καὶ πάλιν παρ' Ἀριστοφάνει „τὰ δὲ δὴ δένδρα (leg. δένδρη) τὰν τοῖς ὄρνεσι (sic)." Haec ad hunc ipsum Pherecratis locum referenda esse vidit etiam Th. Bergkius Comment. p. 294, in eo tamen falsus, quod hinc colligit fuisse qui Persas Aristophani vindicarent: non enim errasse grammaticum in nomine Aristophanis, cum addiderit καὶ πάλιν. Sed illud πάλιν quo spectet non obscurum est. Posidippum inquit dixisse δένδρον, Aristophanem contra δένδρη a δένδρος. De forma δένδρη v. Piersonum ad Moer. p. 132. Eandem pro vulgato δένδρεα probare debebat Matthiae in fragm. Eurip. Phaeth. XIII 2. — Vs. 9 φυλλοροήσει pro φυλλορροήσει. Cfr. ad Metall. I 29. Mox Dobraeus ἁπαλοῖσι. Sed videtur κίχλαις hoc loco recte primam syllabam producere, cum in thesi sit posita.

II.

Ὦ μαλάχας μὲν ἐξερῶν ἀναπνέων δ' ὑάκινθον,
καὶ μελιλώτινον λαλῶν καὶ ῥόδα προσσεσηρώς·
ὦ φιλῶν μὲν ἀμάρακον, προσκυνῶν δὲ σέλινα,
γελῶν δ' ἱπποσέλινα καὶ κοσμοσάνδαλα βαίνων,
ἔγχει κἄπιβόα τρίτον παιῶν', ὡς νόμος ἐστίν.

Athenaeus XV p. 685 a. καὶ ὁ Φερεκράτης δὲ ἢ ὁ πε-

ποιηκὼς τὸ δρᾶμα τοὺς Πέρσας μνημονεύων καὶ αὐτὸς ἀνθῶν τινων στεφανωτικῶν φησιν Ὦ μαλάχας μὲν ἐξερῶν κτλ. Ipsum Plutum, quem poeta hac in fabula induxerit, his verbis compellari existimat Franc. Ritterus Dissert. de Aristoph. Pluto p. 76. Mihi illa de homine Calliae Eupolidei (Adulat. XVII) haud dissimili et in Persicam mollitiem effuso intelligenda videbantur. Vs. 1 Porsonus Advers. p. 145 *ἐξεμῶν*. Recte editum tuetur Lobeckius ad Phryn. p. 64. Dalecampii coniecturam *ἐξορῶν* probabat Hermannus Doctr. metr. p. 576. Simile illud Eupolidis in Marica XII *ψάγδαν ἐρυγγάνειν* de homine deliciis et voluptatibus diffluente, et eiusdem in Adulat. XVII *μῆλα χρέμπτεσθαι*. In fine versus *δ' ὑάκινθον* AC. *διὰ ὑάκινθον* L. *δι' ὑάκινθον* B. — Vs. 3 Hermannus olim in libro de Metris p. 375 *προσκυνῶν*. Postea Doctr. metr. l. l. probavit *προσκινῶν*. Recte interpretatur Schweighaeuserus: *cuius oscula amaracum olent, concubitus apium.* *σέλινα* ABC. *σέλινον* L. Pro *δὲ* ex B enotatum *καί* — Vs. 4 *γελῶν δ' ἱπποσέλινα* ex AC primus addidit Schweighaeuserus, sed frustra haeret in metro et sententia. Idem, opinor, est ac si dixisset *γελῶν ἱπποπορνικῶς*. Totum hoc fragmentum admirabili imaginum varietate et ingeniosissimo ambiguae dictionis lusu conspicuum est. — Vs. 5 ante Canterum *κἀπιβοάτριτον*. Ibid. *παιῶν'* pro *παιὼν* Schweighaeuserus, illum paeanem respici monens, qui canebatur cum tertium post coenam poculum biberent. Blomfieldius Gloss. Aesch. Agam. 178 *παιᾶν'*. Hermannus *παίων'*, fortasse calami lapsu.

III.

Ἦν δ' ἡμῶν σῦκόν τις ἴδῃ διὰ χρόνου νέον ποτέ,
τώφθαλμὼ τούτῳ περιμάττομεν τὼ τῶν παιδίων.

Athenaeus III p. 78 d: *Φερεκράτης δὲ ἢ ὁ πεποιηκὼς τοὺς Πέρσας φησὶν Ἦν δ' ἡμῶν — παιδίων, ὡς καὶ ἰάματος οὐ τοῦ τυχόντος τῶν σύκων ὑπαρχόντων.* Metri rationem primus perspexit Erfurdtius Observ. p. 448. Vs. 2

„τὼ φθαλμὼ A. τὠφθαλμῷ C. τῷ 'φθαλμῷ VL. ὀφθαλμῷ omisso articulo P. περιμάττομεν τούτῳ Casaubonus. τούτῳ περιμάττομεν Hermannus Doctr. metr. p. 581. περιμάττομεν τοῦτο ABCP. περιμάττομέν γε τοῦτο VL. τὼ τῶν Erfurdtius. Aberat τώ." Dindorfius.

IV.

'Επὶ τηγάνοις καθίσανθ' ὑφάπτειν τοῦ φλέω.

Athenaeus VI p. 228 e: τήγανον δ' ὦ βέλτιστε εἴρηκεν ἐν μὲν Ἀήροις Φερεκράτης — καὶ ἐν Πέρσαις ὁ αὐτὸς 'Επὶ τηγάνοις κτλ. Καθίσανθ' pro καθίσαντα Dindorfius ex P. Pro φλέως scripsi φλέω.

V.

Στεφάνους τε πᾶσι κὠμφαλωτὰς χρυσίδας.

Athenaeus XI p. 502 a: Φερεκράτης δὲ ἢ ὁ πεποιηκὼς τοὺς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένους Πέρσας φησί Στεφάνους κτλ. Locus ex convivii descriptione petitus videtur Persico apparatu splendescentis. De poculis ὀμφαλωτοῖς v. ad Cratinum p. 49.

VI.

Οὗτος σύ, ποῖ τὴν ἀργυρίδα τηνδὶ φέρεις;

Athenaeus XI p. 502 b: τῆς δὲ ἀργυρίδος φιάλης Φερεκράτης μὲν ἐν Πέρσαις οὕτω μνημονεύει Οὗτος σύ κτλ.

VII.

Τὸ παιδίον,
τὸ πολλαγόρασον κἀπὸ πολλῶν τηλιῶν.

Pollux VII 15: τὸν δὲ πολλὰ ὠνούμενον ἔξεστιν εἰπεῖν πολλαγόρασον, εἰ καὶ φαῦλον τοὔνομα, ἀλλ' ὅτι Φερεκράτης εἴρηκεν ἐν Πέρσαις Τὸ παιδίον κτλ. Sane abiectum vocabulum est πολλαγόρασος, de quo cfr. Lobeckium ad

Phryn. p. 436. Tum τηλιῶν scripsi pro ϑ' ἡλίων praeeunte Kuhnio, qui tamen male interpretatur. Recte ut videtur Hemsterhusius ad Polluc. X 18 admonet scholiastae Aristoph. Plut. 1038: καὶ δὴ καὶ ἰδίως ἐκαλεῖτο τηλία περίφραγμα σανίδων ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐν ᾧ ἄλφιτα ἐπιπράσκετο. Itaque perinde est ac si scripsisset τὸ παιδίον τὸ πολλὰ καὶ ἀπὸ πολλῶν τηλιῶν ἀγοράζον. Quod alii comparaverunt ex Alciphronis Epist. III 53: τῶν ἀπὸ τῆς τηλίας τινὰ νεανίσκων, a Pherecratis loco alienum est.

VIII.

Scholiasta Aristoph. Ran. 362: ἢ τἀπόρρητ' ἀποπέμπει] πρὸς τοὺς ποιήσαντας τοὺς Φερεκράτους Πέρσας· τὰ γὰρ ἀπόρρητα ἤκουσιν, ὡς νῦν ἡμῖν ἔϑος. Haec paullo audacioribus coniecturis tentavit Th. Bergkius Comment. p. 294. Recte pro ἤκουσιν Dobraeus corrigit ἤκουσεν, sive potius ἤκουσαν, ut voluit Dindorfius, qui postrema verba in cod. Florent. ita legi mihi indicavit: ὡς νῦν ἐκ (ἐπὶ) τῶν μυστηρίων ἔϑος. Itaque hoc dicit scholiasta, ἀπόρρητα, quae Aristophanes de rebus vetitis dixit, Persarum auctorem de mysteriis dixisse. Mysteria autem eo sensu intelligenda videntur, quem attigit Lobeckius Aglaoph. p. 85.

Π Ε Τ Α Λ Η.

I.

Οὗτος πόϑεν ἦλϑες; Β. εἰς Κολωνὸν ἱέμην,
οὐ τὸν ἀγοραῖον, ἀλλὰ τὸν τῶν ἱππέων.

Argumentum Oed. Col. Sophoclis p. 7 Herm.: μνημονεύει τῶν δυεῖν Κολωνῶν Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ διὰ τούτων· Οὗτος πόϑεν ἥκεις; κτλ. Harpocrat. p. 114 9: ἐκα-

λεῖτο δὲ ὁ Κολωνὸς οὗτος ἀγοραῖος. ἦν δὲ καὶ ἕτερος Κολωνὸς πρὸς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερόν, ὡς Ὑπερείδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους· οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ τῶν ἱππέων. Φερεκράτης Πετάλῃ· Οὗτος πόθεν ἥκεις κτλ. Vs. 1 Argum. ᾠχόμην. Harpocrat. codices ἢ μήν, quod in ἵεμην mutavi Quaest. Menandr. p. 23. Respicitur enim tritum illud proverbium ὄψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς τὸν Κολωνὸν ἵεσο apud Pollue. VII 133. Photium Lex. p. 367 6 aliosque, in quo qui Colonus commemoratur, non equestris ille sed forensis intelligendus est.

II.

Ἀλλ' ὦ περιστέριον ὅμοιον Κλεισθένει,
πέτου, κόμισον δέ μ' εἰς Κύθηρα καὶ Κύπρον.

Athenaeus IX p. 395 c: Φερεκράτης ἐν Γραυσί φησιν — ἐν δὲ Πετάλῃ Ἀλλ' ὦ περιστέριον κτλ. Vs. 1 libri Καλλισθένει. Correxerunt Porsonus Adv. p. 113 et Elmsleius ad Acharn. 118. Mirificum Brunckii commentum apud Aristophanem Ran. 48 *Clisthenem* navis nomen esse suspicantis, non minus mirifice ad Pherecratis locum transtulit Fritzschius Actis Soc. gr. 1 p. 149. Loqui videtur Cinesias aliquis aut Leotrophides, levissimi homo ponderis. Clistheni autem assimulat columbulam propter effeminatos et molliculos hominis mores.

III.

Athenaeus VIII p. 343 c: κωμῳδοῦσι δ' αὐτὸν (Melanthium) ἐπ' ὀψοφαγίᾳ Λεύκων ἐν Φράτερσιν, Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ, Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ. De Melanthio vide Hist. crit. p. 205 sq. et Th. Bergkii Comment. p. 340.

IV.

Athenaeus XV p. 690 f: ὠνομάσθη καὶ τοῦτο (Μεγάλλιον μύρον) ἀπὸ Μεγάλλου τοῦ Σικελιώτου. οἱ δ' Ἀθηναῖον φασὶν εἶναι τὸν Μέγαλλον. μνημονεύει δ' αὐτοῦ

Ἀριστοφάνης ἐν Τελμησσεῦσι, καὶ Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ. Hesychius, Μετάλλειον μύρον: Ἀριστοφάνης „Μεταπέμπου νῦν ταῦτα σπουδῇ καὶ μύρον, εὕρημα Μετάλλου." Μέταλλος γάρ τις Σικελιώτης τὴν τοῦ Μεταλλείου μύρου κατασκευὴν εὗρε. μνημονεύει δὲ καὶ Φερεκράτης ἐν τῇ Πετάλῃ. De varietate scripturae Μέγαλλος et Μέταλλος v. Meursium ad Hellad. p. 53 et Dindorfium ad Fragm. Aristoph. p. 188.

V.

Κἀκ πιθῶνος ἤρυσαν
ἄκρατον.

Pollux VII 163: ἀπὸ δὲ τῶν πίθων ὁ πιθών, Φερεκράτους εἰπόντος ἐν Πετάλῃ Κἀκ πιθῶνος εἴρυσεν ἄκρατον. Libri εἴρυσαν. Scripsi ἤρυσαν.

VI.

Παίειν με τύπτειν λακπατεῖν ὠθεῖν δάκνειν.

Photius Lex. p. 204 20. Λακπατεῖν: Φερεκράτης Πετάλῃ Παίειν με κτλ. Codex λακπάπτειν et λάκπαπτειν. Correxit Porsonus, et ante Porsonum Albertus ad Hesychium v. λακπατῆσαι.

VII.

Πρόσαιρε τὸ κανοῦν, εἰ δὲ βούλει, πρόσφερε.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 358 4. Αἶρε: πρόσφερε. αἴρειν γὰρ καὶ τὸ προσφέρειν δηλοῖ, οἷον „Αἶρ' αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ" Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ. καὶ μετὰ τῆς προθέσεως Φερεκράτης Πετάλῃ Πρόσαιρε κτλ. Eadem Suidas v. αἴρειν. Similis orationis color apud Aristoph. Ran. 1190: χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει κάρδοπον. Quibus verbis ineptam tautologiam rideri recte monuit Valcken. ad Adoniaz. p. 326 c.

Praeterea Petale Pherecratis commemoratur loco luxato apud Suidam III p. 592: Φερεκράτης Πετάλῃ γράφει. Lo-

cus ipse excidit. Apud Pollucem X 25, ubi olim legebatur *Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ*, nunc recte legitur *Μεταλλεῦσιν*. V. ad Metall. I 30. De titulo fabulae dixi Hist. crit. p. 80.

ΤΥΡΑΝΝΙΣ.

I.

Εἶτ' ἐκεραμεύσαντο τοῖς μὲν ἀνδράσιν ποτήρια
πλατέα, τοίχους οὐκ ἔχοντ', ἀλλ' αὐτὸ τοὔδαφος μόνον,
κοὐχὶ χωροῦντ' οὐδὲ κόγχην, ἐμφερῆ γευστηρίοις·
σφίσι δέ γ' αὐταῖσιν βαθείας κύλικας ὥσπερ ὁλκάδας
οἰναγωγούς, περιφερεῖς, λεπτάς, μέσας γαστροειδας,
οὐκ ἀβούλως, ἀλλὰ πόρρωθεν κατεσκευασμέναι
αὔθ', ὅπως ἀνεκλογίστως πλεῖστος οἶνος ἐκποθῇ.
εἶθ' ὅταν τὸν οἶνον αὐτὰς αἰτιώμεθ' ἐκπιεῖν,
λοιδοροῦνται, κώμνύουσι μὴ 'κπιεῖν ἀλλ' ἢ μίαν.
ἡ δὲ κρείττων ἡ μί' ἐστὶ χιλίων ποτηρίων.

Athenaeus XI p. 481 b: *ὅτι δὲ μεγάλοις ποτηρίοις αἱ γυναῖκες ἐχρῶντο ὁ αὐτὸς εἴρηκε Φερεκράτης ἐν Τυραννίδι διὰ τούτων Εἶτ' ἐκεραμεύσαντο κτλ.* Ex Athenaeo locum repetiit Eustathius ad Odyss. p. 1632. Vs. 1 vulgo *εἶτα κεραμεύσαντα.* Recte Th. Bergkius *εἶτ' ἐκεραμεύσαντο* h. e. *mulieres confici iusserunt.* Ibidem *μὲν* a Schweigh. additum ex C, in quo sic scriptum est, *φερεκράτης δὲ παίζων φησὶ τοῖς μὲν ἀνδράσι κεραμεύεσθαι ποτήρια πλατέα.* — Vs. 3 ante Casaubonum *δωροῦντ'*. — Vs. 4 vulgo *φασὶ δ' αὐταῖσιν.* Correxit Bergkius. — Vs. 4 *μέσας*, pro quo C et Eustathius *μεστάς* habent, praeeunte Schweighaeusero cum *γαστροειδας* coniunxi: *media parte in immanem ventrem patentes.* *Γαστροειδας* A. *γαστροίδας* B. *γαστραίδας* P.

γάστριδας VL. omittunt C et Eustathius. Porsonus Adv. p. 127 *ἐγγάστριδας*, *gravidas*, quod vix aptum. Nec tamen qua analogia *γαστροΐδας* tueri liceat perspicio. Scribendum videtur *γαστροίδεας*. Eustathius ad Odyss. p. 1684 28: *εὕρηται παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ ἰσχιοίδης ὁ μεγάλα ἰσχία ἔχων· οὕτω δὲ καὶ γαστροοίδης* (corr. *γαστροίδης*) *τις καλεῖται ὑπὸ Ἀττικῶν, καὶ ὠμοίδης καὶ πεοίδης.* Eiusdem generis est *χελυνοίδης labio* apud Phrynichum Bekk. p. 72 26. Sed haereo nonnihil in soluta accusativi forma, quamquam *ἡμίσεας* et pauca alia eiusdem generis ab Atticis dici me non fugit. Vs. 6 *οὐκ — αὖθ'* om. C et Eustathius. *πόρρωθεν ex longinquo rem* (*αὐτὸ*) *ita instuentes ut plurimum vini bibere possint.* — Vs. 7 *αὖθ'* Dindorfius pro *αὖθ'*. Ibid. *ἀνεκλογίστως* idem fere quod *ἀνεξελέγκτως*. — Vs. 10 ex parte citat Athenaeus X p. 460 c: *καὶ Φερεκράτης ἐν Τυραννίδι Κρείττων μί' ἐστὶ χιλίων ποτηρίων.*

II.

Κἄπειθ' ἵνα μὴ πρὸς τοῖσι βωμοῖς πανταχοῦ
ἀεὶ λοχῶντες βωμολόχοι καλώμεθα,
ἐποίησεν ὁ Ζεὺς καπνοδόκην μεγάλην πάνυ.

Harpocratio p. 47 3: *Κυρίως ἐλέγοντο βωμολόχοι οἱ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ὑπὸ τοὺς βωμοὺς καθίζοντες καὶ μετὰ κολακείας προσαιτοῦντες. ἔτι δὲ καὶ οἱ παραλαμβανόμενοι ταῖς θυσίαις αὐληταί τε καὶ μάντεις. Φερεκράτης Τυραννίδι· Κἄπειθ' ἵνα μὴ κτλ.* Vs. 1 libri fere *καὶ ἔπειτα.* Porsonus ad Phoen. 1422 *ἔπειθ'*. Tum *τοῖσι* Maussacus pro *τοῖς*. Pro *βωμοῖς* duo codd. *ναοῖς*. Versu secundo *καλούμεθα* cod. C. Deum quendam haec loqui annotavit Dobraeus Adv. I p. 586.

III.

Ἆρ' ἀράχνι' ὥσπερ ταῖς σικύαισι ταῖς κεναῖς;

Suidas v. *ἀράχνη* vol. I p. 310: *Φερεκράτης Τυραννίδι*

'Αράχνεια ὥσπερ σικύαισι ταῖς κεναῖς. Idem v. συκναῖσι vol. III p. 392: Φερεκράτης Τυραννίδι 'Αρ' ἀράχνι' ὥσπερ ταῖς συκναῖσι ταῖς κεναῖς. Recte Valckenarius Diatr. p. 169 a. σιπναῖσι, sive potius σιπύαισι. Harpocratio a Runkelio allatus p. 166 18: σιτηρὸν ἀγγεῖόν ἐστιν ἡ σιπία, ἔστι δὲ πολλάκις παρὰ τοῖς ἀρχαίοις κωμικοῖς.

IV.

Hesychius, *Γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττειν*: παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ δεομένων προστάξεως, διὰ τὸ ἀναγκαίως καὶ χωρὶς ἐπικελεύσεως τοῦτο πράττειν. Φερεκράτης Τυραννίδι. Eadem, sed omissa Pherecratis commemoratione Prov. Coisl. 91. Proverbium rectius alii interpretantur. V. ad Fragm. Philem. p. 361.

Χ Ε Ι Ρ Ω Ν. *)

I.

Λέξω μὲν οὐκ ἄκουσα, σοί τε γὰρ κλύειν
ἐμοί τε λέξαι θυμὸς ἡδονὴν ἔχει.
ἐμοὶ γὰρ ἦρξε τῶν κακῶν Μελανιππίδης
ἐν τοῖσι πρώτοις, ὃς λαβὼν ἀνῆκέ με,
χαλαρωτέραν τ' ἐποίησε χορδαῖς δώδεκα.
ἀλλ' οὖν ὅμως οὗτος μὲν ἦν ἀποχρῶν ἀνὴρ
ἔμοιγε πρὸς τὰ νῦν κακά.
Κινησίας δὲ ὁ κατάρατος 'Αττικός,
ἐξαρμονίους καμπὰς ποιῶν ἐν ταῖς στροφαῖς,

*) V. Hist. crit. p. 71 — 80.

ἀπολώλεκέ μ' οὕτως, ὥστε τῆς ποιήσεως
τῶν διθυράμβων, καθάπερ ἐν ταῖς ἀσπίσιν,
ἀριστέρ' αὐτοῦ φαίνεται τὰ δεξιά.
ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις οὕτως ἦν ὅμως ὅμως.
Φρύνης δ' ἴδιον στρόβιλον ἐμβαλὼν τινά,
κάμπτων με καὶ στρέφων ὅλην διέφθορεν,
ἐν πέντε χορδαῖς δώδεχ' ἁρμονίας ἔχων.
ἀλλ' οὖν ἔμοι γε χοὖτος ἦν ἀποχρῶν ἀνήρ,
εἰ γάρ τι κἀξήμαρτεν αὖθις ἀνέλαβεν.
ὁ δὲ Τιμόθεός μ', ὦ φιλτάτη, κατορώρυχεν,
καὶ διακέκναικ' αἴσχιστα. Δ. Ποῖος οὑτοσὶ
Τιμόθεος; Μ. Μιλήσιός τις Πυρρίας
κακά μοι παρέσχεν· οὗτος ἅπαντας οὓς λέγω
παρελήλυθ' ἄγων ἐκτραπέλους μυρμηκίας.
κἂν ἐντύχῃ πού μοι βαδιζούσῃ μόνῃ,
ἀπέλυσε κἀνέλυσε χορδαῖς δώδεκα.

Plutarchus de Mus. p. 1146 Steph.: *Τὸ παλαιὸν συμβεβήκει τοὺς αὐλητὰς παρὰ τῶν ποιητῶν λαμβάνειν τοὺς μισθούς, πρωταγωνιζούσης δηλονότι τῆς ποιήσεως, τῶν δ' αὐλητῶν ὑπηρετούντων τοῖς διδασκάλοις. ὕστερον δὲ καὶ τοῦτο διεφθάρη, ὡς καὶ Φερεκράτην τὸν κωμικὸν εἰσαγαγεῖν τὴν Μουσικὴν ἐν γυναικείῳ σχήματι ὅλην κατῃκισμένην τὸ σῶμα. ποιεῖ δὲ τὴν Δικαιοσύνην διαπυνθανομένην τὴν αἰτίαν τῆς λώβης καὶ τὴν Ποίησιν* (**corrigunt** *Μουσικὴν*) *λέγουσαν· Λέξω μὲν οὐκ ἄκουσα κτλ.* **Ex Chirone haec derivata esse constat ex Nicomachi Harm. II p. 35 Meib.** *Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος τὴν ἑνδεκάτην* (*χορδὴν προσῆψε*) *καὶ ἐφεξῆς ἄλλοι. ἔπειτ' εἰς ὀκτωκαιδεκάτην ἀνήχθη χορδὴν τὸ πλῆθος παρ' αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Φερεκράτης ὁ κωμικὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Χείρωνι καταμεμφόμενος αὐτῶν τῆς περὶ τὰ μέλη ῥᾳδιουργίας φαίνεται.* **Locum ad musices graecae historiam nobilissimum primus**

illustrare instituit Heinrichius in libro de Epimenide Cret. p. 190 sqq. postea Iacobsius in Wolfii Anal. II p. 375, recentissima aetate Hanovius Exercit. crit. I p. 37 sqq. Vs. 4 *ἐν τοῖσι πρώτοις* Fugit hic locus diligentiam Reizii de Accentus incl. p. 20, ubi veram huius dictionis formam esse docet *ἐν τοῖς πρῶτος*. Eadem hoc loco restituenda, sublato post *πρώτοις* commate. — Vs. 5 et 6 Hanovius ita supplebat:

ἀλλ' οὖν ὅμως οὗτος μὲν ἦν νὴ τὸν Δία
ἀποχρῶν ἀνὴρ ἔμοιγε πρὸς τὰ νῦν κακά.

Vs. 8 Brunckius ad Aristoph. III p. 170 *γάρ* pro *δέ*. Hanovius *δέ γ'*, quarum particularum copulatio hoc loco vix satis apta est. Ipse olim *Κινησίας δ' ὁ τρὶς κατάρατος*. Possis etiam *Κινησίας δ' ὁ λακκατάρατος*. Photius p. 303 5. *Λακκατάρατοι: οἱ ἄγαν κατάρατοι. καὶ λακκαταπύγων, ὁ ἄγαν καταπύγων.* Quae fortasse rectius scribuntur *λακατάρατος* et *λακαταπύγων*. Sed malim nunc *Κινησίας δέ μ' ὁ*, pronomine v. 10 repetito. V. ad Menandr. p. 50. Atticum autem dixit Cinesiam, non ut hunc Cinesiam ab alio Cinesia, quem Thebanum esse volunt, distingueret, quae Hanovii (l. l. p. 48) fuit sententia, sed ut Cinesiam reliquis poetis, Melanippidae Phrynidi et Timotheo, genere peregrinis, opponeret. Unum tantum fuisse Cinesiam lyrica arte clarum docui Hist. crit. p. 229. — Vs. 10 Hanovius non sine idonea caussa *οὕτως μ' ἀπολώλεχ'*, quamquam si vs. 8 recte pronomen inserui, lenius corrigas *ἀπολώλεχ' οὕτως*. Eiusdem haec est ad totum hunc de Cinesia locum annotatio. „Versionibus stropharum *ἐξαρμονίοις* declarari arbitror saltationem chori cyclii, non congruentem illam neque cum modo tibiarum vel lyrae neque cum cantu. Itaque factum videtur in Cinesiae dithyrambis, ut chorus versiones faceret, antequam tibiis significarentur; quare ubi secundum musices rationem dextra debebat parte chorus collocatus esse, sinistra conspiciebatur et invicem. Atque haec quidem explicatio tum schol. Ranarum 153, qui de Cinesia sic: *ἐν τοῖς χοροῖς πολλῇ κινήσει ἐχρήσατο*, tum comparatione confirmatur iocosa, qua Pherecrates utitur, hac: *καθάπερ ἐν ταῖς ἀσπίσιν ἀριστέρ' αὐτοῦ φαί-*

νεται τὰ δεξιά. Ἀσπίδες enim ordines militum sunt, de qua significatione cfr. Berglerum ad Arist. Lys. 282 et Sturzium Lex. Xenoph. I p. 444. In ordinibus autem militum nullius dextra pars sinistra potest videri, ubi frontem ordinum aspicis, nisi si quis tergum vertit; itaque simul ignaviam Cinesiae poeta cavillatur, quae item haud obscure notatur a Lysia Ἀπολ. δωροδ. p. 708 Reisk.: καὶ ὢν Κινησίας οὕτω διακείμενος πλείους στρατείας ἐστράτευται, οὗτοι περὶ τῶν τῆς πόλεως ἀγανακτοῦσι. Patet igitur Musicam, licet non mutatam, tamen quodammodo corruptam a Cinesia esse et debilitatam, saltationis et tibiarum sublata congruentia." — Vs. 13 unus liber οὗτος et ὅμως semel. Wyttenbachius ἀλλ' οὖν ἐπιεικὴς οὗτος ἦν ὅμως ἐμοί. Perfecit emendationem Emperius Diss. de Dionis Chrysost. orat. Corinth. p. 25 ita corrigens, ἀλλ' οὖν ἄνεκτος οὗτος ἦν ὅμως ἐμοί. — Vs. 14 Wyttenbachius Φρῦνις. Eiusdem codices Φρύννις. Cod. Vat. ab Io. Franzio collatus Φρύνις. Lesbiaca nominis forma fuit haud dubie Φρύννις ex noto Aeolismo, de quo docte exposuerunt Seidlerus Mus. Rhen. III 2 p. 180 et Boeckhius Corp. Inscr. II p. 189. Ad Pherecratis locum spectant haec scholiastae Aristoph. Nub. 971: οἱ κωμικοὶ πολλάκις αὐτοῦ μεμνημένοι ἐφ' οἷς ἐκαινούργησε κλάσας τὴν ᾠδὴν παρὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος (fort. ἦθος), ὡς Ἀριστοφάνης φησὶ καὶ Φερεκράτης. Ita enim legendum pro edito Ἀριστοκράτης. Vid. Hist. crit. p. 76. Phrynin ab aliis quoque comicis strenue vexatum esse indicat etiam auctor Proverb. Bodlei. 596. Λέσβιος ᾠδός: οἱ μὲν τὸν Εὐαινετίδην (?) οἱ δὲ Φρύνην (Φρῦνιν), ὃ καὶ μᾶλλον. ὑπὸ πολλῶν γὰρ κεκωμῴδηται ὡς διαφθείρων τὴν μουσικήν. De στροβίλῳ vide Hist. crit. l. l. — Vs. 17 vera videtur Burettii correctio ἐν ἕπτα χορδαῖς, etiam ab Hanovio commendata, cui favet cod. Vaticanus, in quo ἐν πενταχόρδαις scriptum est. — Vs. 18 cod. Vatic. ἦν pro εἰ et αὖτις pro αὖθις. Discimus autem ex hoc loco, Phrynin postea ad saniorem artis rationem rediisse, unde intelligitur haec post Aristophanis Nubes scripta esse. Ita enim illic vs. 970:

εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτ' ἢ κάμψειέν τινα καμπήν,
οἵας οἱ νῦν τὰς κατὰ Φρῦνιν ταύτας τὰς δυσκολοκάμπτους.

A frequenti mollicularum istarum modulationum et flexionum usu Phrynis ἰωνοκάμπτας dictus est teste Plutarcho de laude sui p. 957 A. — Vs. 19 κατορώρυχεν nove dictum est *fodiendo perdidit*, *corrupit*. Ὀρύττειν sensu obsceno habet Aristoph. Pac. 898 et Av. 442. — Vs. 21 ante Τιμόθεος addendus articulus, de quo admonui olim Comment. misc. I p. 13. Aliorum conatus taxavit Hannovius l. l. p. 52. De servili nomine Πυρρίας Heinrichius attulit Hemsterh. ad Luciani Tim. § 22. In fine versus post Πυρρίας distinguendum esse monuit Iacobsius, qui vs. 23 tentabat παρελήλυθεν ἄγων ἀτραπιτοὺς μυρμηκιᾶς, comparato Aristoph. Thesmoph. 100, ubi de Agathone cantillante: Μύρμηκος ἀτραποὺς ἢ τί διαμινύρεται; Hanovius παρελήλυθ' ἄγων εἰς ἐκτραπέλους μυρμηκίας, *curvis et inflexis me ducens tramitibus*. Sed neque μυρμήκιαι esse possunt formicarum tramites, et numeri quos intulit in Pherecratis versum parum ab elegantia commendantur. Ipse olim conieceram παρελήλυθ' ἐπάγων ἐκτραπέλους μυρμηκιάς *formicarum agmina mihi immittens*. *) Et recte fortasse μυρμηκιάς, sed ἄγων praeeunte Fritzschio mutandum in ᾄδων, quo recepto μυρμηκιάς de vario et tortuoso tremulorum sonorum flexu interpretari licet, metaphora a perplexis formicularum meatibus ducta, prorsus ut in illo Aristophanis loco,

μύρμηκος ἀτραποὺς ἢ τί διαμινύρεται;

ubi verissime scholiasta, ὡς λεπτὰ καὶ ἀγκύλα ἀνακρουομένου μέλη τοῦ Ἀγάθωνος· τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν μυρμήκων ὁδοί. Quibus frustra obloquitur Fritzschius, qui quum formicarum vias rectas esse nullisque flexibus impeditas sibi persuasisset, in eam delatus est opinionem, ut utrius-

*) Hanc enim, non alteram illam quam ibidem proposui et reieci, interpretationem commemorare debebat Fritzschius ad Thesmoph. l. l.

que poetae dictionem a Myrmecis semita (*Μύρμηκος ἀτραπός*), quam Hesychius et Photius in Scambonidarum pago fuisse dicunt, repetendam esse affirmet. Ego vero non rectas et simplices sed sinuosas multisque ambagibus fractas formicarum vias esse credideram. Neque graecarum formicarum aliam fuisse quam nostrarum naturam docere potest, si tali testimonio opus est, Aelianus H. A. VI 43: *μυρμήκων ἐν γεωρυχίᾳ ποικίλας τε ἀτραποὺς καὶ ἑλιγμοὺς καὶ περιόδους* commemorans. Nec omittendus *formicinus gradus* apud Plautum Menaechm. V 3 12. Fuit igitur proverbium *μυρμήκων ἀτραπὸς formicarum semita*, quo Aristophanes ita usus est, ut more suo in ambiguo ludens simul illam *Μύρμηκος ἀτραπὸν* adsignificaret. Alia Pherecratei loci ratio, in quo *ᾄδειν μυρμηκιάς* nihil aliud significat quam cantillare aliquid, quod propter incredibilem sonorum varietatem et celeritatem formicarum ultro citroque discurrentium similitudinem referat. — Vs. 24. Iam enim eo perventum erat ut musici in modulandis carminibus nullis poetarum praeceptis regerentur, sed suo omnia arbitrio agerent. Ita fere haec intellexit etiam Heinrichius l. l. p. 200. — Vs. 25 Wyttenbachius *ἀπέδυσε κἀνέδυσε*. Quorum illud verissimum, *ἀνέλυσε* autem recte Iacobsius tuetur versu quinto *χαλαρωτέραν ἐποίησε*. Pro *δώδεκα* nescio an *ἕνδεκα* scribendum sit. Nicomachus loco supra p. 327 allato: *Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος τὴν ἑνδεκάτην χορδὴν προσῆψε.* Atque ita etiam in celebri illo Lacedaemoniorum decreto apud Boethium. V. Casaub. ad Athen. VIII p. 352 a. Sed haec sane ab aliis aliter tradi potuerunt. Plinius quidem Timotheum *nonam* chordam adiecisse tradit H. N. VII 56. Post hunc versum sequuntur apud Plutarchum haec: *καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς μνημονεύει Φιλοξένου, καί φησιν ὅτι εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς μέλη εἰσηνέγκατο. ἡ δὲ Μουσικὴ λέγει ταῦτα·*

ἐξαρμονίους ὑπερβολαίους τ' ἀνοσίους
καὶ νιγλάρους, ὥσπερ τε τὰς ῥαφάνους ὅλην
κάμπτων με κατεμέστωσε.

καὶ ἄλλοι δὲ κωμῳδοποιοὶ ἔδειξαν τὴν ἀτοπίαν τῶν μετὰ ταῦτα τὴν μουσικὴν κατακεκερματικότων. Hos versus, quos frustra Fritzschius Euphros. I p. 24 Aristophanis Poesi vindicare conatus est, eiusdem esse Pherecratis et ex eadem ex qua superius fragmentum fabula petitos, neque Brunkium fugit ad Aristoph. vol. III p. 170, neque Elmsleium ad Aristophanis Acharn. 554, qui locum ita scriptum exhibuit:

εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς γὰρ εἰσηνέγκατο
ἐξαρμονίους, ὑπερβολαίους τ', ἀνοσίους,
καὶ νιγλάρους, ὥσπερ τε τὰς ῥαφάνους ὅλην
καμπῶν με κατεμέστωσε.

Apertum est virum praestantissimum Plutarchi verba paullo negligentius inspexisse: adeo mirabiliter ille ea quae Aristophanes, Plutarcho auctore, de Philoxeno alicubi dixerat, cum ipsis Pherecratis versibus commiscuit. Elmsleio haud quaquam felicior fuit Hanovius, qui Brunckium tres illos versus cum Pherecratis fragmento coniungentem ita sequutus est, ut post vs. 25 aliquot versus excidisse, illa autem verba Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς etc. non a Plutarcho scripta, sed ex scholiis ad Aristoph. Plut. 291, ubi de Philoxeno similia tradantur, a sciolo aliquo adiecta esse arbitretur. Postremum hoc levissime excogitatum est; sed falsum etiam illud, quod de Philoxeni in arte musica novationibus a Pherecrate actum esse sibi persuasit; quamquam huic opinioni aliquam speciem conciliare potuisset adhibito Nicomachi loco supra adscripto. Sed Nicomachum minus accurate loquutum esse docet tota Pherecratei fragmenti conformatio, quae ita comparata est, ut post Timotheum, in quem omne virus effundit Musica, nullum praeterea artis corruptorem commemoratum fuisse liquido appareat. Quid enim, obsecro, post illa, quae de Timotheo dicuntur, gravius inferri potuisset? Pulchre hoc intellexisse videtur Brunckius. Is enim versus illos proxime cum superioribus ita coniunxit, ut, sublata post χορδαῖς δώδεκα interpunctione, dativos restitueret: ὑπερβολαίοις etc. Sed ne hac quidem mutatione opus est, modo

versus illos cum Th. Bergkio post vs. 23 in hunc modum transponas:

> παρελήλυθ' ᾄδων ἐκτραπέλους μυρμηκιάς,
> ἐξαρμονίους, ὑπερβολαίους τ', ἀνοσίους,
> καὶ νιγλάρους, ὥσπερ τε τὰς ῥαφάνους ὅλην
> καμπῶν με καταμέστωσε [ποικιλώτατα],
> κἂν ἐντύχῃ πού μοι βαδιζούσῃ μόνῃ,
> ἀπέδυσε κἀνέλυσε χορδαῖς δώδεκα.

Idem haec ad me perscripsit. „Inserui ποικιλώτατα, sive tu malis ποικιλωτάτων, quamvis etiam καὶ κατῄκισεν, κἀλωβήσατο, alia suppleri possunt: certe nihil praeter extremam partem senarii omissum videtur. Iam cum hi tres versus suo essent loco deturbati, librarius aliquis, qui scite animadvertit ea ad Musicae orationem pertinere, illa ἡ δὲ Μουσικὴ ταῦτα λέγει adscripsit, quae iam sunt exturbanda; satis enim recte procedit Plutarchi oratio: καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς μνημονεύει τοῦ Φιλοξένου, καὶ φησιν ὅτι εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς μέλη εἰσηνέγκατο *) καὶ ἄλλοι δὲ κωμῳδοποιοὶ ἔδειξαν τὴν ἀτοπίαν τῶν μετὰ ταῦτα τὴν μουσικὴν κατακεκερματικότων." Haec igitur Bergkius, quae non dubito quin rectissime disputata sint. Sed idem num recte, Emisleio praeeunte, καμπῶν scripserit pro κάμπτων, easque καμπὰς *flexiones* simul κάμπας h. e. *erucas brassicae adhaerentes* adsignificare existimet, id igitur num recte factum sit, certe dubitari posse mihi videtur. Ceterum nescio an in eodem hoc Pherecratis fragmento etiam aliud transpositionis exemplum habeamus. Per enim mirum videri debet, in illo artis musicae corruptorum recensu proximo post Melanippidem loco poni Cinesiam, post Cinesiam autem demum inferri Phrynin, quorum alterum, Cinesiam dico, vix ante Olymp. XCI inclaruisse satis probabiliter docuisse mihi videor Hist. crit. p. 227. Phrynin autem iam Olymp. LXXXI 1. Panathenaeis vicisse ex scholiasta ad Aristoph. Nub. 971 intelligitur. Itaque videndum est ne versus 14—18 post septi-

---

*) Hunc locum attigi Hist. crit. p. 89 sq.

mum transponendi sint. Hac igitur ceterisque quas attuli corruptorum locorum emendationibus admissis, totum hoc sive Pherecratis sive Nicomachi fragmentum ita fere redintegrandum fuerit:

Λέξω μὲν οὐκ ἄκουσα, σοί τε γὰρ κλύειν
ἐμοί τε λέξαι θυμὸς ἡδονὴν ἔχει.
ἐμοὶ γὰρ ἦρξε τῶν κακῶν Μελανιππίδης,
ἐν τοῖσι πρῶτος ὃς λαβὼν ἀνῆκέ με
χαλαρωτέραν τ' ἐποίησε χορδαῖς δώδεκα.
ἀλλ' οὖν ὅμως οὗτος μὲν ἦν ἀποχρῶν ἀνὴρ
*ἔμοιγε πρὸς τὰ νῦν κακά * * * **
Φρῦνις δ' ἴδιον στρόβιλον ἐμβαλών τινα
κάμπτων με καὶ στρέφων ὅλην διέφθορεν,
ἐν ἕπτα χορδαῖς δώδεχ' ἁρμονίας ἔχων.
ἀλλ' οὖν ἔμοιγε χοὖτος ἦν ἀποχρῶν ἀνήρ·
εἰ γάρ τι κἀξήμαρτεν αὖθις ἀνέλαβεν.
Κινησίας δέ μ' ὁ κατάρατος Ἀττικὸς
ἐξαρμονίους καμπὰς ποιῶν ἐν ταῖς στροφαῖς
ἀπολώλεχ' οὕτως, ὥστε τῆς ποιήσεως
τῶν διθυράμβων, καθάπερ ἐν ταῖς ἀσπίσιν,
ἀριστέρ' αὐτοῦ φαίνεται τὰ δεξιά.
ἀλλ' οὖν ἀνεκτὸς χοὖτος ἦν ὅμως ἐμοί.
ὁ δὲ Τιμόθεος μ', ὦ φιλτάτη, κατορώρυχεν
καὶ διακέκναικ' αἴσχιστα. Δ. ποῖος οὑτοσὶ
ὁ Τιμόθεος; Μ. Μιλήσιός τις Πυρρίας.
κακά μοι παρέσχεν οὗτος ἅπαντας οὓς λέγω
παρελήλυθ', ᾄδων ἐκτραπέλους μυρμηκιὰς
ἐξαρμονίους ὑπερβολαίους τ' ἀνοσίους,
καὶ νιγλάρους, ὥσπερ τε τὰς ῥαφάνους ὅλην
*κάμπτων με κατεμίστωσε * * * **
κἂν ἐντύχῃ πού μοι βαδιζούσῃ μόνῃ,
ἀπέδυσε κἀνέλυσε χορδαῖς δώδεκα.

Quamquam igitur potiora satis probabiliter restituta arbitror, restant tamen quae sine meliorum librorum ope vix expedias, id quod maxime de vs. 22 dixerim. Sive enim coniungas ut vulgo fit, *Μιλήσιός τις Πυρρίας κακά μοι παρέσχεν.*

οὗτος ἅπαντας etc. sive cum Bergkio distinguas ita Μιλήσιός τις Πυρρίας· κακά μοι παρέσχεν οὗτος — ἅπαντας etc. oratione post οὗτος aliquantisper suspensa, neutrum magnam ab elegantia commendationem habet. Suspicor igitur inter οὗτος et ἅπαντας duos semiversus excidisse.

II.

Μηδὲ σύγ' ἄνδρα φίλον καλέσας ἐπὶ δαῖτα θάλειαν
ἄχθου ὁρῶν παρεόντα· κακὸς γὰρ ἀνὴρ τόδε ῥέζει·
ἀλλὰ μάλ' εὔκηλος τέρπου φρένα τέρπε τ' ἐκεῖνον.

Athenaeus VIII p. 364 a: οἱ δὲ νῦν προσποιούμενοι θεοῖς θύειν καὶ συγκαλοῦντες ἐπὶ τὴν θυσίαν τοὺς φίλους καὶ τοὺς οἰκειοτάτους καταρῶνται μὲν τοῖς τέκνοις, λοιδοροῦνται δὲ ταῖς γυναιξί, καλαβρίζουσι τοὺς οἰκέτας — ἐπὶ νοῦν οὐ λαμβάνοντες τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ τὸν Χείρωνα πεποιηκότος, εἴτε Φερεκράτης ἐστὶν εἴτε Νικόμαχος ὁ ῥυθμικὸς ἢ ὅστις δήποτε· Μηδὲ σύγ' ἄνδρα φίλον κτλ. Locum hunc, quem ex Hesiodi Eoeis expressum dicit Athenaeus, Pherecrates fortasse ne verbo quidem mutato ex Hesiodeo carmine recepit. Vs. 1 B θήλειαν. Idem vs. 2 ζέξει.

III.

Ἡμῶν δ' ἤν τινά τις καλέσῃ θύων ἐπὶ δεῖπνον,
ἀχθόμεθ' ἢν ἔλθῃ καὶ ὑποβλέπομεν παρεόντα,
χὤττι τάχιστα θύρας ἐξελθεῖν βουλόμεθ' αὐτόν.
εἶτα γνούς πως τοῦθ' ὑποδεῖται, κᾆτά τις εἶπεν
τῶν ξυμπινόντων, Ἤδη σύ; τί οὐχ ὑποπίνεις;
οὐχ ὑπολύσεις σαυτόν; ὁ δ' ἄχθεται αὐτὸς ὁ θύων
τῷ κατακωλύοντι καὶ εὐθὺς ἔλεξ' ἐλεγεῖα
„Μηδένα μήτ' ἀέκοντα μένειν κατέρυκε παρ' ἡμῖν
μήθ' εὕδοντ' ἐπέγειρε, Σιμωνίδη". οὐ γὰρ ἐπ' οἴνοις
τοιαυτὶ λέγομεν δειπνίζοντες φίλον ἄνδρα;

Athenaeus l. l. b: νῦν δὲ τούτων μὲν οὐδ' ὅλως μέ

μνηνται, τὰ δὲ ἑξῆς αὐτῶν ἐκμανθάνουσιν, ἅπερ πάντα ἐκ τῶν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένων μεγάλων Ἠοίων καὶ μεγάλων Ἔργων παρῴδηται· Ἡμῶν δ' ἦν τινά τις — φίλον ἄνδρα. ἔτι δὲ ταῦτα προστίθεμεν·

Μηδὲ πολυξείνου δαιτὸς δυσπέμφελον εἶναι
ἐκ κοινοῦ· πλείστη τε χάρις δαπάνη τ' ὀλιγίστη.

Sunt hi Hesiodi versus ex Operibus 720 21. Num hos quoque fabulae suae inseruit Pherecrates? Videtur sane, quum ipse Athenaeus dicat, ἐκ μεγάλων Ἠοίων καὶ μεγάλων Ἔργων παρῴδηται, ubi alterum μεγάλων delevit Ruhnkenius Epist. crit. p. 115. Dindorfius totum illud καὶ μεγάλων Ἔργων seclusit, quod iusto audacius factum. Vs. 3 ante Dindorfium χ' ὅττι. — Vs. 4 libri γνοὺς πῶς. Correxit Coraes apud Schweighaeuserum. Idem ὑποδεῖται recte interpretatur *calceos induit*, quippe abiturus. Notum est convivantes discalceatos accubuisse. V. Heindorfium ad Horatii Sat. II 8 77. — Vs. 5 ἤδη σύ; per interrogationem efferenda esse vidit Coraes: *iam tu abire paras?* Verba οὐχ ὑποπίνεις accesserunt ex ABP. — Vs. 6 ὑπολύσεις αὐτὸν ABP. ὑπολύσει αὐτὸν VL. Muretus V. L. XIX 3 ὑπολύσεις σαυτόν, *quin exues calceos?* Recepi hoc cum Schweigh. et Dindorfio. Magis tamen placeret οὐχ ὑπολύσεαι αὖτις; Iam enim exutos rursus induerat. — Vs. 8 Theognidis (467. 469) esse iam monuit Casaubonus. — Vs. 9 ἐπ' οἴνοις. Usitatius est ἐν οἴνοις. Plato Legg. p. 641 c. τὴν ἐν τοῖς οἴνοις διατριβήν. Plutarchus Mor. p. 148 a. ἐν οἴνῳ γενομένης. Phalaecus II 7 ἔν τε λέσχᾳ ἔν τ' οἴνῳ. Athenaeus V p. 188 c. ἐν οἴνῳ ὄντες καὶ ἐν γαμικῷ συμποσίῳ. Idem XI p. 81 d. ἐν οἴνῳ διάγειν. Cfr. Valckenarius ad Callim. Eleg. p. 15.

IV.

Νὴ τὸν Δί', ὥσπερ αἱ παροψίδες
τὴν αἰτίαν ἔχουσ' ἀπὸ τῶν ἡδυσμάτων,
οὓς ὁ Καλλίας ἀξιοῖ τοῦ μηδενός.

Athenaeus IX p. 368 a: καὶ παρὰ τῷ τὸν Χείρωνα πε-

ποιηκότι δὲ τὸν εἰς Φερεκράτην ἀναφερόμενον ἐπὶ ἡδύσματος ἡ παροψὶς κεῖται, καὶ οὐχ ὡς Δίδυμος ἐν τῷ περὶ παρεφθορυίας λέξεως, ἐπὶ τοῦ ἀγγείου. φησὶ γὰρ Νὴ τὸν Δί' ὥσπερ κτλ. **Vs. 1 Dindorfius lacunam indicavit post** ὥσπερ. **Eodem iure possis ante** ὥσπερ **vel post** παροψίδες. **— Vs. 2. „**αἰτίαν ἔχειν **significat nonnunquam** *dici*, *nominari*, κατηγορεῖσθαι. **Plutarchus de Mus. p. 1134.** τῆς δευτέρας δὲ καταστάσεως τῆς περὶ τὴν μουσικὴν Θαλήτας ὁ Γορτύνιος καὶ Ξενόδαμος μάλιστα αἰτίαν ἔχουσιν ἡγεμόνες γενέσθαι: *dicuntur esse auctores.* **Athenaeus XII p. 542 c.** αἰτίαν ἔχων ὡς τὰ ἐπιφάνεια τοῦ ἀδελφοῦ θύων: *cum dicantur sacra facere quae appellabat fratris sui* ἐπιφάνεια. **Id. XIII p. 584 c.** ἐτύγχανε δ' αἰτίαν ἔχουσα λιθιᾶν: *dicebatur calculo laborare.* **Non aliter in versibus ex Chirone. Ait** *paropsidas elogium consequi a condimentis:* **nam prout illa sunt bona aut mala, sic dicuntur paropsides bonae aut malae." Casaubonus. — Vs. 2 Casaubonus** οὓς ὁ καλὸς οὗτος ἀξιοῖ κτλ. **quod sequutus est Dindorfius. Sed** οὓς **quo spectet non perspicio. Adamus coniecerat** οὕτως ὁ καλέσας ἀξιὸς τοῦ μηδενός.

V.

Ἔξεισιν ἄκων δεῦρο πέρδικος τρόπον.

Athenaeus IX p. 388 f: τοῦ δὲ ὀνόματος (πέρδιξ) ἔνιοι συστέλλουσι τὴν μέσην συλλαβὴν — πολὺ δέ ἐστιν ἐκτεινόμενον παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Σοφοκλῆς Καμικίοις — Φερεκράτης ἢ ὁ πεποιηκὼς τὸν Χείρωνα Ἔξεισιν κτλ. **Apertum est Athenaeum Pherecratis versum negligentius inspexisse. Pro** ἄκων **suspicabar olim** οἴκων, **improbante Fritzschio Quaest. Arist. I p. 77, qui Perdicem cauponem claudicantem (Arist. Av. 1292 c. et Prov. Coisl. 189) rideri suspicatur:** *invitus huc procedet ingressu Perdicis.* **Quod nec ipsum satisfacit.**

VI.

Ἀμυγδάλας καὶ μῆλα καὶ μιμαίκυλα,
καὶ μύρτα καὶ σέλινα κἀξ οἴνου βότρυς,
καὶ μυελόν

Athenaeus XIV p. 653 e: *οἴδασι δὲ οἱ πρὸ ἡμῶν καὶ τοὺς ἐν οἴνῳ συντιθεμένους βότρυς. Εὔβουλος γοῦν ἐν Κατακολλωμένῳ φησίν — ὁ δὲ τὸν Χείρωνα πεποιηκὼς τὸν εἰς Φερεκράτην ἀναφερόμενόν φησιν Ἀμυγδάλας καὶ μῆλα κτλ.* Vs. 3 pro *καὶ μυελόν* ingeniose Th. Bergkius *κἄμυλον*. Nescio tamen an librorum scripturam tueatur Plutarchus Mor. p. 349 a, ubi quum *medulla* in delicatioribus cibis commemoretur, non improbabile est, eandem in secundis mensis, quales Pherecrates describit, fuisse appositam.

VII.

Εἰκῇ μ' ἐπῆρας ὄντα τηλικουτονὶ
πολλοῖς ἐμαυτὸν ἐγκυλῖσαι πράγμασιν.
ἐγὼ γὰρ ὦνδρες ἡνίκ' ἢ νεώτερος,
ἐδόκουν μὲν ἐφρόνουν δ' οὐδέν, ἀλλὰ πάντα μοι
κατὰ χειρὸς ἦν τὰ πράγματ' ἐνθυμουμένῳ·
νῦν δ' ἄρτι μοι τὸ γῆρας ἐντίθησι νοῦν.

Stobaeus Floril. CXVI 12 cum lemmate *Φερεκράτους*. Cfr. ad Fragm. inc. fab. LXXXVIII. Ad Chironem referendum esse locum iam olim Miscell. comment. I p. 10 (Hist. crit. p. 78) docui ex Prisciano lib. XVIII p. 224: *Φερεκράτης Χείρωσιν* (sic) *Νῦν δ' ἄρτι μοι τὸ γῆρας ἐντίθησι νοῦν.* Latine vertit Grotius:

Frustra me aetatis huc iam provectum incitas,
ut me tricosis implicem negotiis.
Ego me cum florerem annis praeviridantibus
sapere putabam insipiens, et quaeque ut mihi
se dabat in mentem res extemplo erat in manu:
nunc sapere mihi concedit extima aevitas.

Vs. 2 *πολλοῖς* margo Gesneri. Reliqui *πολλάκις*. Ibid. vulgo *ἐγκυλίσαι*. Pusillam mendam nec Gaisfordius sustulit. Vid. Hist. crit. p. 78. Cfr. Aristoph. Thesm. 774: *κἄμ' ἐσκυλίσας ἐς τοιαυτὶ πράγματα*. — Vs. 3 legebatur *ἦν*. Cfr. Dindorfius ad Arist. Av. 97. — Vs. 5 *κατὰ χειρὸς ἦν τὰ πράγματα*, ut nostri dicunt, *alles gieng mir leicht von der Hand*. Plena loquutio est *ὕδωρ κατὰ χειρός*. Teleclides Amphict. I 2: *εἰρήνη μὲν πρῶτον ἁπάντων ἦν ὥσπερ ὕδωρ κατὰ χειρός*, ubi vide quae notavimus.

VIII.

Δώσει δέ σοι γυναῖκας ἑπτὰ Λεσβίδας.

B. καλόν γε δῶρον ἕπτ' ἔχειν λαικαστρίας.

Scholiasta Aristoph. Ran. 1343: *διεβάλλοντο ἐπ' αἰσχρότητι οἱ Λέσβιοι* (leg. *αἱ Λέσβιαι*). *καὶ ἐν τῷ εἰς Φερεκράτην ἀναφερομένῳ Χείρωνι· Δώσει δὲ κτλ.* Eustathius ad Iliad. p. 741 22: *παραγαγόντες* (*οἱ παλαιοὶ*) *Φερεκράτους χρῆσιν ἐν ἰάμβῳ τό, δώσει δέ σοι γυναῖκας ἑπτὰ Λεσβίας, ἐπάγουσιν ἀμοιβαῖον τό, καλόν γε δῶρον κτλ. ὡς τοιούτων οὐσῶν τῶν Λεσβίων γυναικῶν.* Vs. 1 scholiasta *δέ τις*. Illud ex Eustathio dedi, qui pro *Λεσβίδας* habet *Λεσβίας*. — Vs. 2 scholiasta *καλὸν τὸ δῶρον*. Ceterum mirifice congruunt illa apud Homerum Il. *ι* 270:

δώσει δ' ἑπτὰ γυναῖκας ἀμύμονα ἔργ' εἰδυίας
Λεσβίδας —

quae Ulixis ad Achillem verba sunt. Cfr. Hist. crit. p. 77.

IX.

Etymol. M. p. 167 43: *Δημοσθένης „ἅττα διελέχθη" τουτέστιν ἅτινα. Φερεκράτης δὲ ἐκχειρῶν τοῖς* (Sylburgius *ἐν Χείρωνι*) *ἐπ' ἀριθμοῦ· Τοῖς δέκα ταλάντοις· ἀλλὰ προθῆς ἔφη ἅττα πεντήκοντα.* Ex quo Harpocrationem v. *ἅττα* turpiter interpolavit Maussacus, ut docent Bekkeri codices Pherecratis locum omittentes. Schol. Pla-

tonis Bekk. p. 371: *ἐνίοτε δὲ ἐκ τοῦ περιττοῦ προστίθεται (ἄττα), ὡς ἐν Χείρωνι Φερεκράτης Τοῖς δέκα ταλάντοις ἄλλα προστιθείς, ἔφη, ἄττα πεντήκοντα.* Quae totidem verbis leguntur apud Philemonem Gramm. p. 32. Respicit etiam annotante Osanno Grammaticus Bekkeri p. 461: *τῶν δὲ κωμικῶν τις τὸ ἄττα ἐπὶ ἀριθμοῦ ἔταξεν.* Versuum reliquias non male Runkelius ita digessit,

τοῖς δέκα ταλάντοις προστιθεὶς
ἄλλ' ἄττα πεντήκοντα.

ΨΕΥΔΗΡΑΚΛΗΣ.

Εἴποι τις ἂν τῶν πάνυ δοκησιδεξίων·
ἐγὼ δ' ἂν ἀντείποιμι, μὴ πολυπραγμόνει,
ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι πρόσεχε τὸν νοῦν κἀκροῶ.

Athenaeus III p. 122 e: *κατὰ γὰρ τὸν Φερεκράτους Ψευδηρακλέα Εἴποι τις ἂν κτλ.* Latine vertit Grotius Excerptis p. 514. *Si quis quid dixit docti qui famam obtinet, Ego vero contra dicam, te id turbet nihil: Sed si vis, animum adverte et attende auribus.* Primum versum rectius ita transferas: *Ita dicat aliquis docti qui famam obtinet.* Illa enim, *εἴποι τις ἄν*, spectant ad ea quae praecesserunt. Vs. 2 *μὴ πολυπραγμόνει* non est *te id turbet nihil*, sed potius *ne turbas age.*

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I.

Aristophanes Lysistr. 158, ubi interroganti Calonicae *Τί δ' ἢν ἀφίωσ' ἄνδρες ἡμᾶς, ὦ μέλε,* Lysistrata respondet: *Τὸ τοῦ Φερεκράτους κύνα δέρειν δεδαρμένην.* Ad quae scholiasta haec annotavit: *ἐὰν ἡμᾶς παρίδωσιν οἱ ἄνδρες, τότε πάλιν ἐξέσται ὀλίσβοις χρήσασθαι καὶ ἀποδέρειν τὰ ἀποδεδαρμένα. Φερεκράτης ἐν δράματι εἴρηκε τοῦτο, ἔνθεν τάσσεται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἄλλως* (Berglerus *ἄλλα*) *πασχόντων ἐφ' οἷς πεπόνθασιν.* Alius ibidem: *ἐν δὲ τοῖς σωζομένοις Φερεκράτους τοῦ κωμικοῦ τοῦτο οὐχ εὑρίσκεται.* Proverbia Coisl. 296. *Κύνα δέρειν δεδαρμένην, τὸ τοῦ Φερεκράτους. ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων, ἢ τῶν προπεπονθότων τί.*

II.

Τρώγων ἐρεβίνθους ἀπεπνίγη πεφρυγμένους.

Athenaeus II p. 55 b. de erebinthis poetarum testimonia afferens: *Φερεκράτης* (Crapat. II) *Τακεροὺς ποιήσεις τοὺς ἐρεβίνθους εὐθέως. πάλιν· Τρώγων κτλ.*

III.

Ῥαφανὶς δ' ἄπλυτος ὑπάρχει,
καὶ θερμὰ λουτρὰ καὶ ταρίχη πνικτὰ καὶ καρύκη.

Athenaeus II p. 56 e: *ἰδίως δ' οὕτως ἐκαλοῦντο ἄπλυτοι ῥαφανῖδες, ἃς καὶ Θασίας ὠνόμαζον. Φερεκράτης· Ῥαφανὶς δ' ἄπλυτος κτλ.* Pro *καρύκη* legebatur *κάρυα*, quod correxi Hist. crit. p. 68. Th. Bergkius Comment. p. 299 locum ex Dulodidascalo petitum existimans propter primum eius fabulae fragmentum, versus ita constituit:

'Ῥαφανὶς δ' ἄπλυτος ὑπάρχει,
καὶ θερμὰ λουτρὰ καὶ ταρί-
χη πνικτὰ καὶ κάρυα υ —

Sed in illo Dulodidascali fragmento coenae apparatus describitur, cui vix conveniunt quae nostro loco commemorantur lavacra calida, quae indicio sunt voluptuosae vitae apparatum describi.

IV.

'Ανεμολύνθη τὴν ὑπήνην τῷ γάρῳ.

Athenaeus II p. 67 c: *Γάρος. Κρατῖνος „ὁ τάλαρος ὑμῶν διάπλεως ἔσται γάρου." Φερεκράτης· 'Ανεμολύνθη κτλ.* Possis *ἀλλ' ἀνεμολύνθη.*

V.

Οὐκ ὢν ἀνὴρ γὰρ 'Αλκιβιάδης, ὡς δοκεῖ,
ἀνὴρ ἁπασῶν τῶν γυναικῶν ἐστι νῦν.

Athenaeus XII p. 535 b: *κεκωμῴδηται* (Alcibiades) *ὑπὸ Εὐπόλιδος ὡς καὶ ἀκόλαστος πρὸς γυναῖκας ἐν Κόλαξιν — καὶ Φερεκράτης δέ φησιν Οὐκ ὢν ἀνὴρ γὰρ κτλ.* Vertit Grotius Excerptis p. 515:

Nec vir putatus Alcibiades antehac
vir subito factus feminarum est omnium.

VI.

'Υπὸ τῆς ἀπληστίας
διακόνιον ἔπησθεν ἀμφιφῶντ' ἔχων.

Athenaeus XIV p. 644 f. *Διακόνιον: Φερεκράτης· 'Υπὸ τῆς ἀπληστίας — ἔχων. 'Αμφιφῶν πλακοῦς 'Αρτέμιδι ἀνακείμενος, ἔχει δ' ἐν κύκλῳ καιόμενα δᾴδια.* Videntur haec de Hercule dici. Pro *ἔπησθεν* corrigendum videtur *ἐπῄσθι'*. V. Hist. crit. p. 68 et 210.

VII.

Ἥνπερ φρονῇς εὖ φεῦγε τὴν Βοιωτίαν.

Dicaearchus V. Graec. p. 29: τάδ' ἐκ πάσης τῆς Ἑλλάδος ἀκληρήματα εἰς τὰς τῆς Βοιωτίας πόλεις κατερρύη. ὁ στίχος Φερεκράτους· Ἄνπερ κτλ. Scripsi ἥνπερ pro ἄνπερ.

VIII.

Ὁ λαγώς με βασκαίνει τεθνηκώς.

Etymol. M. p. 190 23. Βάσκανος: ὁ κακίζων καὶ μεμφόμενος ἅπαντα καὶ πειρώμενος εἰς ἀπέχθειαν ἄγειν· ὁ φθονερὸς καὶ βλαβερός. οὕτως Ἀριστοφάνης καὶ Εὐριπίδης. Φερεκράτης Ὁ λαγώς με βασκαίνει καὶ λυπεῖ. Zonaras Lex. p. 379: βασκαίνειν οὐχὶ τὸ φθονεῖν δηλοῖ ἀλλὰ τὸ λυπεῖν καὶ αἰτιᾶσθαι καὶ δυσχεραίνειν. ἐάν τι δύσκολον συμβῇ, τοῦτο βασκαίνει (Demosth. p. 291 19 Rsk.). Φερεκράτης Ὁ λαγώς με βασκαίνει τεθνηκώς. In loco Etymologi verba καὶ λυπεῖ a reliquis separanda; καὶ idem quod ἤγουν.

IX.

Etymol. M. p. 312 19. Ἐγρηγόρσιον: τὸ ποιοῦν ἐγρηγορέναι, εἴτε βρῶμα εἴτε ἄλλο τι τοιοῦτον. Φερεκράτης ἐγρηγόρσιον, τουτέστι πανσινύσταλον. ῥητορική. Ex Aelii Dionysii lexico rhetorico haec transscripta esse docet Eustathius ad Odyss. p. 1493 53: τὸ παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ πανσινύσταλον, εἴτε βρῶμα, φησίν, εἴτε ἄλλο τοιοῦτον. τὸ δὲ πανσινύσταλον ὅμοιόν φασι τῷ ἐγρηγόρσιον, ὃ δηλοῖ τὸ ποιοῦν ἐγρηγορέναι.

X.

Etymol. M. p. 713 29: οἱ μὲν Ἀττικοὶ λέγουσι σιναμορεῖν τὸ λιχνεύειν καὶ Φερεκράτης τὰ τοιαῦτα κλέμματα σιναμορεύματα καλεῖ. Ὦρος. Proverbia Bodl. 861: Σινδαρονεύεσθαι (sic): μέμνηται ταύτης Φερεκράτης. Rectius scribitur σιναμωρεῖν et σιναμωρεύματα.

XI.

Etymol. M. p. 733 29: *Συηνία καὶ ὑηνία, ἀμαθία, σκαιότης· παρὰ Φερεκράτει· καὶ συηνεῖν Πλάτων τὸ ἀμαθῶς ἀναστρέφεσθαι καὶ συωδές τι ποιεῖν.* Eadem Photius p. 547 et Suidas v. *συηνία.*

XII.

Etymol. M. p. 753 6: *σημαίνει* (scil. *τερθρεία*) *καὶ ἀπάτην καὶ περιεργίαν. οὕτως εἰς τὸ ῥητορικόν. ὁ δὲ Ὦρος ὁ Μιλήσιος λέγει ὅτι εἶναι* (?) *περὶ ἃ ἄχρηστά τινες σπουδάζουσιν, ἀντὶ τοῦ κενοσπουδία· παρὰ τὸ τερθρεύειν. καὶ τερθρευόμενος. Φερεκράτης τερθρία* (sic) *πνοή.* Pherecrates coniunxisse videtur *τερθρεία* et *πνοή*, *ostentationem fastumque* vani hominis significans.

XIII.

Eustathius ad Odyss. p. 1428 61: *Ἀθήναιος δὲ καὶ Ἑρμίππου τοῦ κωμικοῦ παράγει τὸ* (Milit. IV) *Χία δὲ κύλιξ ὑψοῦ κρέμαται περὶ πασσαλόφιν. περὶ ἧς ὅτι κατενεχθῇ ἐκ τοῦ πασσάλου παίζει ὁ Φερεκράτης ἐπὶ διαβολῇ γυναικῶν τὰ ἐν τοῖς ἑξῆς που δηλωθησόμενα.* Non stetit promissis doctissimus Archiepiscopus. Hoc tamen apertum est lusisse Pherecratem mulierum vinositatem, id quod data opera fecit in Tyrannide.

XIV.

Τὴν γαστέρ' ἤων κἀχύρων σεσαγμένος.

Eustathius ad Odyss. p. 1445 42: *ἤϊα κυρίως κατὰ Ἐρατοσθένην ὀσπρίων καλάμαι. καὶ δισυλλάβως ἐν συναιρέσει ἦα, ὡς καὶ Φερεκράτης Τὴν γαστέρ' ἤων κτλ.* Eadem schol. Odyss. β 289. Bisyllabam formam novae Atthidi imperite assignat schol. Harlei. ad Odyss. β 410: *ἔστι τῆς νεωτέρας Ἀτθίδος τὸ συναιρεῖν οὕτως.*

XV.

Eustathius ad Odyss. p. 1461 24: τὸ δὲ οἴνῳ βεβαρῆσθαι καὶ καρηβαρεῖν ἂν εἴη, ὅπερ καὶ καραιβαρᾶν λέγει Φερεκράτης, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος. Cfr. Lobeckius ad Phryn. p. 80.

XVI.

Ἡγούμεθα τῆς πόλεως εἶναι ταύτας σωτῆρας.

Eustathius ad Odyss. p. 1484 50: καὶ ἄλλα ἐξ ἀρρενικῶν ἐπὶ θηλυκὰ μεταφέρονται, ὡς τὸ „Κίλιξ δὲ χώρα καὶ Σηρῶν (leg. Σύρων) ἐπιστροφαί." καὶ Ὅμηρος „θεαὶ δ' ἔπι ποιμένες εἰσίν." καὶ Φερεκράτης Ἡγούμεθα — σωτῆρας. καὶ Σοφοκλῆς (Oed. R. 81) „τύχῃ γέ τῳ σωτῆρι." V. Lobeck ad Sophoclis Ai. 323.

XVII.

Eustathius ad Odyss. p. 1528 45: ἀκέανοι σπορίμου εἶδος, περὶ οὗ φησιν Αἴλιος Διονύσιος, ὅτι ἀκέανοι τὰ ἐν φακοῖς στρογγύλα καὶ δυσκάτακτα ὄσπρια, φέρων καὶ χρῆσιν Φερεκράτους ταύτην· Κυάμους φακῆν ζείας αἴρας ἀκεάνους. Legendum videri:

Κυάμους ἀφάκην ζείας αἴρας ἀκεάννους,

indicavi Hist. crit. p. 68. Nec sane apta est lenticulae inter fabas et cetera legumina commemoratio.

XVIII.

Νῦν δ' ἐπιχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίσσειν, φρύγειν, ἀναβράττειν,
αἴνειν, ἀλέσαι, μᾶξαι, πέψαι, τὸ τελευταῖον παραθεῖναι.

Eustathius ad Iliad. p. 801 56: ἐν γοῦν τῷ Αἰλίου Διονυσίου λεξικῷ γράφεται οὕτως· αἰνεῖν, τὸ ἀναδεύειν καὶ ἀνακινεῖν κριθὰς ὕδατι φύροντα. Φερεκράτης· Νῦν ἐπιχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίττειν, φρύγειν, ἀνα-

βράττειν, αἰνεῖν. Παυσανίας δὲ ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ῥητορικῷ λεξικῷ οὐ διὰ διφθόγγου γράφων αἰνεῖν, ἀλλὰ διὰ μόνου τοῦ ᾱ διχρόνου φησίν· Ἀνεῖν ἐν ἐκτάσει ἔχει τὸ ᾱ. δηλοῖ δὲ τὸ πτίσσειν, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ *) δηλοῖ. καὶ Φερεκράτης δ' ἔτι φησί· *Νῦν δ' ἐπιχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίσσειν, φρύγειν, ἀποβράττειν, ἀνεῖν, ἀλέξαι* (sic), *μάξαι, τὸ τελευταῖον παραθεῖναι.* Λέγει δὲ καὶ ὅτι διαφέρει τὸ πτίσσειν τοῦ αἰνεῖν. τὸ μὲν γὰρ πτίσσειν γίνεται, ἵνα τὸ πτισσόμενον ἀπολίποι τὸ πιτυρῶδες ἄχυρον, τὸ δὲ ἀνεῖν ἐπὶ ξηρῶν, ὥσπερ καρύων, ἵνα τὸ ἀχυρῶδες αὐτῶν περικαὲν ἀφαιρεθείη. — ἐν ἄλλοις δὲ φέρεται καὶ ταῦτα· αἰνεῖν τὸ ἀναβράττειν ἀληλεσμένον σῖτον. καὶ πτισσάνη (πτισάνη) παρὰ τὸ πτίσσειν καὶ αἰνεῖν. οἱ δὲ τὸ ἀναποιεῖν ταῖς χερσὶ τὸν σῖτον ὕδατι ῥάναντας. Pherecratis locus fortasse ex *Δουλοδιδασκάλῳ* petitus est. Vs. 1 servavi *πτίσσειν* propter Lobeckium Paral. gramm. p. 31. — Vs. 2 *αἴνειν* scripsi ex Herodiano de dict. sol. p. 24 18: *αἴνω τὸ δασυνόμενον καὶ βαρυνόμενον τὸ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Φερεκράτης, αἴνειν: πτίσσειν.* De quo loco dixit Dindorfius ad Photium Porsoni p. 595 Lips. Mox *πέψαι* addidit Th. Bergkius Comment. p. 306.

XIX.

Grammaticus Bachmanni Anecd. I p. 418. *Χαλλάδας: διὰ τῶν δύο λλ, τὰς ἐν ταῖς λαγόσι σάρκας. οὕτως Φερεκράτης.* Eandem formam restitui Menandro p. 11.

XX.

Τί δ' ἔπαθες;

B. ἄγρυκτα κἄλεκτ', ἀλλὰ βούλομαι μόνῃ

αὐτῇ φράσαι σοι.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 339 ult.: *Ἄγρυκτα καὶ*

*) Neglexerunt haec qui de duplice Pacis editione quaerere instituerunt.

ἄλεκτα πέπονθα. *τὸ μὲν ἄγρυκτα ἔστιν ὥστε μηδὲ γρύξαι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν κακῶν. Κέχρηται δὲ αὐτῷ καινότατα Φερεκράτης Τί δ' ἔπαθες κτλ.* Locus fortasse ad Chironem referendus. V. Hist. crit. p. 79.

XXI.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 346 1: *Ἀδώνιος Φερεκράτης εἶπεν ἀντὶ τοῦ Ἀδώνιδος. λέγει δὲ τὴν αἰτιατικὴν τὸν Ἀδώνιον.* V. ad Cratini Fragm. p. 189. Pro *Ἀδώνιον* fortasse scribendum *Ἄδωνιν*, et glossa ad Fragm. LXXXIV referenda.

XXII.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 340 22. *Ἄγχασκε: ἀντὶ τοῦ ἀνάχασκε. οὕτω Φερεκράτης.* Similia composuit Th. Bergkius Comment. p. 381.

XXIII.

Ὕβριστον ἔργον καὶ κόβαλον εἰργάσω.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 368 22: *Φερεκράτης δὲ τῷ κόβαλον συμπλέξας τὸ ὕβριστον εἶπεν Ὕβριστον ἔργον καὶ κόβαλον εἰργάσω. συγγραφικαὶ δὲ αἱ συνθῆκαι.* Haec postrema quo consilio addita sint non perspicio.

XXIV.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 369 1. *Ἀκοήν: ἀντὶ τοῦ οὖς. οὕτω Φερεκράτης.* *Ἀκοὴ* apud Atticos dicitur fere de auditu vel auditione, rarissime de auribus. Legitur tamen hac significatione apud Hermippum Fragm. inc. fab. V 2. Platonem Tim. p. 33 c. et Sopatrum Athenaei II p. 86 a. Quamquam Sopatrum illum Atticis vix annumerare licet.

XXV.

Καὶ τὰς βαλάνους καὶ τὰς ἀκύλους καὶ τὰς ἀχράδας περιόντας.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 373 25: *Ἄκυλος ὁ τῆς*

πρίνου καρπὸς καλεῖται ὑπὸ τῶν παλαιῶν, βάλανος δὲ ὁ τῆς δρυός. Καὶ τὰς — περιόντας Φερεκράτης. Idem p. 475 12: *Ἀχράδας τὰς ἀχέρδους λέγουσιν — καὶ ἀχράδων μνημονεύει Φερεκράτης.* De *περιόντας* pro *περιϊόντας* vide Dobraeum ad Arist. Vesp. 1020. Atque ita etiam in oratione soluta, v. c. apud Xenophontem Hell. III 2 25, ubi Schneiderus affert Thucyd. I 80.

XXVI.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 379 1: *Πλάτων δὲ ἀλλοκοτώτατον καὶ ἀλλοκοτώτερον εἶπε, καὶ Φερεκράτης ἀλλοκότως ἐπιρρηματικῶς.*

XXVII.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 383 30. *Ἁλιῶς: ἀντὶ τοῦ ἁλιέως. Φερεκράτης.* Alia exempla attulit Buttmannus Gramm. max. I p. 198 et Th. Bergkius Comment. p. 297. Quibus adde *Αἰγιαλῶς* pro *Αἰγιαλέως* ex Hesychio I p. 139. *Αἰγιαλῶς: ἀντὶ τοῦ Αἰγιαλέως, ἀττικῶς.*

XXVIII.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 401 18: *Ἀνεψιαδοῖ Ἀριστοφάνης, καὶ ἀνεψιαδοῦς Φερεκράτης, καὶ Ἕρμιππος ἀνεψιαδοῦς.* Cfr. Schoemannus ad Isaeum p. 455 sqq.

XXIX.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 451 15. *Ἀσελγές: πᾶν τὸ σφοδρὸν καὶ βίαιον. — καὶ Φερεκράτης· οἷον αὐτόπνιγος ὡς ἀσελγὴς φησί που.* Haec aliis emendanda relinquo.

XXX.

Ἀτόπως καθίζων κοὐδὲ γιγνώσκειν δοκῶν.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 460 10: *καὶ ἀτόπως τὸ ἀσυνήθως καὶ ἀνεπιφάτως. Ἀτόπως — δοκῶν, φησὶ Φερεκράτης.* Ex Eupolidis Marica idem versus affer-

tur a schol. Platonis p. 379. Fortasse igitur in nomine erravit Grammaticus, id quod etiam Eustathio accidit ad Iliad. p. 1290 45: τὸ παφλάζειν, εἰς ὃ ποιεῖ Φερεκράτης „Λοπὰς παφλάζει βαρβάροις λαλήμασιν." Qui Eubuli versus est ab Athenaeo VI p. 229 a. servatus.

XXXI.

Ἵν' ἀφυπνισθῇτ' οὖν ἀκροᾶσθ', ἤδη γὰρ καὶ λέξομεν.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 473 8. Ἀφυπνισθῆναι: τὸ ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. Φερεκράτης Ἵν' ἀφυπνισθῇτ' οὖν κτλ. Similiter loquutus est Cratinus Fragm. inc. fab. V.

XXXII.

Ἡ τῆς ἀχέρδου τῆς ἀκραχολωτάτης.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 475 12: Ἀχράδας τὰς ἀχέρδους λέγουσιν — ἴσως δ' ὁ μὲν καρπὸς ἀχράς, τὸ δὲ δένδρον ἄχερδος. Φερεκράτης Ἡ τῆς ἀχέρδου κτλ. Operarum errore apud Bekkerum legitur ἀκραρχολωτάτης. Spinosam esse ἄχερδον constat, unde ἀκράχολον eam dicit Pherecrates. Feracissimus eius arboris fuit demus Acherdusius. Hinc arboris naturam ad incolarum indolem transtulit scriptor incertus apud Etymol. M. p. 181 5: μοχθηρὸς ὢν καὶ τὴν γνώμην ἀχερδούσιος.

XXXIII.

Ποῖ κῆχος; B. ἐγγύς, ἡμερῶν γε τεττάρων.

Grammaticus Crameri Anecd. I p. 344 27. κῆχος: δηλοῖ δὲ τὸ δήπου· συντάσσεται αὐτῷ τῷ (τὸ) ποῖ· ὡς Φερεκράτης Ποῖ κῆχος; κτλ. Etymol. M. p. 682 52: Ποῖ κῆχος] ζήτει καὶ τοῦτο. Ποῖ κῆχος; εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ Ἀριστοφάνης Ποῖ κῆχος; εὐθὺ Σικελίας. καὶ παρὰ Φερεκράτει Ποῖ κῆχος; καὶ εἰ μὲν παρεζευγμένον εὑρήσεις τὸ ποῖ τῷ κήχει. Ἐρατοσθένης δὲ λαμβάνει ἐκ ταύ-

της τῆς συντάξεως, ποῦ ἐγγύς, καὶ εἰς τίνα τόπον. In his post κῆχει, pro quo κῆχος scribendum, Sylburgius supplet εὖ ἔχει, quod non sufficit. Perdifficilis autem Ionicae huius (Apollon. de Adv. p. 596 f) particulae explicatio est. Hoc tamen exempla a grammaticis allata docere videntur, idem fere eam significare quod δή ποτε vel δή που. Ποῖ κῆχος; εἰς τὸν οὐρανόν. *Quo tandem tendis? in caelum.* Ποῖ κῆχος; εὐθὺ Σικελίας. *Quo tandem tendis? recta in Siciliam.* Atque ita etiam in Pherecratis loco: *quo tandem tu peregre abis? in viciniam.* Quibus παρὰ προσδοκίαν subiicitur ἡμερῶν γε τεττάρων, scil. ὁδόν, quod in superioribus vel in sequentibus adfuerit. Recte igitur Moeris p. 227. κῆχος: ἀντὶ τοῦ δή. Hesychii glossa, Κῆχος: τόπος. καὶ ποῖ κῆχος, ποῖ γῆς, ita corrigenda videtur, Κῆχος: τὸ ποὺ etc. Etymol. M. p. 512 23. κῆχος: ἐπίρρημα ἀντὶ τοῦ ποῦ. Lege ἀντὶ τοῦ πού. Interrogativa enim huius formulae vis non in κῆχος sed in ποῖ est posita. De etymo vocis tacere praestat quam incertas coniecturas periclitari, qualis Eratosthenis est, κῆχος ex κή = πή et ἄγχος = ἄγχι compositum dicentis. V. Bernhardium ad Eratosth. p. 227.

XXXIV.

Βριθομένης ἀγαθῶν ἐπίμεστα τραπέζης.

Hesychius, Ἐπίμεστα: πλήρη, τουτέστιν ἐπὶ κεφαλῆς, καὶ μὴ ἀπεψημένα. Φερεκράτης· Βριθομένων ἀγαθῶν ἐπὶ τραπέζης. In his ἐπίμεστα pro ἐπὶ Blomfieldius gloss. ad Aeschyl. Sept. c. Th. 141, βριθομένης pro βριθομένων Th. Bergkius Comment. p. 304, qui praeterea πάντων ante ἀγαθῶν inseruit. De ἐπίμεστα, quod adverbialiter sumendum, vide Polluc. IV 169 et quos Bergkius attulit Phrynichum Bekk. p. 40 4 et Callimachum in Cer. 134.

XXXV.

Hesychius, Μίμαρκυς: κοιλία καὶ ἔντερα τοῦ ἱερείου μεθ' αἵματος σκευαζόμενα, μάλιστα δὲ καὶ ἐπὶ λαγωῶν,

ὁτὲ δὲ καὶ ἐπὶ ὑός. ὁ δὲ Φερεκράτης παίζων καὶ ἐπὶ ὄνου φησί.

XXXVI. XXXVII.

Photius Lex. p. 9 22. Ἀδηφάγοι: ἀγωνισταὶ ἵπποι οὕτως ἐκαλοῦντο, ὡς Ἀριστοφάνης καὶ Φερεκράτης. — Idem p. 25 21. Ἕτερος: Φερεκράτης ἐπὶ πολλῶν.

XXXVIII.

Photius Lex. p. 26 f. Ἐττημένα: σεσησμένα. Φερεκράτης. Hesychius, Ἐττησμένα: σεσησμένα. Corrigunt ἐπτισμένα. Sed Pherecrates a σάω formasse videtur ἔσσημαι (ἔττημαι) quemadmodum v. c. ἔσσυμαι vel ἔσσευμαι formatur a σεύω.

XXXIX. XL. XLI.

Athenaeus X p. 426 f: *οἱ δ᾽ ἐπιτεταμένως χρώμενοι τῷ ποτῷ δύο οἴνου ἔπινον πρὸς πέντε ὕδατος — Ἕρμιππος Θεοῖς Ἐπειθ᾽ ὅταν κτλ.* **Vs. 1 vix credibile est** *πίνεσθαι* **et** *διψῆσθαι* **dixisse Hermippum pro** *πίνειν* **et** *διψῆν*. **Ineptum item *bibendi* et *sitiendi* verba sic ut hoc loco factum est coniungi. Nec multum proficias si cum Th. Bergkio Comment. p. 317** *πεινώμεθ᾽ ἢ διψώμεθα* **scribas, quum fami nullus hic locus esse videatur. — Vs. 2** *ὠκερασγενου* **B.** *ὠκαιρας γενου* **PVL. Bergkius tentabat,** *εὐχόμεθα πρὸς τοῦτ᾽ · οἶνος ὦ κέρας γενοῦ*, ***hoc cornu copiae precibus invocamus: o cornu vinum fias.*** **Existimat enim Mercurium aliumve ministrum hic loqui de beatissima vita deorum, ad cuius felicitatem hoc maxime illum referre, quod Amaltheae cornu utantur, quaecunque collibuerit benignissime effundente. — Vs. 3 vulgo** *οὐκ ἀστοῦ καὶ πηλοῦ*. **B** *οὐκαστοῦ καὶ πηλοῦ*. **Adamus** *οὐκ ἀπὸ καπήλου*. **Recepi emendationem Bergkii. Sententia tamen ne sic quidem perfecta est: videtur inter secundum tertiumque versum aliquid intercidisse. — Vs. 4** *καῦθις* **PVL.** *καυθεὶς* **ABP.** *κεὐθὺς* **Bergkius. Ibid.** *δύο* **pro** *δύω* **Dindorfius.**

II.

Ὥσπερ αἱ κανηφόροι
λευκοῖσιν ἀλφίτοισιν ἐντετριμμένοις.
ἐγὼ δ᾽ ἐνέκαψα λανθάνων τὴν διφροφόρον.

Scholiasta Aristoph. Av. 1550: *ταῖς κανηφόροις σκιά-*

δειον καὶ δίφρον ἀκολουθεῖ τις ἔχουσα. Ἑρμίππου Θεῶν Ὥσπερ αἱ κανηφόροι κτλ. Kusterus *Ἕρμιππος Θεοῖς.* Fortasse fuit olim *ὡς δῆλον ἐξ Ἑρμίππου Θεῶν.* Vs. 2 legendum videtur *ἐντετριμμένος* Describi enim videtur aliquis qui canephorae habitum imitaretur, quas capillis farina conspersis in publica pompa incessisse constat ex Aristophane Eccl. 732 *ὅπως ἂν ἐντετριμμένη κανηφορῇς.* — Vs. 3 *ἐνέκαψα λανθάνων* Valcken. ad Herod. II 93 et Porsonus App. ad Toupii Emend. p. 445. Libri *ἕνεκα ψαλάθων.* Quid autem devoraverit quicunque haec dicebat apud Hermippum, non apparet: credo tamen fuisse pecuniam, quam canephorae furatus erat. Pecuniam ore condere solitos esse Graecos, constat ex Aristophanis Vesp. 791 aliisque locis. V. intpp. Eccles. 818 et Alexin Athenaei III p. 76 e. Inter secundum tertiumque versum videtur aliquid intercidisse.

III.

Φήμης ἱερᾶς ἐξοιγνυμένης ὥσπερ πέπονος δοθιῆνος.

Herodianus *περὶ λέξεως μονήρους* p. 17 10: *δῆλον ὅτι σημειώδης ὁ δοθιὴν παρ' Ἀττικοῖς λεγόμενος καὶ μὴ ἔχων πρὸ τοῦ η σύμφωνον. — Ἕρμιππος ἐν Θεοῖς Φήμης ἱερᾶς ἐξοιγνυμένης ὥσπερ πέπονθε δοθειῆνος.* Emendavit L. Dindorfius.

IV.

Τόν τε κότυλον πρῶτον ἤνεγκ' ἐνέχυρον τῶν γειτόνων.

Athenaeus XI p. 478 c: *Τὰ μόνωτα ποτήρια κότυλοι — Ἕρμιππος δ' ἐν Θεοῖς Τόν τε κότυλον πρῶτον ἤνεγκεν ἐχυρὸν τῶν γειτόνων.* Emendavit Porsonus et Iacobsius Addit. p. 259. Praeterea Dindorfius suspicatur *πρῶτος.* Eundem versum respicit Athen. l. l. p. 478 f.

V.

Λεπάδας τε πετρῶν ἀποκόπτοντες κρεμβαλιάζουσι.

Athenaeus XIV p. 636 d: *Ἕρμιππος δ' ἐν Θεοῖς τὸ τού-*

τοις (κρεμβάλοις) κρούειν κρεμβαλίζειν εἴρηκεν ἐν τούτοις Λεπάδας τε κτλ. Legebatur κρεμβαλίζουσι. „Metrum poscit κρεμβαλιάζουσι, quam formam agnoscunt Hesychius et Photius." Dindorfius. Notare videtur Euripidis aliorumque huius similium poetarum Musam κροταλίστριαν. Aristophanes Ran. 1305:

καί τοι τί δεῖ
λύρας ἐπὶ τοῦτον; ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις
αὕτη κροτοῦσα; δεῦρο Μοῦσ' Εὐριπίδου.

Hesychius, Κρεμβαλιάζειν: κογχύλια καὶ ὀστράκια συγκροτοῦντες ἐρισμόν (leg. ἔρρυθμόν) τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις. Huius moris auctor perhibetur Diocles, de quo v. Hist. crit. p. 252 et Th. Bergkius Comment. p. 429.

VI.

Καὶ πρὸς κύβους ἕστηκ' ἔχων τὸ κήθιον.

Scholiasta Aristophanis Vesp. 672: καὶ πρὸς τὴν τῶν κύβων παιδιὰν ὁμοίως ἐχρῶντό τινι (sc. κηθίῳ) βάλλοντες ἐξ αὐτοῦ. καὶ γὰρ Ἕρμιππος ἐν Θεοῖς Καὶ πρὸς κύβους ἕστηκ' ἔχων κήθιον. Articulum addidit Porsonus. Κύβοι de loco dictum videtur, ubi κύβοις ludebatur. Similiter πεσσοὺς dixit Cratinus Archil. IV p. 18.

VII.

Καί σε τί χρὴ παραταιναρίζειν;

Stephanus Byz. p. 631: λέγεται καὶ ταιναρίζειν, ὡς Ἕρμιππος Θεοῖς Καί σε τί χρὴ κτλ. Hesychius, Ταιναρίας: παρὰ Λακεδαιμονίοις ἑορτὴ Ποσειδῶνος, ubi lege Ταινάρια.*) Hinc ταιναρίζειν *Taenaria celebrare*. Sed παρὰ quid in hoc verbo significet, nescire me fateor. Numeri sunt logaoedici, nisi forte παραταιναριάζειν scribendum, ut sit tetrameter dactylicus.

*) Nisi forte ex poeta aliquo sumptum est Ταιναρὶς vel Ταιναριὰς ἑορτή.

VIII.

'Ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ
ὠνήσομαι λύχνον τίν' ἢ στίλβην.

Photius Lex. p. 539 21. *Στίλβη: λύχνῳ τι ἐοικός. Ἕρμιππος Θεοῖς 'Ἐξ ἀγορᾶς κτλ.* Similiter Plato ap. Polluc. VI 103:

ἐξ ἀγορᾶς δ' ἐγὼ
ὠνήσομαι στίλβην τίν' ἥτις μὴ πότις.

IX.

Pollux IX 126: *τὸ δὲ ῥῆμα τὸ πενταλιθίζειν* (h. e. *πενταλίθοις παίζειν*) *ἐστὶν ἐν τοῖς Ἑρμίππου Θεοῖς.* Hermippus fortasse *πεντελιθίζειν* dixerat: certe Photius Lex. p. 410 20: *Πεντέπηχυ καὶ πεντέκλινον καὶ πεντέχαλκον καὶ πεντέμηνον* atque omnia similiter composita per ε̄ scribi annotavit. Et de *πεντελιθίζειν* idem disertim p. 411 3: *Πεντελιθίζειν διὰ τοῦ ε̄ γράφουσιν.* Cfr Lobeckium ad Phryn. p. 413.

X.

Hesychius, *Μίλαξ: ἡλικία. ἔνιοι δὲ μέλλα. καὶ παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Θεοῖς, ἀγνοήσας Ἀρτεμίδωρος. ἐκεῖ γὰρ μίλαξ ἐστίν. δηλοῖ δὲ τὸν δημοτικόν.* Pro *μέλλα* recte corrigunt *μέλλαξ.* Ipse Hesychius, *Μέλακες: οἱ νεώτεροι*, et Glossarium vetus, *Μέλλαξ: adultus, adolescens.* Hermippus autem usus erat voce *μίλαξ*, eamque pro *δημοτικὸς* usurpaverat. Ita *popularis* dicitur pro *sodalis*, quod comparat Lobeckius Paralip. gramm. p. 128. Idem admonet glossae Hesychianae, *Κέλλικας: δημότας.* Pro *ἡλικία* scribendum videtur *ἧλιξ*.

ΚΕΡΚΩΠΕΣ. *)

I.

Οἱ γὰρ πενόμενοι
ἀνάπηρά σοι θύουσιν ἤδη βοίδια,
Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος.

Athenaeus XII p. 551 b: *πόσῳ οὖν κάλλιον πενόμενον εἶναι λεπτότερον ὧν καταλέγει Ἕρμιππος ἐν Κέρκωψιν, ἢ ὑπερπλουτοῦντας τῷ Ταναγραίῳ κήτει ἐοικέναι — φησὶ δ' οὕτως ὁ Ἕρμιππος πρὸς τὸν Διόνυσον τὸν λόγον ποιούμενος Οἱ γὰρ πενόμενοι κτλ.* Iidem versus prioribus verbis omissis leguntur apud schol. Aristophanis Av. 1406: *καὶ οὗτος* (Leotrophides) *τῶν σφόδρα λεπτῶν. — Ἕρμιππος Κέρκωψιν Ἀνάπηρά σοι κτλ.* Ex Athenaeo eundem locum apposuit Eustathius ad Iliad. *υ'* p. 1288, ex scholiasta Aristophanis Suidas s. v. *Λεωτροφίδης*. Vs. 1 *οἱ γὰρ* C et Eustathius. PVL *νῦν οἱ γάρ*. Fortasse igitur *νυνὶ γὰρ οἱδὶ πενόμενοι*. — Vs 2 C et Eustathius *θύσουσιν*. Ibidem vulgatum *βοΐδια* mutabam in *βούδια*, ductus his verbis Antiattic. p. 85 29: *βούδια, οὐ μόνον βοίδια. Ἕρμιππος Κέρκωπι.* Recepit hoc Dindorfius. Sed ea forma nunc aegre adducor ut germanum Atticum usum esse credam: certe *ῥούδιον μνούδιον φλούδιον* et similia extremae sunt graecitatis. Cfr Lobeckium ad Phryn. p. 87. Formam *βοίδιον* agnoscit etiam Athenaeus XIV p. 650 e: *ῥοίδιον μέντοι ὡς βοίδιον τὸ ὑποκοριστικόν.* Leotrophidae macilentiam ridet etiam Theopompus *Καπηλ.* fragm. I. Thumantin Aristophanes Equit. 1265, ubi v. schol.

II.

Χρυσίδ' οἴνου πανσέληνον ἐκπιὼν ὑφείλετο.

Athenaeus XI p. 502 e. de chryside poculo disserens:

---

*) V. Hist. crit. p. 94.

καὶ Ἕρμιππος ἐν Κέρκωψι Χρυσίδ' οἴνου κτλ. Πανσέληνον χρυσίδα de pleno poculo Schweighaeuserus intelligit cum Toupio Emend. III p. 572. Interpres gallicus: *ronde comme la pleine lune*, quod verum puto.

III.

Ἤδη τεθέασαι κόκκον ἐν χιόνι ῥόας;

Athenaeus XIV p. 650 e: *καὶ ἐν Ἀναγύρῳ „πλὴν ἀλεύρου καὶ ῥόας." Ἕρμιππος δ' ἐν Κέρκωψί φησιν Ἤδη τεθέασαι κτλ.*

IV.

Athenaeus III p. 123 f: *ὀνομάζει δὲ καὶ Ἕρμιππος ἐν Κέρκωψι φρεατιαῖον ὕδωρ οὕτως.*

V.

Antiatticista p. 88 29. *διαλέγειν: ἀντὶ τοῦ διαλέγεσθαι. Ἕρμιππος Κέρκωψιν.*

VI.

Hesychius, *Κολακοφορoκλείδης: Ἱεροκλείδης, ὃν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδοῦσιν Ἕρμιππος μὲν ἐν Κέρκωψι, Φρύνιχος δὲ ἐν Κωμασταῖς. ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης Κλεώνυμον εἶναι ὑπέλαβεν, οὐδὲν τὸ τέλειον τοῦ ὀνόματος ἐπιστήσας.* Cleonymi nomen quamvis ab Aristophane Vesp. 599 in *Κολακώνυμον* detortum, non tamen verisimile est latere in illo *Κολακοφοροκλείδης*. Id ab aliis *Κορακοφοροκλείδης* scriptum esse idem docet Hesychius, *Κορακοφοροκλείδης: ἔστι γὰρ Ἱεροκλείδης.* Eam lectionem praefert Dobraeus ad Aristophanis Nub. 352. Hieroclem innui coniiciens, de quo vide Aristoph. Pac. 1125. 1146 et scholia. Esset igitur qui *κόρακος* instar sociorum *φόρους* invertit et praedatur. Ita Cratinus Thress. III *τοὺς γὰρ κόρακας τὰξ Αἰγύπτου χρυσία κλέπτοντας ἔπαυσεν*, et Aristophanes Pac. 1125 *ὁ κόρ' ἐξ ἐξ Ὠρεοῦ.* Alteram lectionem qui praeferebant, fortasse *Κολακοφωροκλείδην* scribebant, quo nomine hominis adulatio et furta significarentur.

M O I P A I.

Fabulae huius consilium maxime in bello contra Lacedaemonios commendando positum fuisse haud obscure indicant fragm. I et II. Qua de re admonui Quaest. scen. I p. 30 sive Hist. crit. p. 91. 95. Eandem sententiam sequutus est Th. Bergkius Comment. p. 318. 320. De titulo fabulae nihil certi afferri potest: quod enim Bergkius suspicatur, *Μοίρας* de moris Lacedaemoniorum intelligendas esse, vix puto aliis persuadebit.

I.

Βασιλεῦ Σατύρων, τί ποτ' οὐκ ἐθέλεις
δόρυ βαστάζειν, ἀλλὰ λόγους μὲν
περὶ τοῦ πολέμου δεινοὺς παρέχει,
ψυχὴν δὲ Τέλητος ὑπέστης;
κἀγχειριδίου δ' ἀκόνῃ σκληρᾷ
παραθηγομένης βρύχεις κοπίδος,
δηχθεὶς αἴθωνι Κλέωνι.

Plutarchus Pericl. 33: *καίτοι πολλοὶ μὲν αὐτοῦ τῶν φίλων δεόμενοι προσέκειντο, πολλοὶ δὲ τῶν ἐχθρῶν ἀπειλοῦντες καὶ κατηγοροῦντες, πολλοὶ δ' ᾖδον ᾄσματα καὶ σκώμματα πρὸς αἰσχύνην ἐφυβρίζοντες αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν ὡς ἄνανδρον καὶ προϊεμένην τὰ πράγματα τοῖς πολεμίοις· ἐπεφύετο δὲ καὶ Κλέων ἤδη διὰ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ὀργῆς τῶν πολιτῶν πορευόμενος ἐπὶ τὴν δημαγωγίαν, ὡς τἀνάπαιστα ταῦτα δηλοποιεῖ τὰ Ἑρμίππου. Βασιλεῦ Σατύρων κτλ.* Latine reddidit Grotius Excerptis p. 524:

Cur, rex Satyrum, non libet hastam
gestare tibi, sed magnificum
de Marte satis tua verba crepant,
at cor tibi quale Teletis,

gladiique tui, quae modo dura
cote subacta est, acies languet
subito mordente Cleone?

Ad Moeras haec referenda esse et eo tempore scripta videri, quo Lacedaemonii primum Atticam invaserant, allato Thucyd. II 21 conieci olim Quaest. scen. I p. 30 (Hist. crit. p. 91). Monuit nunc etiam Th. Bergkius Comment. p. 320. Vs. 1 βασιλεῦ Σατύρων. Haec ad Periclis libidines traxit Sintenisius, ad imbellem ignaviam Hermannus. Sed ignaviae crimen non cadere videtur in Satyros. Itaque praefero Sintenisii rationem. Nisi forte Satyrorum nomine Periclis amicos significari dicas ad obsequium et adulationem pronos. De satyris, simiarum genere gesticulatis motibus inquieto, dixit Casaubonus ad Theophr. Char. V p. 72 Lips. Ac nescio an eundem in modum intelligendus sit Timocleae fabulae index Δημοσάτυροι apud Athen. IV p. 165 f. quo nomine demagogi significari videntur turpiter obsequiosi, quos δημοπιθήκους dixit Aristoph. Ran. 1085 et simpliciter πιθήκους Phrynichus apud schol. Av. 11. Eodemne spectet Ecphantidis Cratini Phrynichi aliorumque fabularum titulus Σάτυροι, non discernam, quum Satyrorum nomen late pateat et ad quosvis homines animi corporisve vitio deformes traduci posse videatur. Hesiodus Fragm. XIII 2 Gaisf. καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων καὶ ἀμηχανοεργῶν (fort. κακομηχανοεργῶν). Cfr Hermannus Opusc. I p. 47. — Vs. 2 λόγους δεινοὺς dicit Periclis orationes, quibus ille bellum fortiter capessendum esse hortabatur. Cfr Sintenisium. — Vs. 3 libri quidam ὑπέστη. De Telete nihil constat. Mireris Valckenarii levitatem Ἀτέλητος conilcientis Diatr. p. 222. Coraes: κύριόν ἐστιν ὄνομα ὁ Τέλης — ἀνδρός, ὡς μέν τινες ἐξέλαβον, ἀγαθοῦ τὰ περὶ τὸν πόλεμον καὶ μαχίμου, ὡς δ' ἕτεροι (οἷς καὶ μᾶλλον πείθομαι), τοὐναντίον ἀνάνδρου. Prius unice probandum: *Teletis animum et virtutem pollicitus es.* — Vs. 5 et 6 exhibui ut scripti leguntur apud Coraen, quem sequuti sunt Schaeferus et Sintenisius: ἀκόνῃ σκληρᾷ ex Vulcob. receptum. Vulgo ἀκόνη σκληρά. — Vs. 6

vulgo *παραθηγομένη*. Par. a *παραθηγομένῃ*. Vulcob. *παραθυγομένου* (sic). *παραθηγομένης* Dacierius. Idem *βρύχεις* pro *βρύχει*. Denique *κοπίδος* pro *κοπίδας* Coraes, cuius haec est explicatio: *καὶ οὕτω δειλὸς εἶ, Περίκλεις, ὥστε βρύχειν τοὺς ὀδόντας, κἂν μόνον αἴσθῃ τὸν ψόφον ἐγχειριδίου κοπίδος (τουτέστι μικροτάτου ἐγχειριδίου) θηγομένης ἐν ἀκόνῃ σκληρᾷ.* Non probare haec debebant ii, qui vs. 4 aliam ac Coraes interpretationem sequuti erant, ipsis particulis *καὶ* — *δὲ* non oppositionem sed confirmationem praecedentis sententiae his verbis contineri indicantibus. Itaque de iactantia, non de ignavia et timiditate Periclis hic agi probabile est: nec *ἐγχειρίδιος* placet adiectivi loco cum *κοπὶς* coniunctum. Scribendum videtur,

κἀγχειριδίου δ' ἀκόνῃ σκληρᾷ
παραθηγομένου βρύκεις κοπίδας.

Κοπίδας βρύκειν gladios devorare proverbialis fuisse videtur locutio, qua vani fortitudinis iactatores (Eisenfresser) significarentur. Prorsus ita Timocles Athenaei VI p. 224 a: *ὁ Βριάρεως ὁ τοὺς καταπέλτας τάς τε λόγχας ἐσθίων* Quibus verbis Demosthenes notatur militiae detrectator idemque acerrimus belli instigator. Itaque hoc dicit Hermippus, Periclem quum ensium strepitum audiat, fortissimum se fore inani iactantia polliceri. His iam rectissime inferuntur verba *δηχθεὶς αἴθωνι Κλέωνι*, quibus significat Cleonis pugnam identidem poscentis ferocia Periclem compelli, ut ad arma capessenda se promptum esse ostendat.

II.

Χλανίδες δ' οὖλαι καταβέβληνται,
θώρακα δ' ἅπας ἐμπερονᾶται,
κνημῖδε περὶ σφυρὸν ἀρθροῦνται,
βλαύτης δ' οὐδεὶς ἔτ' ἔρως λευκῆς,
ῥάβδον δ' ὄψει τὴν κοτταβικὴν
ἐν τοῖς ἀχύροισι κυλινδομένην,

Μανῆς δ' οὐδὲν λατάγων ἀΐει,
τὴν δὲ τάλαιναν πλάστιγγ' ἂν ἴδοις
παρὰ τὸν στροφέα τῆς κηπαίας
ἐν τοῖσι κορήμασιν οὖσαν.

Athenaeus XV p. 668 a. de cottabi ludo disserens: *Ἕρμιππος Μοίραις Χλανίδες δ' οὖλαι — ἐν τοῖσι κορήμασιν οὖσαν.* Haec ex eodem carmine ex quo superius fragmentum petita esse indicavi Quaest. sc. I p. 30 (Hist. crit. p. 91). Vs. 3 libri *κνημίδες* Correxit Bergkius Comment. p. 320. Erfurdtius Observ. p. 470 *κνημὶς δὲ* et *ἀρθροῦται*, quod voluit etiam Porsonus Misc. p. 248. — Vs. 4. *βλαύτην* calceamenti genus otiosis et molliusculis hominibus usitatum fuisse docet etiam Anaxilae locus apud Athenaeum XII p. 548 c. *μύροις σῶμα λιπαίνων, χλανίδας δ' ἕλκων, βλαύτας σύρων.* Hinc cum cothurno coniunxit Lysippus Bacch. II. Ibid. ante Iacobsium Mus. Att. III 3 p. 494 et Coraen apud Schweighaeuserum legebatur *ἑτέρως* pro *ἔτ' ἔρως*. — Vs. 5 et reliquos habet Athen. XI p. 487 e: *καλεῖται δὲ μάνης καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ κοττάβου ἐφεστηκός, ἐφ' οὗ τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον. — Ἕρμιππος Μοίραις Ῥάβδον δ' ὄψει τὴν κοτταβικὴν κτλ.* Ex Hermippi *Militibus* versum 5 et 6 affert schol. Aristoph. Pac. 1241, quode vide quae infra dicam. Pro *Μανῆς* Dindorf. ex altero Athenaei loco *Μάνης* Et sane ea fere constans est *τόνωσις* in libris Aristophanis, cuius vide Av. 523. 1311. 1329. Lys. 1213 et Pac. 1146. Rem ipsam praeter Athenaeum et schol. Aristoph. l. l. illustrat Antiphanes Athen. p. 667 a: *κοττάβῳ πρόσεστι καὶ μάνης τις ὥσπερ οἰκέτης;* Tzetzes Chil. VI 886: *αἱ λεκανίσκαι μέσον δὲ εἶχον ἀνδριαντίσκους, οὓς μανᾶς ὠνόμαζον οἱ τότε* Schol. Iliad. V 185: *μετῆκται καὶ εἴς τι παικτικὸν χαλκοῦν πρόσωπον, ὃ καὶ αὐτὸ μάνην ἐκάλουν.* Tum *λατάγων ἀΐει* Iacobsius. A *λαταγωνα ει.* B *λαταγῶν αἰεί.* Similiter ceteri. — Vs. 8 *κηπαίας* sc. *θύρας*, quam Demosth. c. Euerg. p. 1155 Rsk. dicit *τὴν θύραν τὴν εἰς κῆπον φέρουσαν.*

III.

Εἰ δ' ἦν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων τῶν νῦν τοιόνδε μάχεσθαι,
καὶ βατὶς αὐτῶν ἡγεῖτ' ὀπτὴ μεγάλη καὶ πλευρὸν ὕειον,
τοὺς μὲν ἄρ' ἄλλους οὐκουρεῖν χρῆν, πέμπειν δὲ Νόθιππον ἕν' ὄντα·
εἷς γὰρ μόνος ὢν κατεβρόχθισεν ἂν τὴν Πελοπόννησον ἅπασαν.

Athenaeus VIII p. 344 c: *Νόθιππον δὲ τὸν τραγῳδιοποιὸν Ἕρμιππος ἐν ταῖς Μοίραις φησίν Εἰ δ' ἦν κτλ.* **Versum primum non intelligo. Vs. 2** *αὐτῶν* **i. e. Lacedaemoniorum. Cfr Hist. crit. p. 95. — Vs. 3 legebatur** *ἑκόντα.* **Correxit Porsonus Praef. Eurip. Hec. p. XIX. De Nothippo poeta tragico, cuius** *ὀψοφαγίαν* **et gulositatem ridet Hermippus, nihil compertum habemus. — Vs. 4** *κατεβρόχθισεν.* **Respexit fortasse Photius Lex. p. 146 3.** *Κατεβρόχθισεν: κατέπιεν.*

IV.

Ὁ Ζεὺς δὲ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος
μύων ξυνέπλαττε Θετταλικὴν τὴν ἔνθεσιν.

Athenaeus X p. 418 d: *ἔλεγον δὲ καὶ Θετταλικὴν ἔνθεσιν τὴν μεγάλην. Ἕρμιππος Μοίραις Ὁ Ζεὺς κτλ.* **Respexit hunc locum Photius Lex. p. 88 11.** *Θετταλικὴ ἔνθεσις: ὁ μέγας ψωμός.* **Eustathius ad Iliad. p. 857 31:** *ὅτι δὲ πολυφάγοι οἱ Θετταλοὶ διαβεβόηται, ἀφ' ὧν καὶ Θετταλικὴ ἔνθεσις ἡ μεγάλη τροφή.* **Vs. 2 AB** *μύων.* **PVL** *μύρων.* **Fortasse recte Th. Bergkius Comment. p. 318 sq. Iovem de Pericle interpretatus est, ut hoc dixerit Hermippus, Periclem nihil curantem hostilis exercitus invasionem socordiae sese dedisse. Sed quod idem deteriorum librorum ductu** *μοιρῶν* **pro** *μύων* **scribendum putavit, id ne ipsum quidem nunc probare credo.**

V.

Οἶσθα νῦν ὅ μοι ποίησον; τήνδε νῦν μή μοι δίδου,
ἐκ δὲ τοῦ κέρατος αὖ μοι δὸς πιεῖν ἅπαξ μόνον.

Athenaeus XI p. 476 a. de *κερατίνοις ποτηρίοις* agens: *Ἕρμιππος Μοίραις Οἶσθα νῦν ὅ μοι ποίησον;* Versu secundo *κέρατος* penultimam producit, ut in Aeschyli loco apud Athenaeum l. l. *κέρασι χρυσᾶ στόμια προσβεβλημένοις.* V. Elmsleium ad Eurip. Bacch. 919.

VI.

Ἢν ἐγὼ πάθω τι τήνδε τὴν λεπαστὴν ἐκπιών,
τῷ Διονύσῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα.

Athenaeus XI p. 486 b. de *λεπαστῇ* disserens: *Ἕρμιππος Μοίραις Ἐὰν ἐγὼ πάθω κτλ.* Eustathius ad Iliad. p. 1246 35: *ὅτι δὲ μεγάλη ἦν (ἡ λεπαστὴ) — δηλοῖ σὺν ἄλλοις καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ Ἂν ἐγὼ πάθω κτλ.* Vs. 1 *ἤν* Porsonus Praef. Hecubae p. XXV. Vulgo *ἐάν*, pro quo C et Eustathius habent *ἄν*. — Vs. 2 *τῷ Διονύσῳ*. De dactylo cfr Porsonum l. l. Fragmentum hoc ex eadem qua superius scena petitum esse non dubito. Nec tamen Th. Bergkio Comment. p. 321 accesserim, utrumque locum in unum fragmentum coniungenti, inserta inter *ἤν* et *ἐγώ* particula *δέ*. Quod tum demum recte factum credam, si quis *κέρας* et *λεπαστή* de eodem poculi genere dici posse demonstraverit. Etsi enim lepasta profundum poculum fuisse ex Aristoph. apud Athenaeum XI p. 485 b intelligitur,

περιέφερε δ' ἡμῖν κύκλῳ λεπαστήν
ταχὺ προσφέρων παῖς ἐνέχεέν τε σφόδρα τι κυανοβενθῆ,

consentaneum tamen est et ex ipso nomine perspicuum, eandem magni fuisse ambitus et in latitudinem patuisse haud mediocrem, quae forma a *κέρατος* specie vehementer discrepat. Adde quod priora languescentis potatoris sunt, cetera autem strenui et maiorum poculorum appetentis.

VII.

Μείζων γὰρ ἢ νῦν δὴ 'στι, καὶ δοκεῖ δέ μοι,
ἐὰν τοσοῦτον ἐπιδιδῷ τῆς ἡμέρας,
μείζων ἔσεσθαι Διαγόρου τοῦ Τερθρέως.

Suidas v. *Ἴακχος* vol. II p. 89: *γέγονε δὲ καὶ ἕτερος (Διαγόρας) κωμῳδούμενος ἐπὶ μεγέθει. Ἕρμιππος ἐν Μοίραις Μείζων γὰρ ἢ νῦν κτλ.* Eundem locum ex schol. Ven. et Flor. ad Aristoph. Ran. 323 mecum communicavit Dindorfius. Vs. 1 libri *ἦν νῦν δ' ἐστι.* Correxit Th. Bergkius Comment. p. 321. De *νῦν δὴ* i. q. *ἀρτίως* cfr supra p. 11. Ibid. Flor. *δέ* ante *μοι* omittit. — Vs. 2 *τοσοῦτον* Dindorfius. Scholiasta *τι τούτων.* Suidas *τις.* Ibidem *ἐπιδιδῷ τῆς* Suidas. Scholiasta *ἐπίδωται.* — Vs. 3 Suidas *ὅτι μείζων ἔτ' ἔσται.* Verba *τοῦ Τερθρέως* scholiasta omittit. Male Toupius Emend. 1 p. 256 *τοῦ Τερθέως* propter Suidam, *Τερθεύς: ὄνομα κύριον.* Mihi potius apud Suidam *Τερθρεύς* scribendum videtur, sive id verum nomen fuit, sive eo hominem praestigiis deditum significare voluit.

VIII.

Pollux VII 200: *τὰς δέ γε βελοπώλιδας εἴρηκεν Ἕρμιππος ἐν Μοίραις.* Casaubonus ad Athen. p. 344 c scribebat *βελονοπώλιδας.* At recte cod. Falck. *τὰς δέ γε βελόνας βελονίδας εἴρηκεν,* idque confirmat ipse Pollux X 136: *καὶ βελόνης δὲ τοὔνομα ἐν Εὐπόλιδος Ταξιάρχοις — καὶ βελονίδες, ὡς Ἕρμιππος ἐν Μοίραις.*

IX.

Pollux X 136: *δεῖ δὲ ἐπὶ ταῖς ἐσθῆσι καὶ ῥαμμάτων. εἴρηται δὲ τοὔνομα — καὶ ἐν Ἑρμίππου Μοίραις Ῥάμμ' ἐπέκλωσας.* Vide Grammaticorum loca a Schneidero Ind. Script. R.R. p. 375 collecta.

ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙ.

I.

Α. Χαῖρ' ὦ διαπόντιον
στράτευμα, τί πράττομεν;
τὰ μὲν πρὸς ὄψιν μαλακῶς
ἔχειν ἀπὸ σώματος,
κόμη τε νεανικῇ
σφρίγει τε βραχιόνων.
Β. ᾔσθου τὸν Ἄβυδον ὡς
ἀνὴρ γεγένηται;

Athenaeus XII p. 524 f: *καὶ Ἀβυδηνοὶ — ἀνειμένοι τὴν δίαιτάν εἰσι καὶ κατεαγότες, ὡς παρίστησιν Ἕρμιππος ἐν Στρατιώταις Χαῖρ' ὦ διαπόντιον κτλ.* „Nempe *ξεναγὸς* quidam milites Asiaticos, specie egregios, re ignavos, contraxerat." Dobraeus Advers. II p. 339. Versus distinxit primus omnium Dindorfius. Vs. 1 *Χαῖρ' ὦ* pro *χαίρω* Dobraeus et Th. Bergkius Comment. p. 324. — Vs. 2 *πραττομένων* ABP. *πραττόμενος* VL. *πράττομεν* Dobraeus et Bergkius, qui 3 et 4 ita restituere conatus est:

Β. Τὰ μέν γ' ἀπὸ σώματος
πρὸς ὄψιν ἔχει καλῶς.

Vs. 5. 6. *νεανικῇ σφρίγει* Villebrunius. Vulgo *νεανικῇ φρίγει* B *νεανικῆς φρίγει.* — Vs. 7 et 8 alteri interlocutori tribuendos et per interrogationem efferendos esse vidit Dindorfius. Sed male idem coniecit *τὸν Ἀβυδόθ' ὡς* etc. quamquam probavit Bergkius, Alcibiadem designari ratus, quem multum Abydi versatum esse ibique totum sese voluptatibus dedisse constat. Sed *Ἀβυδόθε* pro *Ἀβυδόθεν* Atticis dicere minime licuit. Pro *τὸν* L habet *τήν*. *Ἄβυδος* non secus ac *Πύλος*, *Σηστός*, *Κόρινθος* et alia etiam masculinum fuisse docet proverbium *μὴ εἰκῇ τὸν Ἄβυδον* apud Gram-

maticum Bekk. Anecd. p. 322 32 et in Proverb. Bodl. p. 78 D. quamquam ab aliis id ita effertur *μὴ εἰκῇ τὴν Ἄβυδον πατεῖν*. V. Steph. Byz. v. *Ἄβυδος* Abydum autem hoc loco non urbem dicit, sed ipsos illos milites Asianos, ex Abydo aliisque illius orae urbibus conscriptos. Neque inusitatum fuisse Abydi nomen ad homines transferre, docet Sinopae meretricis exemplum apud Harpocrat. p. 166 15.

II.

Ῥάβδον δ᾽ ὄψει τὴν κοτταβικὴν
ἐν τοῖς ἀχύροισι κυλινδομένην.

Scholiasta Aristoph. Pac. 1240: *περὶ μὲν οὖν τῆς ῥάβδου* (in ludo cottabi) *Ἕρμιππος ἐν Στρατιώταις Ῥάβδον δ᾽ ὄψει κτλ.* Eosdem versus cum pluribus aliis posuit in Moeris Fragm. II. Cfr Hist. crit. p. 95, ubi quod utriusque fabulae simillimum argumentum fuisse dixi, intellexit etiam Bergkius Comment. p. 323, qui Milites Moerarum *διασκευὴν* fuisse haud inepte suspicatur. Ex iisdem anapaestis duo, quae deinceps apposui, fragmenta servata sunt.

III.

Χία δὲ κύλιξ ὑψοῦ κρέμαται
περὶ πασσαλόφιν.

Athenaeus XI p. 480 e: *ἐπαινοῦνται δὲ καὶ αἱ Χῖαι κύλικες, ὧν μνημονεύει Ἕρμιππος ἐν Στρατιώταις Χία δὲ κύλιξ κτλ.* Eadem ex Athenaeo affert Eustathius ad Hom. p. 1428 61. „Poeta hoc dicit, prae militiae studio Chium poculum superne pendere neque amplius usurpari." Bergkius Comment. p. 323.

IV.

Νικᾷ δ᾽ ᾤα λιθίνην μάκτραν.

Pollux X 181: *οὕτω (ᾤαν) τὴν μηλωτὴν ἐκάλουν, ἴσως ἀπὸ τῆς οἰός, τοῖς δὲ στρατιώταις καὶ ἀντὶ μάκτρας ὑπουρ-*

γεῖ, ὅπερ ἐν Στρατιώταις Ἕρμιππος ὑποδηλοῖ Νικᾷ δ' ᾠὰ λιθίνην μάκτραν. Lapideam mactram habemus etiam apud Nicandrum Ther. 709: οὖρον ἀπηθῆσαι πλαδόων λαεργέϊ μάκτρῃ, ubi tamen scholiasta legit πλαδάοντ' εὐεργέϊ μάκτρῃ. Eiusmodi mactris Graeci utebantur in vita communi, in militia autem ἡ ᾠὰ in mactrae locum succedebat. Hinc recte Hermippus militiae studium omnes corripuisse significaturus dicit, *oa lapideam mactram evincit.* Addo Hemsterhusii annotationem. „Forsitam hinc illustrari potest Hesychius, qui μακτῆρα eiusdem, ut vides, propter originem significationis cum μάκτρᾳ, inter alia exponit διφθέραν. Ecce tibi locum: Μακτήρ, ἡ κάρδοπος, καὶ ἡ πυελίς, καὶ διφθέρα, eiusmodi scilicet pellis, qualem ex Hermippo ᾠὰν observat Pollux." Cfr Fragm. VI.

V.

Ὥρα τοίνυν μετ' ἐμοῦ χωρεῖν τὸν κωπητῆρα λαβόντα
καὶ προσκεφάλαιον, ἵν' ἐς τὴν ναῦν ἐμπηδήσας ῥοδιάξῃς.
B. ἀλλ' οὐ δέομαι πανικτὸν ἔχων τὸν πρωκτὸν προσκεφαλαίου.

Hesychius, Πάνικτον: Ἕρμιππος ἐν Στρατιώταις Ὥρα τοίνυν κτλ. Vs. 1 articulum addidit Salmasius. De προσκεφαλαίῳ remigum pulvinari v. Cratinus p. 170 et Phot. p. 460 18. — Vs. 2 ῥοθιάζῃς Blomfieldius Gloss. Aesch. Pers. 402. Vulgo ῥοθιάξῃς. Quod vs. 3 legitur πάνικτον sive potius πανικτόν, cuius caussa Hermippi locum attulit Hesychius, indicio esse videtur Doriensem haec loqui hominem. Quid autem sit πρωκτὸς πανικτὸς difficile dictu est. Πῆνος seu πᾶνος proprie lanae glomum significans trameae circumvolutum etiam ad corporis tumores pustulas et tubercula a medicis transferri constat ex Celso V 28 10 aliisque. Cfr Salmasium ad Scriptores Hist. Aug. I p. 548. Itaque πηνιστὸς seu πανικτὸς πρωκτὸς esse possit *podex tuberculis obsitus.* Cum autem contraria apud Hermippum sententia requiratur, nescio an is scripserit,

ἀλλ' οὐ δέομ', οὐ πανικτὸν ἔχων τὸν πρωκτόν, προσκεφαλαίου.

Itaque nihil se opus habere pulvinari dicit quicunque haec loquitur, neque enim pustulatas se nates habere. Ceterum *προσκεφαλαίου* a Blomfieldio additum est.

VI.

Ὥρα μάττειν ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τὴν ᾤαν περιδεῖσθαι περὶ τὴν ὀσφύν.

Eustathius ad Odyss. *ρ'* p. 1828 58 ex Aristophane grammatico: *μηλωτὴν καλοῦμεν καὶ τὴν αἰγείαν δοράν, τὴν δὲ τῶν προβάτων ἔνιοι οἰέην. τῶν δὲ ἀρχαίων Ἀττικῶν τινὲς συναλιφὴν ποιούμενοι ὤαν* (sic) *ἐκάλουν. καὶ φέρει καὶ χρῆσιν Ἑρμίππου ταύτην Ὥρα μάττειν ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τὴν ὤαν* (sic) *περιδεῖσθαι περὶ τὴν ὀσφύν.* Idem ad Iliad. p. 877 55 ex eodem Aristophane: *μηλωτὴν καλοῦμεν καὶ τὴν αἰγείαν δοράν, τὴν δὲ τῶν προβάτων τινὲς οἰέην, ὅθεν ἡ ᾤα συνήλειπται οἷον Ὥρα μάττειν ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς κτλ.* Sacra dicere videtur ea, quae milites in bellum profecturi diis offerebant: *ἐξιτηρίους εὐχὰς* dicit Etymol. M. p. 348 43. Cfr Apollodorus Athenaei VI p. 243 e. De *ᾤα* vide ad Fragm. IV. Ad Milites haec revocavi propter Fragm. V.

VII.

Οἴμοι τάλας, δάκνει, δάκνει,
ἀπεσθίει μου τὴν ἀκοήν.

Athenaeus XIV p. 649 c: *χρῶνται δὲ τῷ ἀπεσθίειν ἀντὶ τοῦ ἀπό τινος ἐσθίειν, ὡς Ἕρμιππος ἐν Στρατιώταις Οἴμοι τάλας κτλ.* Eustathius ad Odyss. p. 1753 27: *ἀπεσθίειν λέγεταί ποτε μετὰ προθέσεως, οἱονεὶ ἀπό τινος ἐσθίειν, οἷον Δάκνει δάκνει κτλ.*

VIII.

Τίς ἔσθ' ὁ πωλῶν τἀνδράποδ'; B. ὅδ' ἐγὼ πάρα.

Grammaticus apud Cramerum Anecd. I p. 363 20: *παρὰ*

Ἀττικοῖς δὲ μάλιστα ἐπὶ πρώτου προσώπου ἡ παρά, ἀντὶ τοῦ πάρειμι. Κρατῖνος Μαλθακοῖς καὶ Ἕρμιππος Στρατιώτισιν (sic) *ὁ πωλῶν τ' ἀνδράποδ', οὐδ' ἐγὼ παρά.* Eundem versum, indicante etiam Cramero, tacito auctoris et fabulae nomine Eustathius ad Iliad. p. 586 et Etymol. M. p. 651 25 ita scriptum afferunt, *τίς ἔσθ' ὁ πωλῶν τἀνδράποδ'; ἐγὼ πάρα*, unde apertum est locum ita corrigendum esse ut supra adscripsi. Vidit et Bergkius Comment. p. 434.

IX.

Zenobius Prov. II 23: *Ἀνερίνεος εἶ. τάττεται ἡ παροιμία παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Στρατιώταις. φασὶ δὲ ὅτι ἐρινεοῦ τοῦ ὀλυνθηφόρου ἐν τῷ καρπῷ φύεται θηρία, ἃ προσαγορεύουσι ψῆνας. τούτων οἱ γεωργοὶ λαβόντες ἀφάπτουσι τῶν κλάδων ταῖς συκαῖς, ὅπως αὐτῶν ὁ καρπὸς μὴ ἀπορρέῃ. ἐνδυόμενον γὰρ εἰς τοὺς σφῆνας τὸ θηρίδιον στερεοῖ τούτους καὶ πεπαίνει. διόπερ ἐπὶ τῶν ἅπερ ἂν λάβωσι μὴ διακρατούντων εἰρῆσθαι τὴν παροιμίαν.* Vide quos affert Kusterus ad Suidam I p. 198.

X.

Τῶν φιβάλεων μάλιστ' ἂν ἢ τῶν κοράκεων.

Athenaeus III p. 77 a: *κοράκιων δὲ σύκων εἶδος Ἕρμιππος ἐν Στρατιώταις παραδίδωσι διὰ τούτων Τῶν φιβάλεων κτλ.* PL *διὰ τούτων, ἢ τῶν φιβάλεων*, unde suspicabar *διὰ τουτωνὶ Τῶν φιβάλεων κτλ.* Genitivi pendere videntur a verbo *φάγοιμι*, quod in sequentibus adfuerit. Dobraeus Advers. II p. 300 tentat *ἢ τῶν φιβαλέων*; | *B. μάλιστά γ'* etc. Accentum (*φιβαλέων* et *κορακέων*) correxit Schweighaeuserus. V. Bekkeri Anecd. p. 1197.

XI.

Ἠριστάναι καὶ παριστάναι τουτί.

Athenaeus X p. 423 a: *καὶ ἠρίσταμεν δ' εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς — καὶ Ἕρμιππος ἐν Στρατιώ-*

ταις Ἠριστάναι — τουτί. Ante Dindorfium legebatur ἀριστάναι. Photius Lex. p. 75 9. ἠριστάναι: Ἕρμιππος. ὡς καὶ δεδειπνάναι φασίν. Imperite Eustathius ad Odyss. p. 1900 9: ἐκ τοῦ δειπνῶ καὶ ἀριστῶ — δείπνημι καὶ ἀρίστημι, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ δεδείπναμεν καὶ δειπνάναι καὶ ἀρίσταμεν καὶ ἀριστάμεν παρ᾽ Ἀθηναίῳ. Quae sequuntur verba καὶ παριστάναι τουτί, ea sic scripta affert C παρεστάναι τουτωΐ. Dindorfio illa καὶ παριστάναι ex ἠριστάναι depravata videntur.

ΦΟΡΜΟΦΟΡΟΙ.

I.

Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχουσαι,
ἐξ οὗ ναυκληρεῖ Διόνυσος ἐπ᾽ οἴνοπα πόντον,
ὅσσ᾽ ἀγάθ᾽ ἀνθρώποις δεῦρ᾽ ἤγαγε νηῒ μελαίνῃ.
ἐκ μὲν Κυρήνης καυλὸν καὶ δέρμα βόειον·
ἐκ δ᾽ Ἑλλησπόντου σκόμβρους καὶ πάντα ταρίχη·
ἐκ δ᾽ αὖ Ἰταλίας χόνδρον καὶ πλευρὰ βόεια·
καὶ παρὰ Σιτάλκου ψώραν Λακεδαιμονίοισιν,
καὶ παρὰ Περδίκκου ψεύδη ναυσὶν πάνυ πολλαῖς.
αἱ δὲ Συράκουσαι σῦς καὶ τυρὸν παρέχουσιν.
καὶ Κερκυραίους ὁ Ποσειδῶν ἐξολέσειεν
ναυσὶν ἐπὶ γλαφυραῖς, ὅτιὴ δίχα θυμὸν ἔχουσιν.
ταῦτα μὲν ἐντεῦθεν. ἐκ δ᾽ Αἰγύπτου τὰ κρεμαστὰ
ἱστία καὶ βύβλους, ἀπὸ δ᾽ αὖ Συρίας λαβανωτόν.
ἡ δὲ καλὴ Κρήτη κυπάριττον τοῖσι θεοῖσιν·
ἡ Λιβύη δ᾽ ἐλέφαντα πολὺν παρέχει κατὰ πρᾶσιν·
ἡ Ῥόδος ἀσταφίδας τε καὶ ἰσχάδας ἡδυονείρους.

αὐτὰρ ἀπ' Εὐβοίας ἀπίους καὶ ἴφια μῆλα·
ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας, ἀπὸ δ' Ἀρκαδίας ἐπικούρους.
αἱ Παγασαὶ δούλους καὶ στιγματίας παρέχουσιν.
τὰς δὲ Διὸς βαλάνους καὶ ἀμύγδαλα σιγαλόεντα
Παφλαγόνες παρέχουσι· τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός.
Φοινίκη καρπὸν φοίνικος καὶ σεμίδαλιν·
Καρχηδὼν δάπιδας καὶ ποικίλα προσκεφάλαια.

Athenaeus I p. 27 d. e: *Ἀντιφάνης που ὁ χαρίεις τὰ ἐξ ἑκάστης πόλεως ἰδιώματα οὕτω καταλέγει — Ἕρμιππος δ' οὕτως Ἔσπετε κτλ.* Ad Phormophoros haec referenda esse constat ex Hesychio et Antiatticista. V. ad vs. 20 et Quaest. scen. I p. 31 (Hist. crit. p. 92). Locum ex parabasi fabulae petitum esse parum probabilis coniectura est A. Welandii de parodiis Hom. p. 31. De tempore fabulae dixi Hist. crit. l. l. Vs. 1 ex Homero sumptus Iliad. *β* 484 aliisque locis. — Vs. 4 *καυλὸν* sc. *σιλφίου*, cuius mire ferax Cyrenaica. Vid. I. P. Thrige Hist. Cyren. I p. 231 sqq. Eckhel Doctr. Num. IV 1 p. 119. A bubulis tergoribus qui Cyrenen commendaverit, praeter Hermippum scio neminem. — Vs. 6 *αὐτ'* Iacobsius Anthol. Palat. III p. 1027. — Vs. 7 *Σιτάλκου.* Aristophanes *Σιτάλκους* Acharn. 141. sed *Σιτάλκου*, ut Hermippus, etiam Thucyd. II 29. III 101. Acerbe autem *scabiem* a Sitalca Lacedaemoniis advectam iocatur, fortasse per legatos, quos misisse videntur Lacedaemonii, ut Odrysarum dynastam potentissimum in suas partes traherent. De Sitalcae foedere cum Atheniensibus cfr Thucyd. II 29 et Aristoph. Acharn. 142. — Vs. 8. De Perdicca neque Lacedaemoniis neque Atheniensibus fideli cfr Poppo ad Thucyd. vol. II p. 432. Ibidem Schweighaeuserus *ψεύδη* pro vulgato *ψευδῆ* ex Eustathio ad Iliad. *β* p. 261 8: *ὅρα τὸ ψεύδεα νανσὶ πάνυ πολλαῖς παραξεσθὲν ἐξ Ὁμήρου φαμένου ἐν τοῖς ἑξῆς* (Iliad. *υ* 247) *δυνατὸν εἶναι ὀνείδεα μυθήσασθαι ὅσα οὐδ' ἂν ἑκατόνζυγος ναῦς ἄροιτο.* — Vs. 9 pro *σῦς* Eustathius l. l. *σῖτον*. Ac sane sues Syra-

cusanos Atheniensibus suppeditasse nullus veterum scriptorum, si recte memini, tradidit: itaque videndum ne recepta Eustathii lectione ἄγουσι scribendum sit pro παρέχουσι. — Vs. 11 fortasse νηυσίν. Sed ναυσὶν etiam vs. 8. Ibidem libri ὅτι δίχα θυμὸν ἔχουσι. Conieceram ἄνδιχα, quod recepit Dindorfius. Idem voluit iam Casaubonus. Sed Homericum est δίχα θυμὸν ἔχειν, non ἄνδιχα. Itaque scripsi quod dubitanter proposuit Dindorfius ὀτιὴ δίχα. Minus recte autem Eustathius ad Odyss. p. 1582 20, quem sequutus est Casaubonus, his verbis bellum Persicum respici statuit, quo tempore Corcyraeos parum sincero in Graecos egisse constat animo. V. Thucyd. VII 168. Diodor. Sic. XI 15. Sed ad vetera illa et obsoleta ut respexisse putem Hermippum aegre adducor. Itaque verba illa ad intestina Corcyraeorum dissidia spectare credo, quorum alii Spartanis alii Atheniensibus favebant, ut constat e Thucydide, eaque interpretatio etiam eo confirmatur, quod Homerus Iliad. υ´ 32 ipsis illis verbis de diis usus est, quorum alii Troianis alii Graecis favebant. Ceterum hi duo versus, in quibus Corcyraei diris devoventur, cum reliquis adeo non conveniunt, ut inter nonum versum et decimum complures excidisse videri debeant. — Vs. 12 ἐντεῦθεν vitii suspectum est propter ultimae syllabae productionem. Num forte ἐντευθένδε adverbium fuit ut ἐνθένδε? an scribendum ταῦτα μὲν οὖν ἐντεῦθεν· ἀπ' Αἰγύπτου δὲ κρεμαστά? Verba quae sequuntur τὰ κρεμαστὰ ἱστία, compares cum Xenophonteis Oecon. VIII 12, ubi navem regi dicit διὰ σκευῶν ξυλίνων καὶ πλεκτῶν καὶ κρεμαστῶν. Cfr Pollux I 94. X 13. — Vs. 14 κυπάριττον τοῖσι θεοῖσι, sc. ad deorum statuas fabricandas. Cupressina deorum simulacra habemus, ut alios mittam, apud Pausaniam lib. VI 18 et VIII 17 aliisque locis pluribus. — Vs. 17 Εὐβοίης BD. — Vs. 19 Παγασαὶ L. Ταγασαὶ V. — Vs. 20 Hesychius s. v. Διὸς βάλανοι. Ἕρμιππος Φορμοφόροις Τὰς Διὸς βαλάνους κτλ. Antiatticista p. 82 19. Ἀμύγδαλα: Ἕρμιππος Φορμοφόροις. Eundem versum cum sequenti ex Athenaeo apposuit Eustathius ad Odyss. p. 1404 4,

qui de verbis *ἀμύγδαλα σιγαλόεντα*, ut monuit iam Dindorfius, tribus praeterea locis disserit, nominato Hermippo p. 1280 49, non nominato p. 542 23. 728 41. — Vs. 21 *τά γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός*, notissimum hemistichium Homeri Odyss. I 152 aliisque locis. — Vs. 23 libri *Φοινίκη δ' αὖ καρπόν*. Correxit Iacobsius ad Anthol. Pal. vol. III p. 577. — Vs. 23 *Καρχηδὼν δάπιδας*. *Afra tapetia* commemorat Vopiscus Aurel. 12. De Punicis stragulis data opera egerat Polemo in libro *περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων*, teste Athenaeo XII p. 541 a.

II.

Μενδαίῳ μὲν ἐνουροῦσιν καὶ θεοὶ αὐτοί
στρώμασιν ἐν μαλακοῖς. Μάγνητα δὲ μειλιχόδωρον
καὶ Θάσιον, τῷ δὴ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή,
τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον
τῶν ἄλλων οἴνων, μετ' ἀμύμονα Χῖον ἄλυπον.
ἔστι δέ τις οἶνος, τὸν δὴ σαπρίαν καλέουσιν,
οὗ καὶ ἀπὸ στόματος στάμνων ὑπανοιγομενάων
ὄζει ἴων, ὄζει δὲ ῥόδων, ὄζει δ' ὑακίνθου
ὀδμὴ θεσπεσίη, κατὰ πᾶν δ' ἔχει ὑψερεφὲς δῶ
ἀμβροσία καὶ νέκταρ ὁμοῦ. τοῦτ' ἐστὶ τὸ νέκταρ,
τούτου χρὴ παρέχειν πίνειν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
τοῖσιν ἐμοῖσι φίλοις, τοῖς δ' ἐχθροῖς ἐκ Πεπαρήθου.

Athenaeus I p. 29 e: *Ἕρμιππος δέ που ποιεῖ τὸν Διόνυσον πλειόνων* (*οἴνων*) *μεμνημένον Μενδαίῳ μὲν κτλ.* Partem loci inde a vs. 6—10 affert Eustathius ad Odyss. p. 1449 10. Ipsum Dionysum haec loquentem a poeta inductum esse testatur Athenaeus. Ad Phormophoros rettuli rei probabilitate ductus. Cfr Quaest. scen. I p. 31 et Hist. crit. p. 92. Vs. 1 Casaubonus *καὶ τοὶ θεοί*. Dindorfius *καὶ* delevit, ut initio versus aliquid omissum sit. *ἐνουροῦσιν* Casaubonus interpretatur *tam diu bibunt Mendaeum dii do-*

nec illud meiere coguntur. Existimasse videtur οὐρεῖν οἴνῳ graece dici posse ut ὕειν, quod quum fieri nequeat, videndum est ne aut Μενδαῖον aut Μενδαίου scribendum sit. Idem voluit Dobraeus Advers. II p. 295. Th. Bergkius Comment. p. 325 locum ita corrigere tentavit, Μενδαῖον μέν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐνουροῦσιν θεοὶ αὐτοί — sententia usque ad ὀδμή continuata, ut accusativi Μενδαῖον Μάγνητα et Θάσιον ex iis quae hunc locum praecedebant suspensi sint. — Vs. 3 τῷ δή — ὀδμή affert Eustathius ad Odyss. p. 1633 65. — Vs. 6 libri ὅν. Correxit Dindorfius. Σαπρίαν οἶνον ab uno Hermippo commemoratum de ἀνθοσμίᾳ interpretatur Eustathius p. 1449. Finxisse videtur hoc vini genus Hermippus. — Vs. 7 Bergkius τοῦ. Tum ante Casaubonum ἀνοιγομενάων. B et Eustathius ἀνοιγομένων. Bergkius ἐξοιγνυμενάων. — Vs. 9 „aut hic oportuit ὀδμή, aut vs. 3 ὀσμή." Dindorfius. Praetuli formam epicam et θεσπεσίη scripsi pro θεσπεσία, quod fecit etiam Dobraeus. Ὑψερεφὲς B et Eustathius: vulgo ὑψιρεφές. — Vs. 11 παρέχειν πίνειν VL. ἀεὶ interserunt BCD, unde Dind. suspicatur τοῦ παρέχειν αἰὲν πίνειν. Non placet. Ibidem optime δαιτὶ θαλείῃ Dindorfius. Vulgo τῇσι θαλείῃς. BCD τῇ θαλείᾳ. Pro τούτου Bergkius τουτί. Distinxit enim vs. 8 post ὑακίνθου, vs. 9 post δῶ, sublato commate ante κατά, et reliqua ita disposuit: ἀμβροσία καὶ νέκταρ ὁμοῦ τοῦτ' ἐστί· τὸ νέκταρ τουτὶ χρὴ παρέχειν κτλ. Quae valde probabilis coniectura est. — Vs. 12 ἐκ Πεπαρήθου. Peparethium vinum commemoravit iam Homerus. Cfr Sophocles Philoct. 545 et Aristoph. fragm. 301.

III.

Τῇδ' ἐξιόντι δεξιᾷ, ὦ λυχνίδιον.

Athenaeus XV p. 700 d: Ἕρμιππος δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Ἰάμβοις τὸ στρατιωτικὸν λυχνεῖον σύνθετον οὕτως ὀνομάζει. ἐν δὲ Φορμοφόροις δράματι Τῇδ' ἐξιόντι δεξιᾷ, ὦ λυχνίδιον. Tentabam τῇδ' ἐξιόντ' ἐπὶ δεξί' ὦ λυχνίδιον,

scil. *ἄγου με* vel simile quid. Dobraeus Adv. II p. 352 coniiciebat *τί δ' εἶχεν ἐν τῇ δεξιᾷ; B. λυχνίδιον.* „Nisi potius (inquit) *τι δεξιὸν* delenda sunt ut var. lect. et legendum *τῇ δεξιᾷ λυχνίδιον.*"

IV.

Παρὰ τῶν καπήλων λήψομαι τὸ σύμβολον.

Pollux IX 71: *εἴη δ' ἂν καὶ σύμβολον βραχὺ νομισμάτιον, ἡμίτομόν τι νομίσματος. ὁ γοῦν Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις λέγει Παρὰ τῶν καπήλων κτλ.* V. ad Eubuli Xuthum.

V.

Pollux X 122: *Ἕρμιππος ἐν Θεσμοφόροις τὸν κύαθον καὶ τὴν οἰνοχόην καὶ τὸ λυχνίον* (Fragm. III) *καὶ τὰ τοιαῦτα σκεύη χαλκίδια καὶ χαλκία καλεῖ, ὡς ἐκ χαλκοῦ πεποιημένα.* Recte Casaubonus *ἐν Φορμοφόροις.* V. Hist. crit. p. 92. Pro *λυχνίον* unus cod. *λυχνεῖον.*

VI.

Pollux VII 89: *ὕπισχλοι δὲ πολυτελὲς ἀνδρεῖον* (sc. *ὑπόδημα*), *οὗ Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις μνημονεύει.* Ita cod. Falck. pro *ὑπιχλοι.* Casaubonus ad Athen. XV p. 700 d scribebat *καὶ σύκχοι,* quod calcei Phrygiaci genus fuit. Aliis placet *ὕσκλοι* vel *ὕσχλοι,* quo solearum ansulae significantur, Pollux VII 80 et Hesychius s. v. *ὕσκλοι.* Sed requiritur calcei nomen, velut *ἔπτυσχλοι* ab ansularum numero dicti. V. Hesychius s. v. *ἔπτυσκλοι* et Phrynichus Bekk. p. 16 11. Propius etiam accedit *πτύσχλοι* ex ipso illo *ἔπτυσχλοι* miro modo decurtatum. V. Photius Lex. p. 470 26.

VII.

Scholiasta Aristoph. Av. 750: *οὗ* (Phrynichi comici) *μέμνηται Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα.* V. Hist. crit. p. 150.

VIII.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 419 26. *Ἀπεδημηκότες*: *Ἕρμιππος Φορμοφόροις*. Transcripsit haec Suidas v. *ἀπεδημηκότες*. Eandem huius perfecti formam e Demosthene et Xenophonte exsignavit Antiattic. p. 79. *Ἀπεδημηκότος*: *Δημοσθένης κατὰ Λεπτίνου*, *Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων τρίτῳ*. Locos neque mihi neque Lobeckio ad Phryn. p. 598 reperire contigit. Itaque suspicor apud Antiatticistam Hermippi nomen excidisse, Demosthenis autem et Xenophontis memoriam ad aliam glossam spectare, quam exquirant velim quibus otium est.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I.

Μὰ τὸν Δί' οὐ μέντοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρὴ
τὸν ἀγαθὸν οὐδὲ θερμολουτεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς.

Athenaeus I p. 18 c. de balneorum usu: *Ἕρμιππος Μὰ τὸν Δί' οὐ κτλ.* Latine reddidit Grotius Excerptis p. 524:

Viri boni, Hercle, non est facere quod facis,
Calidis lavari, potare ad temulentiam.

Articulum ante *Δία* addiderunt Erfurdtius Observ. p. 425 et Porsonus.

II.

Ὥστε Μαραθῶνος τὸ λοιπὸν ἐπ' ἀγαθῷ μεμνημένοι
πάντες ἐμβάλλουσιν ἀεὶ μάραθον εἰς τὰς ἁλμάδας.

Athenaeus II p. 56 c. de variis olivarum generibus agens: *Ὥστε Μαραθῶνος — ἁλμάδας*, *φησὶν Ἕρμιππος*. Vs. 2 *ἐμβάλλουσιν ἀεὶ* BC. *ἀεὶ ἐμβάλλουσιν* VL. Porsonus ad

Aristophanis Eccles. 275 coniecit ἐμβαλοῦσιν, quod recepit Dindorfius. Ferrem si haec a vaticinante dici constaret. Ceterum Coraes haec annotavit. „Olivas foeniculo condire etiamnum apud Graecos sollenne est. Has foeniculo et muria conditas olivas appellant κολυμβητὰς ἐλαίας, vocabulo paulum deflexo a veterum κολυμβάδες." Pro ἀεὶ Porsonus αἰεί. et pro εἰς VL ἐς. Ad Moeras locum perquam incerta coniectura rettulit Th. Bergkius Comment. p. 321.

III.

'Εγώ σου σήμερον
τύπτων τὸ πρόσωπον αἱμορυγχιᾶν ποιῶ.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 362 15. Αἱμορυγχία: Δώριόν ἐστι τοὔνομα, πλὴν καὶ ὁ 'Αττικὸς Ἕρμιππος ἐχρήσατο τῇ φωνῇ εἰπών 'Εγώ σου σήμερον τύπτων τὸ πρόσωπον αἱμορυγχίαν ποιήσω. σημαίνει δὲ τὸ καθῃμάχθαι τὸ ῥύγχος. Φρύνιχος μέντοι οὐκ ἐγκρίνει τὴν φωνήν. Hesychius, Αἱμορυγχιᾶν: καθῃμάχθαι τὸ ῥύγχος. Recte igitur etiam Hermippo infinitivum restituit Schneiderus in Lexico. Tum codex ποιήσω, quod vereor ut recte in ποιῶ mutatum sit. Futurum ni fallor necessarium est: nec in αἱμορυγχιᾶν secunda syllaba videtur corripi posse. Suspicor igitur locum ad tetrametros esse revocandum,

ἐγὼ δέ τήμερόν σου
τύπτων τὸ πρόσωπον νὴ Δί' αἱμορρυγχιᾶν ποιήσω,

aut minori etiam sive potius nulla mutatione ad dimetros,

ἐγώ σου τήμερον
τύπτων τὸ πρόσωπον νὴ Δί' αἱ-
μορρυγχιᾶν ποιήσω.

Lacunam facile apparet etiam ita expleri posse ut post τύπτων aut ἅπαν aut ὅλον inseratur.

IV.

Σὺ δὲ τὴν κεφαλήν ψάθαλλέ μου.

Phrynichus Appar. Soph. p. 9 7: 'Αναψαθάλλειν —

"Ἕρμιππος ἄνευ προθέσεως λέγει ψαθάλλειν ἀντὶ τοῦ κνᾶν. Σὺ δὲ τὴν κεφαλήν ψάθαλλέ μου, ἀντὶ τοῦ ψηλάφα. Fortasse Populi Atheniensis verba sunt, Cleoni similive δημοπιθήκῳ caput scalpendum praebentis.

V.

Ἃ τόθ' ἥσθην, ταῦτα νῦν ἀνήδομαι.

Phrynichus Appar. Soph. p. 25 19. ἀνήδομαι ἐφ' οἷς ἥσθην: ἀντὶ τοῦ οὐκέθ' ἥδομαι. Ἕρμιππος "Ἃ τόθ' ἥσθην, ταῦτα νῦν ἀνήδομαι, ἀντὶ τοῦ καὶ τὴν ἐπ' ἐκείνοις γεγενημένην ἀποῤῥίπτω καὶ ἀποτίθεμαι ἡδονήν. Bekkerus χᾶ τόθ' ἥσθην. Valcken. ad Euripidis Hipp. p. 259. ἃ γὰρ τόθ' ἥσθην. Pro ἀνήδομαι Lobeckius ad Phrynichum p. 563 suspicatur ἀφήδομαι

VI.

Τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχει.
ὅσην κολοκύντην.

Athenaeus II p. 59 c: Ἀττικοὶ δὲ μόνως (scil. non addito Ἰνδικὴ similive cognomine) καλοῦσιν αὐτὴν κολοκύντην. Ἕρμιππος Τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχει. ὅσην κολοκύντην. Ita Dindorfius ex C. Vulgo ὅση κολοκύντην. Casaubonus ὅση κολοκύντη. Dobraeus ad Aristoph. Av. 1008 sive Advers. II p. 223 locum ita constituit:

Τὴν κεφαλὴν ἔχει
ὅσην κολοκύντη.

Quod verum videtur, sed ita ut κολοκύντην servandum putem. Fortasse Hermippus Periclis caput oblongum et cucurbitae simile his verbis irrisit.

VII.

Pollux VII 194: Ἕρμιππος δὲ ἐπὶ τοῦ προπιατευθέντος ἄνευ ἀργυρίου πίνειν ἐκ καπηλείου προδόσει πίνειν εἴρηκε. Attigit haec Casaubonus ad Theophrasti Char. XVIII p. 196 Lips. Nostri *auf Borg trinken*. Eandem significa-

tionem hoc nomen habet in proverbio *κακὴ πρόδοσις*, quod Diogenianus V.74 dici affirmat *ἐπὶ τῶν μετὰ τὴν μῖξιν τὸν συγκείμενον μισθὸν κομιζομένων*. Eodem fere modo Proverbia Bodl. 572. Sed legendum haud dubie *οὐ κομιζομένων*. Nec multum dissimili sensu Demosthenes p. 1208 coniunxit *δωρεὰς καὶ προδόσεις* h. e. *Vorschüsse*.

VIII.

Moeris Attic. p. 348. *Σωδάριον*: *Ἕρμιππος, τὸ ὑφ' ἡμῶν σουδάριον*. Nisi Epicharmi nomen pro Hermippo reponendum est, suspicari licet Siculum hominem ab Hermippo inductum esse, qui illa voce uteretur. Vide Piersonum ad Moeridis locum et Huschkium Dissert. de Annio Cimbro p. 49.

IX.

Scholiasta Aristophanis Vesp. 360. *Σκοπιωροῦνται*: *κατοπτεύουσι καὶ παραφυλάττουσιν. Ἕρμιππος δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπὸ τῆς σκοπῆς θεωρεῖν.*

X.

Suidas, *Δειλοκομπήσας*: *ἐξαπατήσας. Ἕρμιππος.* Rectius Hesychius, *Δειλοκοπήσας*: *ἐξαπατήσας, ἐκφοβήσας*. Ubi vide interpretes.

IX.

Pollux II 125: *Ἕρμιππος δὲ ὁ κωμικὸς καὶ περιλέγειν εἴρηκε τὸ περιέρχεσθαι τῷ λόγῳ, οἷον περισσὰ λέγειν.* Eodem sensu, ut videtur, Aristoph. Eccl. 230 dixit *περιλαλεῖν*.

XII.

Pollux III 125: *Ὑπερίδης καὶ πράτην* (emtorem) *εἴρηκε — πωλητήριον δὲ Ἕρμιππος ὁ κωμικός.*

XIII.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 367 33. *Ἀκολουθοῦντε*: *ἀντὶ τοῦ ἀκολουθούσα δυϊκῶς. οὕτως Ἕρμιππος. Καὶ γὰρ κέχρηνται ταῖς ἀρσενικαῖς μετοχαῖς ἀντὶ θηλυκῶν πολλάκις.*

XIV.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 401 18: *Ἀνεψιαδοί*, *Ἀριστοφάνης*, *καὶ ἀνεψιαδοῦς Φερεκράτης*, *καὶ Ἕρμιππος ἀνεψιαδοῦν.*

XV.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 470 10. *Ἀφεῦσαν: ἀφῆκαν. Πλάτων καὶ Ἕρμιππος.* Pro *ἀφεῦσαν* scribendum videtur *ἀφεῖσαν.*

XVI.

Photius Lex. p. 10 23: *ἔφη δὲ καὶ ἀδηφαγοῦσα Σοφοκλῆς καὶ ἀδηφαγεῖν Ἕρμιππος.*

XVII.

Photius Lex. p. 230 10. *Δολλοῦν: τὰ παιδία τὸν θεόν. οὕτως Ἕρμιππος.* Hesychius, *Λόγχια: τὰ παιδία τῶν θεῶν. κέχρηται τῇ λέξει Ἕρμιππος.* Non expedio.

XVIII.

Photius Lex. p. 285 15. *Ναικισήρεις: καὶ παρὰ Φερεκράτει καὶ Ἑρμίππῳ. τοὐναντίον δὲ σημαίνει τῷ ἀληθεύειν.* V. ad Pherecratis Fragm. inc. fab. XLVI.

XIX.

Photius Lex. p. 339 21. *Ὀξίνην: τὸν οἶνον, οὐκ ὀξίναν. καὶ Ἕρμιππος καὶ Φιλωνίδης καὶ οἱ ἄλλοι.* V. ad Philon. Fragm. inc. fab. IV.

XX.

Photius Lex. p. 508 3. *Σέων: σητῶν. οὕτως Ἕρμιππος.* Cfr Grammaticus apud Bekk. p. 1257 et Thomas Mag. p. 328 Ritsch.

XXI.

Photius Lex. p. 656 22. *Ψῦχος: τὸ ῥῖγος. Ἡρόδοτος, ἀλλὰ καὶ Ἕρμιππος.* Herodoti locus est IV 28.

MYRTILUS.

(Hist. crit. p. 100.)

ΤΙΤΑΝΟΠΑΝΕΣ. *)

I.

Aristoteles Eth. Nic. IV 2. de ineptis divitiarum ostentatoribus disserens: *οἷον ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν, καὶ κωμῳδοῖς χορηγῶν ἐν τῇ παρόδῳ πορφύραν εἰσφέρων, ὥσπερ οἱ Μεγαρεῖς.* Ad quae Aspasius haec habet: *σύνηθες ἐν κωμῳδίᾳ παραπετάσματα δέρρεις ποιεῖν, οὐ πορφυρίδας. Μυρτίλος ἐν Τιτανόπαισι* (sic) *τό, Δεινῆς ἀκούεις Ἡράκλεις. τουτέστι σοι τὸ σκῶμμα ἀσελγὲς καὶ μεγαρικόν, καὶ σφόδρα ψυχρὸν γελᾷς, ὁρᾷς τὰ παιδία. διασύρονται γὰρ οἱ Μεγαρεῖς ἐν τῇ κωμῳδίᾳ.* Reliquam loci partem vide supra p. 12. In his quae Myrtilo tribuuntur, Eupolidis versus esse ex schol. Aristoph. Vesp. 57 intelligitur, quod verbo indicavi ad Philem. p. 382. Cfr Fritzschius Actis Soc. gr. I p. 130. Myrtili memoria unice ad importunam purpureorum velorum ostentationem spectat, quibus Megarenses aditum in scenam vel orchestram ornabant, Atheniensibus in ciliciorum usu acquiescentibus. Eodem spectare videtur glossa Hesychii, *Δερριδόγομφοι: πύλαι δέρρεις ἔχουσαι παραπετάσματα.*

---

*) V. Hist. crit. p. 100.

II.

Scholiasta Aristoph. Av. 1490: *ἥρωες δὲ δύσοργοι καὶ χαλεποὶ τοῖς ἐμπελάζουσι γίνονται — διό μοι δοκοῦσι καὶ οἱ τὰ ἡρῷα παριόντες σιγὴν ἔχειν, ὡς Μυρτίλος ἐν Τιτανόπασί φησιν.* Hinc Narcisso heroi Eretriensi *Σιγηλοῦ* cognomen inditum. Strabo IX p. 404: *καὶ τὸ Ναρκίσσου τοῦ Ἐρετριέως μνῆμα, ὃ καλεῖται Σιγηλοῦ, ἐπειδὴ σιγῶσι παριόντες.* Quae lucem affundunt loco Alciphronis Epist. III 58: *τρέμω ἐνδακὼν τὸ χεῖλος, ὡς οἱ τὸν σιγηλὸν ἥρω παριόντες, μή κακόν τι προσλάβωμαι.* Quo loco rectius scribas *Σιγηλὸν* seu potius *Σίγηλον*. Eustathius ad Odyss. p. 1967 36: *καὶ Σίγηλος μὲν κύριον ὄνομα Ναρκίσσου, σιγηλὸς δὲ ὁ σιωπηλός.*

III.

Pollux II 110: *τὸ δὲ ἐπιγιγνόμενον τῇ γλώττῃ ἑλκύδριον* (cod. Voss. *ἑλκίδιον*) *φλυκτὶς καλεῖται.* Pro his ex cod. Falckenb. haec enotata sunt: *τὸ δὲ ἐπιγιγνόμενον τῇ γλώττῃ ἑλκίδιον ὀλοφυτὶς (ὀλοφυκτὶς) καλεῖται ἐν τοῖς Τιτανασπιᾶσι τοῦ Μυρτιλλοῦ.* Quae quomodo emendanda sint sua sponte apparet. Pustulam linguae probabile est Myrtilum eodem consilio commemorasse, quo Theocritus dixit Id. IX 30: *μηκέτ' ἐπὶ γλώσσης ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσῃς.* Cfr Casaubonum Lectt. Theocr. cap. 10.

EX INCERTA FABULA.

Ὡς ὁ μὲν κλέπτης, ὁ δ' ἅρπαξ,
ὁ δ' ἀνάπηρος πορνοβοσκός
καταφαγᾶς.

Phrynichus Epit. p. 433 damnans usum vocis *καταφαγᾶς*: *ἴσως δ' ἂν εἴποις, ὅτι ἠκολούθησα Μυρτίλῳ λέγοντι·*

Ὡς ὁ μὲν κτλ. *ἀλλ' οὐκ ἐχρῆν τὰς ἅπαξ εἰρημένας λέξεις ἁρπάζειν.* Pollux VI 40: *παμπόνηρος δὲ ὁ παρὰ Μυρτίλῳ τῷ κωμικῷ καταφαγᾶς, εἰ καὶ Αἰσχύλος αὐτῷ ἐχρήσατο.* Eandem vocem pro *καταφυγᾶς* Grammatico Bekkeri Anecd. p. 1186 restitui olim Quaest. scen. II 44. Fecit nunc etiam Lobeckius Paralip. Gr. I p. 282, qui in Myrtili fragmento vs. 1 pro *ὡς* suspicatur *ὦν* citra necessitatem, opinor. Frustra etiam Pauwius trochaici tetrametri formam restitui volebat, verborum *πορνοβοσκὸς* et *καταφαγᾶς* sede permutata. Locus e systemate dimetro desumptus est.

PHILONIDES.

(Hist. crit. p. 102 sqq.)

Κ Ο Θ Ο Ρ Ν Ο Ι. *)

I.

Παναγεῖς γενεάν, πορνοτελῶναι, Μεγαρῆς, δεινοὶ πατραλοῖαι.

Pollux IX 29: *ἐν Φιλωνίδου Κοθόρνοις ἐστὶν εἰρημένον Παναγεῖς γενεάν κτλ.* Idem VII 202: *Φιλωνίδης* (ita MS Falckenb. pro *Ἕρμιππος*) *δ' ἐν τοῖς Κοθόρνοις π ο ρ ν ο τ ε λ ῶ ν α ι.* Non necessarium videtur quod Bergkius Comment. p. 132 voluit *δειλοί. Παναγεῖς* sunt *exsecrabiles, detestandi.* Contrario sensu *παναγεῖς* apud Athenienses dicebantur sacerdotes feminae. Pollux I 35: *ἱέρειαι παναγεῖς.* Hesychius, *Παναιεῖς: Ἀθήνησιν ἱέρειαι.* Lege *Παναγεῖς.* Idem, *Παναΐα: ἱέρεια ἥτις οὐ μίσγεται ἀνδρί.* Lege *Παναγία.* Lexicon Bekk. Anecd. p. 212 31: *ἄγος καὶ τὸ τίμιον καὶ ἄξιον σεβάσματος, ἐξ οὗ καὶ αἱ ἱέρειαι ἀναγεῖς.* Hic etiam scribere malim *παναγεῖς.* Singularem huius nominis formam servavit Arcadius Acc. p. 105: *Λαλάγη δὲ κύριον, ὥσπερ τὸ ἀλέγη* (leg. *ἠλύγη*) *ἡ σκιὰ καὶ πακάγη* (leg. *πανάγη*) *ἡ ἁγνὴ ἱέρεια.* Quae forma non videtur aliter explicari posse, nisi ut ex *πανάγεια* contracta esse existimetur, quemadmodum sacerdos Dianae Ephesiae pro vario aetatis

---

*) V. Hist. crit. p. 103.

statu dicebatur *μελλιέρη* pro *μελλιέρεια*, *ἱέρη* pro *ἱέρεια*, denique *παριέρη* pro *παριέρεια* V. Plutarch. Mor. p. 795 e. Etiam sacerdotes mares hoc nomen tenuisse docet Theodorus *ὁ παναγὴς* commemoratus apud Photium Lex. p. 68 22 et Etymol. M. p. 429 46. Cfr schol. Paris. Aeschinis in Tim. p. 723 9 Rsk. *Κηρύκων ἐστὶν ἐν Ἀθήναις γένη τέτταρα, πρῶτον τῶν πανάγνων, οἵ εἰσιν ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος.* Ceterum in Philonidis versu recte Hanovius Exerc. cr. I p. 11 *παναγεῖς* de iis interpretatur quorum patres Cylonio scelere sese inquinarunt, et Megarenses intelligit de hominibus callidis et astutis.

II. III.

Ὑποδέχεσθαι καὶ βατίσι καὶ τηγάνοις.

* * *

— — *Ὀσφρομένην τῶν τηγάνων.*

Athenaeus VI p. 228 e: *τήγανον εἴρηκεν ἐν μὲν Ἀήροις Φερεκράτης — Φιλωνίδης δ' ἐν Κοθόρνοις Ὑποδέχεσθαι — τηγάνοις. καὶ πάλιν Ὀσφρομένην τῶν τηγάνων.* Verba *βατίσι καὶ τηγάνοις* Casaubonus interpretatur *βατίσι τηγανισταῖς.* Probavit hoc Hanovius p. 10. Sed quum *τήγανα* etiam de ipsis cibis dici possit, nescio an rectius interpreteris *βατίσι καὶ ἄλλοις τηγάνοις.*

IV.

Ἐγὼ δ' ἀπόσιτος ὢν τοιαῦτ' οὐκ ἀνέχομαι.

Athenaeus VI p. 247 e. de usu vocis *ἀπόσιτος* disserens: *Φιλωνίδης τ' ἐν Κοθόρνοις οὕτως Ἐγὼ — ἀνέχομαι.* Idem II p. 47 e: *ἀπόσιτον δ' εἴρηκε Φιλωνίδης.* Antiatticista p. 83 17. *Ἀπόσιτος: ἄσιτος. Φιλωνίδης Κοθόρνοις*

V.

Pollux X 115: *λύχνοι δὲ ἐπὶ τούτοις καὶ λύχνοι δίμυ-*

ξοι, *Φιλωνίδου δὲ ἐν τοῖς Κοθόρνοις εἰπόντος "Ὥσπερ οἱ δίμυξοι τῶν λύχνων, Μεταγένης δέ, δίμυξον δέ, ὡς ἐγὼ δοκῶ.* Legendum videtur: *Φιλωνίδου μὲν — Μεταγένους δὲ Δίμυξον, ὡς ἐγὼ δοκῶ.* Athenaeus XV p. 700 f: *μνημονεύει τοῦ διμύξου — Φιλωνίδης ἐν Κοθόρνοις.*

VI.

Antiatticista p. 100 in. *Θηραμένης: τὴν κλητικήν. Φιλωνίδης Κοθόρνοις.* Ita correxi editum *Φιλιππίδης.* V. Hist. crit. p. 103. Philonidis locus ex eorum genere fuisse videtur, de quibus egit Hermannus Praef. Euripidis Androm. p. XVI.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I.

Ὅρκους δὲ μοιχῶν εἰς τέφραν ἐγὼ γράφω.

Helladius Chrest. apud Photium Bibl. p. 530 15: *ὁ στίχος ὁ καὶ παροιμιαζόμενος „Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω" ἐστὶ μὲν Σοφοκλέους, τοῦτον δὲ παρῳδήσας ὁ Φιλωνίδης ἔφη "Ὅρκους κτλ.* Etiam Philonidis versum in proverbium abiisse docet incerti scriptoris (fort. Aeliani) locus apud Suidam II p. 86: *Εἰς τέφραν γράφειν, ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. Ἐγὼ δὲ τοὺς ὅρκους αὐτοῦ, τὸ τῆς παροιμίας, οἶμαι δεῖν ἐς τέφραν γράφειν.*

II.

Κατάκειμαι, ὡς ὁρᾶτε, δεκάπαλαι.

Athenaeus I p. 23 e: *Φιλωνίδης Κατάκειμαι, ὡς ὁρᾶτε, δεκάπαλαι.* Apte Hanovius p. 15 comparat Aristophanis illud *τρίπαλαι κάθημαι* Equ. 1158. Idem versum ita supplebat *καίτοι κατάκειμαί γ'.* Simplicius fuerit *κατάκειμαι δ'.*

III.

Τὰ καταχύσματα
αὐτοῖσιν ὄξος οὐκ ἔχει.

Athenaeus II p. 67 d: Φιλωνίδης Τὰ καταχύσματα — ἔχει. Ita Dindorfius distinxit. Vulgo καταχύσματ' αὐτοῖσιν. De καταχύσμασιν annotavit nonnulla Hanovius p. 15.

IV.

Photius Lex. p. 339 21. Ὀξίνην: τὸν οἶνον, οὐκ ὀξίναν. καὶ Ἕρμιππος καὶ Φιλωνίδης καὶ οἱ ἄλλοι. „Ὀξίναν enim esset ab ὀξίνα, quod est secundum Hesychium ἐργαλεῖόν τι γεωργικόν." Hanovius p. 16. Hoc si cavere voluisset Photius, admonitio eius tantum ad accusativum spectaret, quod non credibile est. Fuerunt haud dubie qui huiusmodi adiectiva, ut ὀξίνης μυρρίνης et similia, doricis formis efferrent. Ceterum ὀξίνην οἶνον dixit etiam Diphilus apud Antiattic. p. 110 17. Illud ὀξίνα ab Hanovio allatum ex Hesychio, aeolica forma esse videtur pro ἀξίνη.

V.

Pollux II 24: Φιλωνίδης δὲ καὶ Ὦ πώγωνος πολυτρίχου ἔφη. Fortasse fuit ὦ πολυτρίχου πώγωνος. Hanovio p. 16 versus anapaesticus esse duaeque syllabae post πώγωνος intercidisse videntur. Verba poetae fortasse in eum sensum accipienda sunt, quo Theocritus Id. X 40 dixit ὤ μοι τῶ πώγωνος ὃν ἀλιθίως ἀνέφυσα.

VI.

Pollux II 149: χέρνιβα Ὅμηρος τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ, καὶ χερνίψασθαι Φιλωνίδης, καὶ χερνίμματα. Vere opinor Iungermannus χερνίψασθαι ex Homero, χερνίμματα autem ex Philonide afferi monuit. Proinde scribendum videtur, καὶ χερνίψασθαι. Φιλωνίδης δὲ καὶ χερνίμματα.

VII.

Pollux III 101: Φιλωνίδης δὲ τὸν ἐπιχαίροντα ἐπι-

χαρτον εἴρηκε. ἀλλὰ καὶ τοῦτο φαῦλον. ὥστε βέλτιον μὴ ὀνόμασι χρῆσθαι ἀλλὰ μετοχαῖς.

VIII.

Pollux VI 168: *Δείναρχος δὲ καὶ φιλοπόνηρον ἢ ὡς Φιλωνίδης φιλομόχθηρον.*

De alio loco, qui Philonidi tribuitur apud Pollucem III 18 vide Nicophontis Fragm. inc. fab. I. Praeterea eidem poetae Stobaeo in eclogis ethicis tribuuntur haec:

Tit. IX 14. *Φιλωνίδου.*

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς δειλὸς ὁ δεδοικὼς νόμον.
πρὸς τοὺς πολεμίους δ' ἐστὶν ἀνδρείας κρίσις.
ὑπὸ τοῦ δικαίου δ' ἐστὶν ἡττᾶσθαι καλόν.

Tit. XXXIII 7. *Φιλωνίδου.*

Κρεῖττον σιωπᾶν ἐστὶν ἢ λαλεῖν μάτην.

Tit. XXXV 6. *Φιλωνίδου.*

Ἅπαντ' ἐρίζεις καὶ συνιεῖς οὐδὲ ἕν.
γράμματα μαθεῖν δεῖ καὶ μαθόντα νοῦν ἔχειν.

Philonidi hos versus, novae quam antiquae comoediae poeta digniores, recte abiudicavit Hanovius Exerc. crit. p. 18. Cfr Hist. crit. p. 104. Postremus legitur inter Menandri monost. 96.

E U P O L I S.

(Hist. crit. p. 104 sqq.)

Α Ι Γ Ε Σ. *)

I.

Βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης πρίνου κομάρου τε
πτόρθους ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι, καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἄλλ' οἷον
κύτισόν τ' ἠδὲ σφάκον εὐώδη, καὶ σμίλακα τὴν πολύφυλλον,
κότινον, σχῖνον, μελίαν, συκῆν, ἀλίαν δρῦν, κιττόν, ἐρείκην,
πρόμαλον, ῥάμνον, φλόμον, ἀνθέρικον, φηγόν, κισθόν, θύμα, θύμβραν.

Plutarchus Symp. IV 1 662 E. *ἀλλὰ τῷ μὲν αἱ παρ' Εὐπόλιδι αἶγες ἀντικαρτεροῦσιν ὑμνοῦσαι τὴν τροφὴν ὡς παμμιγῆ καὶ ποικίλην οὖσαν, οὕτω πως λέγουσαι· Βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς κτλ.* **Macrobius Saturn. VII 5.** *notus est omnibus Eupolis inter elegantes habendus veteris comoediae poetas. Is in fabula quae inscribitur Aeges, inducit capras de cibi sui copia in haec se verba iactan-*

---

*) V. Hist. crit. p. 115.

tes: *Βοσκόμεϑ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς* etc. Sunt igitur chori verba, ex parabasi petita. Caprarum hunc chorum ab Eupolide *προβατικὸν χορὸν* appellatum esse docet scholiastes Iliad. π' 353: *πρόβατα γὰρ πάντα ἐκάλουν τὰ ϑρέμματα οἱ παλαιοί, καὶ Εὔπολις προβατικὸν χορόν φησι τὸν ἐξ αἰγῶν*, Quae leguntur etiam apud Eustathium p. 1063 44. Latine locum reddidit Grotius Excerptis p. 498:

Varia ex silva capitur nobis abies cibus, arbutus, ilex,
quarum dulce est carpere ramos: super haec sunt altera nobis,
cytisus, lentis bene gratus odor, smilax foliis onerata,
hedera, albucum, quercus, ficus, lentiscus, thymbra, oleaster,
spinus, fraxinus, atque myrice, cum verbasco thyma, cistum.

Vs. 1 tetigit Scaliger ad Varr. L. L. IV p. 66 Bip. memoriae errore exhibens *παντοδαπῆς ἄπο*. — Vs. 2 scribebam olim Curis crit. p. 58. *καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἄλλα*, eiecto *οἷον*, nescius tum idem placuisse Grotio. Verior videtur Th. Bergkii Comment. p. 199 coniectura, *καὶ πρὸς τούτοις τιϑύμαλλον*. Videtur tamen aliud quid latere. Apud Plutarchum, in Aldina quidem, ex illis *ἔτ' ἄλλ' οἷον*, nonnisi prima littera *ἐ* comparet. — Vs. 3 vulgo *κυτίσου τ' ἠδὲ φάσκον*, quod correxit Bodaeus Stapelius ad Theophr. p. 409, indicatus a Lobeckio ad Phryn. p. 110. De *σφάκῳ* vide Aristoph. Thesm. 486. Cratini Fragm. inc. fab. CXXXV. Alexin Athenaei p. 170 b. et Polluc. VI 66. De *ἠδὲ* similibusque formis epicis in versibus anapaesticis comicorum cfr ad Cratini fragm. p. 77. Tum articulum ante *πολύφυλλον* omisit Plutarchus. Pro *σμίλακα* rectius fortasse scribitur *μίλακα*, ut voluit Runkelius. V. Elmsleius ad Eurip. Bacch. 108 et Dindorfius ad Aristoph. Nub. 1007. — Vs. 4 apud Plutarchum ita legitur: *κότινον σχῖνον μελίαν δρῦν κιττὸν μυρίκην*. Macrobius: *κότινον σχῖνον μελίαν πεύκην ἁλίαν δρῦν κιττὸν ἐρείκην*. Adscivi hoc, nisi quod pro *πεύκην* scripsi *συκῆν*, quod ex antiquis Macrobii exemplaribus profert Leopardus Emend. VIII 10. Et habet ita Hervagiana. Pinea fronde non vescuntur caprae. Pro *ἁλίαν*, quod Her-

vagiana omittit, Bodaeus Stapelius scripsit ἄπιον, Bergkius φυλίαν, *oleastrum*. Satius duxi coniungere ἁλίαν δρῦν, quo nomine eandem arborem significari credo, quae ab aliis vocatur θαλασσία δρῦς et ἁλίφλοιος. Pseudo-Democritus apud Fabricium Bibl. gr. IV 29 p. 337: δρῦς θαλασσία ἀντιπάσχει πάσης μανίας ἀγωγῇ (leg. πάσῃ μανίας ἀγωγῇ). Theophrastus H. P. VIII 8: ὡς δ' οἱ περὶ Ἴδην διαιροῦσι τάδ' ἐστὶ τὰ εἴδη, ἡμερίς, αἰγίλωψ, πλατύφυλλος, φηγός, ἁλίφλοιος. Hesychius, Ἁλίφλοιος: γένος δρυός. Schol. Theocriti IX 19: εἰσὶ δὲ δρυὸς γένη πέντε, φηγός, ἡμερίς, ἐτύμοδρυς, ἅλιφλος (leg. ἁλίφλοιος) καὶ ἄκυλος. Quod in fine versus legitur ἐρείκην, quo auctore apud Macrobium receptum sit indagare non potui. Vetera quidem exemplaria consentiente Plutarcho habent μυρίκην. Fortasse igitur ἐρίκην scribendum, quemadmodum illud scribebat Herodianus. Choeroboscus Crameri II p. 272: χωρὶς τοῦ φερείκη (leg. ἐρείκη), ὅπερ ὁ Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ ῑ ἐκτεταμένου γράφει. — Vs. 5 respexit Erotianus Gloss. Hipp. p. 514 ed. Fr. πρόμαλόν ἐστιν εἶδος φυτοῦ οὗ μέμνηται καὶ Εὔπολις Αἰξίν. Ibidem θύμα a Plutarcho omissum. Pro κισθὸν Macrobii edd. recentiores κισσόν.

II.

Ὡς ἡ ποτ' αὐτὸν ἦν κάμῃ τις, εὐθέως
ἐρεῖ [πρὸς αὐτὸν], πρίω μοι σελάχιον. B. τί δ' ἢν λύκον;
A. κεκράξεται φράσει τε πρὸς τὸν αἰπόλον.

Erotianus Gloss. Hippocr. p. 348. Σελαχίοισι: τοῖς μικροῖς ἰχθυδίοις, ἢ τοῖς ὀστρακοδέρμοις, οἷον καράβοις, καρκίνοις, κήρυξι. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Εὔπολις ἐν Αἰξὶ λέγων Ὡς ἡ ποτὲ αὐτὸν κτλ. Vs. 1 Hanovius Exerc. crit. I p. 45 tentabat ὡς ἢν ποτ' αὖ γονῶν κάμῃ, quo nihil proficì ad corruptissimi fragmenti emendationem apertum est. — Vs. 2 πρὸς αὐτὸν seclusi ut ex superiori ποτ' αὐτὸν natum. Λύκον intelligo piscem, σελαχίοις minutis piscibus opposi-

tum. Ibidem vulgo πρίονοι σελάχιον. Correxit Eustachius, firmantibus, quos Curis crit. p. 60 attuli, Herodiano Philet. p. 453 Piers. καὶ πρίω τὸ προστακτικόν. Εὔπολις πρίω μοι σελάχιον, et Etymol. M. p. 132 50: καὶ πριῶ (πρίω) μοι, φησὶν ὁ κωμῳδός, σελάχιον. Eadem habent Etym. Gud. p. 70 20 et Grammaticus Crameri Anecd. I p. 23 18. Cfr Photius Lex. p. 505. σελάχια: βραχέως. οὕτως Εὔπολις. — Vs. 3 scripsi φράσει τε pro φρασεῖται.

III. 7

Πλὴν
ἅπαξ πότ' ἐν Φαίακος ἔφαγον καρίδας.

Athenaeus III p. 106 b: συνεσταλμένως δ' εἴρηκε (καρίδας) Εὔπολις ἐν Αἰξὶν οὕτως Πλὴν ἅπαξ κτλ. Cod. P ἐκ Φαίακος. De Phaeace, Erasistrati filio, oratore celeberrimo v. Ruhnkenium Hist. crit. orat. p. LI et Th. Bergkium Comment. p. 337 sq.

IV. 8

Διόνυσε χαῖρε. μή τι πέντε καὶ δύο;

Athenaeus X p. 426 e. f: οἱ δ' ἐπιτεταμένως χρώμενοι τῷ ποτῷ δύο οἴνου ἔπινον πρὸς πέντε ὕδατος — Εὔπολις Αἰξὶν Διόνυσε χαῖρε κτλ. Eundem versum attulerunt Photius p. 599 22 et Eustathius ad Odyss. p. 1624 44.

V. 15

Αὐτοῦ τὴν χερνίβα παύσεις.

Athenaeus IX p. 409 a: παρὰ μέντοι τοῖς τραγικοῖς καὶ τοῖς κωμικοῖς παροξυτόνως ἀνέγνωσται χερνίβα, παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ „εἰς χερνίβ' εἰ βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος." ἀλλὰ καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Αἰξὶν Αὐτοῦ τὴν χερνίβα παύσεις. Ἔστι δὲ ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν. De illo nominis χέρνιψ accentu cfr schol. Ven. Aristoph. Pac. 921. Arcadius p. 94 19. Hermannus ad Herc. fur. 924.

VI. VII. VIII.

Καὶ τῆς λοπάδος ἔνεισι δ' ἐψητοί τινες.

Photius p. 47 6. Ἑψητοί: πληθυντικῶς. τὰ ἰχθύδια· ὡς ἀφύαι (ἀφύαι) καὶ μεμβράδες. Εὔπολις Αἰξὶν Καὶ τῆς λοπάδος κτλ. Codex λοιπάδος. Porsonus distinxit post λοπάδος. Rectius fortasse scribas ἔνεισιν ἐψητοί, ut genitivi pendeant ab ἔνεισιν. Sophocles Philoct. 649: τί τοῦθ' ὃ μὴ νεώς γε τῆς ἐμῆς ἔνι. Quamquam hoc alii aliter interpretantur. At simillimum est ἐμβατεύειν πατρίδος, cum aliis quibusdam allatum a Reisigio ad Oed. Col. p. 247. Ceterum Photii admonitio ad grammaticorum quorundam praeceptum spectat, ἐψητοὺς ἀφύας et μεμβράδας, quae minutorum pisciculorum nomina sunt, non nisi plurali numero efferri. Cfr Athenaeus VI p. 285 e. et 301 b. Μεμβράδας in eadem hac fabula Eupolin commemorasse idem testatur VII p. 287 e: ἐν δὲ ταῖς Εὐπόλιδος Αἰξὶν ἔστιν εὑρεῖν καὶ διὰ μ γραφόμενον, scil. μεμβράδες pro βεμβράδες. Ex eadem dramatis parte afferuntur ab Athenaeo VII p. 301 a. haec: Εὔπολις Αἰξὶν

Ὦ Χάριτες αἷσι μέλουσιν ἐψητοί.

Ubi fortasse αἷς scribendum; ante Casaubonum μέλλουσιν.

IX a. b.

Ἐπίσταμαι γὰρ αἰπολεῖν, σκάπτειν, νεᾶν, φυτεύειν.

Photius p. 290 20. Νεᾶν: οὐ νεοῦν τὴν γῆν, καὶ νεατὸν Ξενοφῶν, οὐ νέωσιν. Εὔπολις Αἰξὶν Ἐπίσταμαι κτλ. Cfr Aristophanes Av. 1432: τί γὰρ πάθω; σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. Aristides vol. II 517: οἷος ἂν ἐμὲ νουθετεῖς, τῆς παροιμίας σοι λεγούσης αἰπολεῖν. Is quem haec dicentem fecit Eupolis, magnas haud dubie in hac fabula partes habuit. Idem compellari videtur in hoc loco, quem omisso auctoris et fabulae nomine servavit Grammaticus Bekk. Anecd. p. 353 26. Αἰγιάζειν:

Σὺ δ' αἰγιάζεις ἐνθαδὶ καθήμενος,

ἀντὶ τοῦ περὶ αιγῶν λαλεῖς. Quae leguntur etiam apud Suidam v. αἰγιάζειν. Videtur autem ille ruris colonus ruraliumque operum amator ad omnis humanitatis sensum occaluisse et ne musicae quidem fuisse appetentem. Id certe colligi posse videtur ex fragmento sequenti.

X. XI.

Καὶ ζῆν μαθόντι μηδὲ τάγυρι μουσικῆς.

Photius p. 564 17. *Τάγυρι: τὸ βραχύτατον καὶ ἐλάχιστον, οἷον ψίχα* (ita Pierson. ad Moerin p. 331 pro *ψιλὰ*) *λέγουσιν. Εὔπολις Αἰξὶν Καὶ ζῆν μαθόντι κτλ.* Eadem plane Suidas v. *Τάγυρι.* At Etymol. M. p. 743 57: *Εὔπολις Αἰξίν, Μαθόντι δὲ μὴ τάγυρι μουσικῆς.* Kusterus *καὶ μὴν μαθόντι.* Bergkius Comment. p. 334 *κἄξῆν μαθόντι.* Fortasse illud *καὶ ζῆν* nihil est nisi corrupta lectio praecedentis *αἰξίν.* Tandem videtur ille rusticus amicorum monitis obsecundasse et cum litterarum tum musices praeceptorem admisisse. Eo referebam quae leguntur apud Quintil. Inst. I 10 17. *eosdem utriusque* (musicam et litteras dicit) *praeceptores fuisse quum Sophron ostendit — tum Eupolis, apud quem Prodamus et musicam et litteras docet.* Quae ad Eupolidis Capellas pertinere ex Theodosio p. 11 docui iam olim Quaest. sc. I p. 41 sive Hist. crit. p. 114 sq. Cfr Crameri Anecd. IV p. 325. *Prodami* autem nomen merito in vitii suspicionem vocavit Th. Bergkius Comment. p. 335, qui illi *Prodicum* substituendum esse suspicatur. Rectius fortasse Mauritius Horstig, doctus iuvenis, *Pronomi* nomen reponendum coniicit, quem Alcibiadis in arte musica praeceptorem fuisse constat ex Athenaeo IV p. 184 d.

XII.

Ἐγὼ τελῶ τὸν μισθὸν ὅντιν' ἂν χρῇ.

Suidas, *Χρή: ὀξυτόνως, ἤγουν δεῖ. χρῇ δὲ περισπωμένως τὸ ὑποτακτικόν, σημαίνει δὲ τὸ δέῃ. Εὔπολις Αἰξὶν Ἐγὼ τελῶ κτλ.* Haec ad mercedem praeceptori illi solven-

dam spectare vidit etiam Th. Bergkius Comment. p. 333, qui tamen rem paullo aliter sibi informavit. Existimat enim ab Eupolide patrem fuisse inductum, qui filios suos Prodamo docendos tradat et ad quamvis magnam mercedem solvendam paratum se esse dicat. Idem improbat Suidae explicationem vertitque *solvam mercedem quamcunque postulaverit*. Mihi illa ipsius agricolae sive pastoris verba esse videbantur. In fine fortasse legendum ὅντιν' ἄν με χρῇ. Sed nihil impedit quominus illas tetrametri duobus pedibus minoris reliquias esse putemus.

XIII.

Ταύτην ἐγὼ 'ζήτουν πάλαι τὴν ἁρμογήν.

Pollux IV 57: *τὴν ἁρμονίαν ἁρμογὴν Εὔπολις εἴρηκε Ταύτην ἐγὼ πάλαι ζητῶν τὴν ἁρμογήν.* Integriora haec habet Suidas v. *ἁρμογή. Εὔπολις Αἰξὶν Ταύτην ἐγὼ ἐζήτουν πάλαι τὴν ἁρμογήν.* De differentia inter *ἁρμονίαν* et *ἁρμογὴν* v. Phrynichum Bekk. p. 15 20. Quem ad eandem hanc huius fabulae partem locum Bergkius Comment. p. 334 rettulit, eum ego inter incerta (III) exhibere malui.

XIV.

Τὴν πανδοκεύτριαν γὰρ ὁ γλάμων ἔχει.

Scholiasta Aristoph. Vesp. 897: *ἐκτείνουσι μέντοι καὶ τὸ ὁ ἄρθρον. Εὔπολις Αἰξὶν Τὴν πανδοκεύτριαν γὰρ ἀνὴρ ὁ γλήμων ἔχει* Venetus *ὁ τλήμων ἀνήρ* pro *ἀνὴρ ὁ γλήμων.* Delevi illud *ἀνὴρ* praeeunte Porsono ad Aristoph. l. l. *γλάμων* pro *γλήμων* scribendum esse vidit Fritzschius Quaest. Arist. I p. 90, qui locum ita constituit:

τὴν πανδοκεύτριαν γὰρ ὁ γλάμων ἀνὴρ
ἔχει.

Th. Bergkius Comment. p. 336 locum ad tetrametrum revocabat, *τὴν πανδοκεύτριαν γὰρ ἀνὴρ ὁ γλάμων ἔχει νῦν.* Unice verum est quod Porsonus coniecit. Lippus autem ille quem ridet Eupolis Archedemus est, cui *Γλάμωνος* cogno-

men haesisse neminem fugit. V. Arist. Ran. 588. ubi Brunckius commemorat Lysiam c. Alcib. I p. 526: *οὗτος γὰρ (Ἀλκιβιάδης) παῖς μὲν ὢν παρ᾽ Ἀρχεδήμῳ τῷ γλάμωνι οὐκ ὀλίγα τῶν ἡμετέρων ὑφῃρημένῳ, πολλῶν ὁρώντων ἔπινεν ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενος, ἐκώμαζε δὲ μεθ᾽ ἡμέραν, ἄνηβος ἑταίραν ἔχων.* Peregrinam hominis originem attigit Eupolis in Baptis.

XV.

Προσένεγκέ μοὐγγὺς τὸ στόμ᾽ ὀσφρέσθαι τὸ σόν.

Priscianus lib. XVIII p. 1193 33 (p. 230 ed. Kr.): *ὀσφραίνομαι τοῦδε καὶ τόδε. Εὔπολις Αἰξὶν Προσένεγκέ μοι ἐγγὺς τὸ στόμα ὀσφραίνεσθαι τὸ σόν.* Correxit Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 179.

XVI.

Σφυράδων πολλῶν ἀναμέστη.

Scholiasta Aristoph. Pac. 790: *σφυράδες εἰσὶ τὰ τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων ἀποπατήματα. Εὔπολις Αἰξὶν Σφυράδων κτλ.*

XVII. XVIII.

Athenaeus IX p. 380 f: *τὸ γεῦσαι ἔχομεν ἐν Εὐπόλιδος Αἰξὶν Τοῦδε νῦν γεῦσαι λαβών.* Pertinent haec ad eam fabulae partem in qua convivium locum habuit, cuius indicia praebent Fragm. IV—VIII. Eodem pertinere videtur *χορδῶν* commemoratio apud Athen. III p. 94 f: *χορδῶν μέμνηται — καὶ Εὔπολις ἐν Αἰξίν.*

XIX.

Hesychius, *Ἱερεὺς Διονύσου: Εὔπολις Αἰξίν. Ἱππόνικον σκώπτων ὡς ἐρυθρὸν τῇ ὄψει.* Hipponicus, fortasse ex vini usu, rubicundum faciei colorem duxerat: hinc Eupolis eum Dionysi sacerdotem appellavit; hos enim rubicunda decebat facies. Scholiasta Aristoph. Ran. 310: *Εὔπολις τὸν*

τοῦ Διονύσου ἱερέα νομίζεσθαι αἰγίπυρον εἶναι ἀντὶ τοῦ πυρρόν. τὸ γὰρ ἄνθος ἔχειν φησὶ Δημήτριος ἱκανῶς ἐρυθρόν. Quae ita correxit Hemsterhusius ad Hesychii locum: Εὔπολις τὸν τοῦ Διονύσου ἱερέα ὀνομάζει αἰγίπυρον, ἀντὶ τοῦ πυρρόν. Non male id quidem, sed latet haud dubie altior corruptela. De aegipyro, cui rubrum florem tribuit Demetrius et Grammaticus Bekk. Anecd. p. 360 19, vide schol. Theocriti IV 25. Nomen plantae qui *caprarium triticum* vertunt Schneiderus et Passovius, mensurae nominis πυρὸς nimium fuerunt incurii. Dobraeum Adv. II p. 168, qui apud scholiastam Aristophanis in Eupolidis locum *Euphronii* vel *Apollodori* nomen substitui voluit, verbo commemorasse sufficiat. De rubicunda Hipponici facie cfr Cratinum p. 199.

XX. XXI.

Photius Lex. p. 43 15. Ἔφιππον: Εὔπολις Αἰξίν. Utrum equitem an currum dixerit Eupolis non liquet. — Idem p. 291 3. Νεανισκεύεται: Ἄμφις Ἐρίθοις, Ποσείδιππος Δημόταις, Εὔπολις Σφηξίν. Ubi Αἰξὶν scribendum videri indicavi Hist. crit. p. 115. Sed apud Stephanum Byz. p. 140: εὕρηται καὶ ἀντραῖος, ὡς Εὐριπίδης Αἰξίν, nunc non Εὐριπίδης in Εὔπολις, sed Αἰξὶν in Αἰγεῖ mutandum arbitror. Atque ita iam Barnesius. V. Matthiae Fragm. Eurip. p. 7.

XXII. XXIII.

Pollux X 102: καὶ νεόκοπον κάρδοπον Εὔπολις ἐν Αἰξὶν εἴρηκεν, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Σφηξὶ (646) νεόκοπτον μύλην. Idem VII 22: νεόκοπον κάρδοπον εἴρηκεν Εὔπολις τὴν νεωστὶ κεκομμένην. — Idem X 151: βαλαντίδια, ὡς ἐν Εὐπόλιδος Αἰξίν. Rectius βαλλαντίδια.

XXIV—XXVI.

Antiatticista p. 88 31. Βίος: ἐπὶ συνουσίας. Ἡρόδοτος, Μένανδρος Δημιουργῷ, Εὔπολις Αἰξίν, ὁ ποιητὴς πολλάκις. Pro συνουσίας cum Alberto apud Wesselingium Diss.

Herod. p. 44 legendum *οὐσίας* — Idem p. 64 19. *Βουκολεῖσθαι αἶγας: Εὔπολις Αἶξιν. ἱπποβουκολῶ Εὐριπίδης Φοινίσσαις.* Scil. vs. 28. ubi v. Valckenarium. — Idem p. 91 29. *Ἐλελήθεισαν: μετὰ τῆς θᾶ. Εὔπολις Αἶξιν.* Pro *θᾶ* legendum *ει*, ut voluit Lobeckius ad Phryn. p. 150, qui calami errore scripsisse videtur *ἐληλύθεισαν*. Ceterum cfr Hist. crit. p. 113. — Idem p. 92 9. *Ἐλεινόν: ἀντὶ τοῦ ἐλεεινόν. Εὔπολις Αἶξιν.* De his formis vide Fritzschium ad Aristophanis Thesmoph. p. 456.

XXVII. XXVIII.

Moeris p. 191 20 ed. Bekk. *Ἀνακές: ὀξυτόνως Ἀττικοί, ὡς καὶ Εὔπολις Αἶξιν. ἀθεράπευτον, Ἑλληνικῶς.* Recte pro *ἀνήκεστον* dictum videtur Piersono. — Phrynichus Bekk. p. 16 20. *Ἀνεσκιρτημένας: Εὔπολις ἐπὶ τῶν αἰγῶν εἶπε τὴν λέξιν.* Ad *Capras* quin haec pertineant, dubitari non potest.

Praeterea hanc fabulam commemorat scholiasta Theocriti V 1, de quo loco dixi Hist. crit. p. 114. De tempore fabulae hoc unum afferri potest, eam ante Hipponici (Fragm. XIX) obitum, qui in Olymp. LXXXIV incidit, in scenam esse prolatam. Qua de re admonui iam Quaest. sc. I p. 41. Vide nunc etiam Th. Bergkium Comment. p. 336.

ΑΣΤΡΑΤΕΥΤΟΙ Η ΑΝΔΡΟΓΥΝΑΙ. *)

I.

Πείσανδρος εἰς Πακτωλὸν ἐστρατεύετο,
κἀνταῦθα τῆς στρατιᾶς κάκιστος ἦν ἀνήρ.

Scholiasta Aristoph. Av. 1555 de Pisandro: *οὗτος δειλὸς ἦν. ἦλθεν οὖν ψυχὴν ἰδεῖν θέλων, ἐπεὶ οὐκ εἶχεν. ὡς*

*) V. Hist. crit. p. 116.

ΑΥΤΟΛΥΚΟΣ Α΄ ΚΑΙ Β΄. *)

I.

Ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας ἀσεβῶν βίον, ὦ μοχθηρός, ἔτριβες.
B. πῶς ὦ πολλῶν ἤδη λοπάδων τοὺς ἄμβωνας περιλείξας.

Erotianus gloss. Hippocr. p. 88 ed. Franz. *Ἐπίθεσις δ' ἐν β΄ τῶν λέξεων ἄμβωνά φησι χεῖλος εἶναι σκεύους καὶ τῆς ἀσπίδος τὸ πρὸς αὐτῇ τῇ ἴτυϊ. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν Αὐτολύκῳ φησίν, ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας ἀσέβιον ὁ μοχθηρὸς ἔτριβες πόσῳ πολλῶν λοπάδων τοὺς ἄμβωνας περιλείξας.* In his Aristophanem memoriae errore pro Eupolide nominatum esse ante Seidlerum, qui dixit ea de re in dissertatione de Aristophanis fragmentis, vidit Coddaeus. Consors erroris Apollonius ad Hippocr. vol. I p. 10: *ἀναγέγραπται δὲ ὁμοίως ἄμβων τῆς λοπάδος τὸ περικείμενον χεῖλος. Ἀριστοφάνης ὁ πολλῶν λοπάδων τοὺς ἄμβωνας περιλείξας.* Vs. 1 pro *ἀσέβιον* scripsi *ἀσεβῶν βίον*, et *ὦ μοχθηρός* pro *ὁ μοχθηρός* cum Bergkio Comment. p. 347, qui recte duos homines pravos et abiectos inter se rixantes inductos esse statuit, „quorum unus, cum alteri vitam, quam novo quodam modo, sine ullo exemplo agat improbam et inhonestam, exprobasset, ille eundem tanquam impudentem parasitum castigat." Pro *ἀσεβῶν βίον* possis etiam *ἀσεβῆ βίον* cum Hermanno Diar. Lips. 1829 p. 1620 et Th. Bergkio, et pro *ὦ μοχθηρὸς* cum Dindorfio, qui verba *ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας* cum Erotiani verbis coniunxit, *ὡς μοχθηρόν*, ut totus versus ita scribatur:

ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας ἀσεβῶν βίον ὡς μοχθηρὸν ἔτριβες.

Vs. 2 praeter Galenum ad Hippocr. vol. XII p. 301 Chart. *καί τις τῶν κωμικῶν ἐπεῖπεν ἐπισκώπτων τινὰ (δὲ) τῶν*

*) V. Hist. crit. p. 116 sq.

III.

Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ.

Diogenes Laert. III 7: *τὸ δ' ἐστὶ γυμνάσιον προάστειον ἀλσῶδες, ἀπό τινος ἥρωος ὀνομασθὲν Ἑκαδήμου, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις φησίν Ἐν εὐσκίοις κτλ.* In Eupolidis versu Menagius *Ἑκαδήμου.* De Academo illo vel Hecademo cfr schol. Aristoph. Nub. 1003. Pro *δρόμοισι* Meursius Exerc. crit. II 12 scribebat *δρυμοῖσι.* Sed *δρόμοι* sunt loca publica deambulationibus cursuique destinata, quibus Cimonem Academiam exornasse auctor est Plutarchus V. Cim. 13: *τὴν δ' Ἀκαδημίαν ἐξ ἀνύδρου καὶ αὐχμηρᾶς κατάρρυτον ἀποδείξας ἄλσος, ἠσκημένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμοις καθαροῖς καὶ συσκίοις περιπάτοις.* Similiter Heliodorus II p. 110 Delphos laudat ob copiam *τῶν δρόμων καὶ ἀγορῶν καὶ κρηνῶν.* De atticis *δρόμοις* cfr etiam Ruhnkenium ad Tim. p. 89 et Heindorfium ad Platon. Phaedr. p. 202 cll. Himerio Or. IV 9.

IV.

Μήποτε θρέψω
παρὰ Περσεφόνῃ τοιόνδε ταὧν, ὃς τοὺς εὕδοντας ἐγείρει.

Athenaeus IX p. 397 b: *Εὔπολις δ' ἐν Ἀστρατεύτοις φησὶ περὶ αὐτοῦ* (pavonem dicit) *οὕτως Μήποτε θρέψω κτλ.* Apertum est haec etiam ad dimetros revocari posse. Atticos *ταὧς* dixisse non *ταῶς*, auctor est Tryphon apud Athen. l. l. e *ταὧς δὲ λέγουσιν Ἀττικοί, ὥς φησι Τρύφων, τὴν τελευταίαν συλλαβὴν περισπῶντες καὶ δασύνοντες. καὶ ἀναγινώσκουσι μὲν οὕτως παρ' Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις.* Cfr Lehrsium Arist. p. 343 sq. Ad postrema fragmenti verba compara Aristoph. Plut. 541: *στιβάδα σχοίνων κόρεων μεστήν, ἣ τοὺς εὕδοντας ἐγείρει*, ubi scholiasta Venetus: *Σοφοκλέους τὸ ἡμιστίχιον Ἐπειγομένων κερκίδος ὕμνοις, ἣ τοὺς εὕδοντας ἐγείρει.*

Fritzschius ad Thesmoph. p. 231 Aristophanis Polyido vindicare conatus sit, hoc loco repetere nihil attinet.

V.

Οἰκοῦσι δ' ἐνθάδ' ἐν τρισὶν καλιδίοις,
οἴκημ' ἔχων ἕκαστος.

Pollux X 161: *ἤδη δὲ καὶ τὸν πρὸς οἰκήσεις ἐπιτήδειον οὕτω (καλιὸν) λέγουσιν, ὡς ἐν Ἐλπίδι Ἐπιχάρμου λέγεται τὸν τοῦ γείτονος καλιόν, ἐν δὲ Εὐπόλιδος Αὐτολύκῳ Οἰκοῦσι δ' ἐνθάδ' κτλ.* Fortasse de Lycone eiusque uxore Rhodia et filio Autolyco haec intelligenda sunt.

VI.

Pollux X 41: *δίφροι Θετταλοί (Θετταλικοί), ὡς Αὐτολύκῳ Εὐπόλιδος Δίφρος Θετταλικὸς τετράπους.* Ibidem commemorantur *μικροὶ τρίποδες Θετταλικοί.* In magno honore fuisse Thessalicos *δίφρους* indicium est Pythiae oraculum *Θετταλὲ ποικιλόδιφρε.* V. Polluc. VII 112.

VII.

Ἤδη γὰρ Ἀρίσταρχον στρατηγοῦντ' ἄχθομαι.

Scholiasta Vict. Hom. Il. ν' 353 *Τρωσὶν δαμναμένους: λείπει τὸ ὁρῶν. ἔστι δὲ τὸ τῆς φράσεως ἀρχαῖον. Εὔπολις ἐν Αὐτολύκοις Ἤδη γὰρ Ἀρίσταρχον κτλ.* Versum ex altera dramatis recensione petitum esse docui Quaest. scen. I p. 42 (Hist. crit. p. 118), ubi de Aristarcho praetore attuli Thucyd. VIII 98 et Xenoph. Hell. II 346. Plura vide apud Th. Bergkium Comment. p. 343.

VIII.

Ἀτὰρ ἤγαγες καινόν τι φῖτυ τῶν βοῶν.

Photius Lex. p. 650 12: *λέγεται δὲ τὸ γέννημα φῖτυ. Εὔπολις Αὐτολύκῳ Ἀτὰρ ἤγαγες καινὸν φῖτυ τῶν βοῶν.* Eadem eodem modo scripta habet scholiasta Plat. p. 445.

Corrupte schol. Aristoph. Pac. 1164 *αὐτὰρ* et *φύτευμα*, ut Suidas v. *φιτῦσαι*, ubi etiam *καινὸν* in *κενὸν* corruptum est. Denique Etym. M. 795 33: *τὸ γέννημα φῖτυ. Εὔπολις Αὐτολύκῳ ἤγαγε καινὸν φῖτυ.* Locus de Leogora (Fragm. X. XI) intelligendus videtur, qui ut hoc loco boves ita apud Aristoph. Nub. 109 phasianos alere dicitur. Sed de hoc admonuit etiam Bergkius Comment. p. 345. Post *καινὸν* addidi *τὸ* praeeunte Elmsleio apud Blomfieldium gloss. Aesch. Prom. 241. Porsonus scripsit *καινὸν τὸ φῖτυ*, Bergkius *καινόν γε φῖτυ.*

IX.

Ἀνεκὰς τ' ἐπήρω καὶ βδελυρὸς σὺ τὸ σκέλος.

Suidas, *Ἀνεκάς: ψιλῶς τὸ ἄνω λέγουσι. καὶ ἀνέκαθεν τὸ ἄνωθεν. Εὔπολις Αὐτολύκῳ Ἀνεκὰς τ' ἐπήρω κτλ.* Grammaticus Bekk. Anecd. p. 395 25. *Εὔπολις Αὐτολύκῳ ἕκαστ' ἐπαίρω*, ceteris omissis. Probabiliter Portus *ἐπήρω*. Sed praeterea nescio an legendum sit:

ἀνεκὰς τ' ἐπήρω κἀβδελυρεύσω τὸ σκέλος.

Ubi quod *κἀβδελυρεύσω* medio loco inter *ἐπήρω* et *τὸ σκέλος* interpositum est, id nihil insolentiae habet. Simillima traiectione Euripides Cycl. 121: *σπείρουσι δ' ἢ τῷ ζῶσι, Δήμητρος στάχυν;* Thucyd. VI 68: *ἔσται ὁ ἀγὼν — οὐκ ἐν πατρίδι, ἐξ ἧς κρατεῖν δεῖ ἢ μὴ ῥᾳδίως ἀποχωρεῖν.* Alia vide apud Lobeckium ad Soph. Aiac. p. 268. Verbo *βδελυρεύομαι* usus est Demosth. de foed. Alex. p. 214 24: *πότερον πειθώμεθα τοῖς κοινοῖς προστάγμασιν — ἢ βδελυρεύσεταί τις οὐ φάσκων;* Improbat quidem hanc vocem Photius Bibl. 265 p. 491 27: *ἔχει τε καὶ τῶν οὐ λογάδων φωνῶν, ὥσπερ τὸ νεόπλουτος καὶ τὸ βδελυρεύεσθαι.* Sed ut *νεόπλουτος*, quo Cratinus et Aristophanes usi sunt, iniuria reiicit, ita nec alterum illud a proborum scriptorum usu alienum censendum est. Ceterum possis etiam, *ἀνεκὰς τ' ἐπαίρεις καὶ βδελυρεύει τὸ σκέλος.*

X. XI.

Ὅτι τὰ πατρῷα πρὸς σὲ καταδιέφθορα.

Zonaras Lex. p. 548 4: *Διέφθορεν οὐ τὸ διέφθαρται δηλοῖ παρὰ Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ διέφθαρκεν. Εὔπολις — καὶ ἐν Αὐτολύκῳ Ὅτι τὰ πατρῷα κτλ.* Pro *ὅτι* malim aut *ὁτιή* aut *ὅστις*, ut voluit etiam Bergkius Comment. p. 344. Videntur haec Leogorae ad Myrrhinam meretricem verba esse. Scholiasta Aristoph. 109: *Λεωγόρας, τρυφερός τις, ὁ Ἀνδοκίδου πατήρ· Πλάτων Περιαλγεῖ — Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ β' ὡς καὶ διὰ Μυρρίναν ἑταίραν τὰ χρήματα ἀποβέβληκέ φησιν.* Composuit haec etiam Runkelius.

XII. XIII.

Ἆρα σφόδρ' ἐνεούρησεν ἐξώλης γέρων;

Grammaticus Crameri Anecd. I p. 446 17: *ἐνούρησεν ἐνεούρησεν Ἀττικῶς. Εὔπολις Αὐτολύκῳ, Ἆρα σφόδρ' ἀνεούρησεν κτλ.* Correxi *ἐνεούρησεν*. Fortasse Lyconem, Autolyci patrem, dicit, quem hac in fabula perstrinxisse Eupolin constat testimonio scholiastae Platonis Bekk. p. 332: *Εὔπολις δ' ἐν Φίλοις καὶ ἐπὶ τῇ γυναικὶ Ῥοδίᾳ κωμῳδεῖ αὐτόν* (Lyconem), *ἐν δὲ τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ εἰς ξένον.* Locus fortasse ex convivii descriptione (Fragm. II) petitus est. Cfr Fragm. IV.

XIV.

Καπνοὺς ἀποφαίνει καὶ σκιάς.

Scholiasta Aristoph. Nub. 253: *τὰ μηδενὸς ἄξια καπνοὺς καὶ σκιὰς καὶ νεφέλας ὀνομάζομεν. Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ Καπνοὺς ἀποφαίνει καὶ σκιάς.*

XV.

Scholiasta Aristoph. Thesm. 941: *Ἀττικὴ δὲ ἡ σύνταξις. ὅτι δὲ ἑστιᾶν καὶ δοτικῇ συντάσσουσιν, ὡς καὶ*

παρ' Εὐπόλιδί ἐστιν ἐν Αὐτολύκῳ θατέρῳ, ὥστε οὔτε ἐκεῖ οὔτε ἐνθάδε δεῖ ξενίζεσθαι. Eupolis *ἑστιᾶν* non magis quam Aristophanes cum tertio casu coniunxerat. Postrema scholii verba non intelligo. Post *θατέρῳ* videntur nonnulla excidisse, quibus ista imperitorum grammaticorum doctrina de constructione verbi *ἑστιᾶν* confutaretur. His iam subiici potuit *ὥστε οὔτε ἐκεῖ οὔτε ἐνθάδε κτλ.* h. e. itaque neque istic (Eupolidis locum) neque hic (Aristophanis locum) contra linguae usum interpretari decet.

XVI.

Ad parabasin Autolyci spectare videntur quae tradit scholiasta Aristoph. Vesp. 1020. Negat eo loco Aristophanes se unquam palaestras obiisse pueros tentantem, nec si quis amator ad se accesserit, amores suos perstringi indigne ferens, ulli unquam morem gessisse. Ad haec scholiasta: *δι' Εὔπολιν. ἐν Αὐτολύκῳ δὲ τοιαῦτά φησιν.* Autolycum ab Aristophane in Vespis respici non potuisse monui Quaest. scen. I p. 42 (Hist. crit. p. 117). Nec tamen ideo incredibile est, tale quid Eupolin in Autolyco Aristophani obiecisse.

XVII.

Etymol. M. p. 399 17: *Εὐτρήσιος παρὰ τὸ τετρῆσθαι. τὸν Αὐτόλυκον ὁ Εὔπολις σκώπτει. Εὔτρησις πόλις Ἀρκαδική.* Rectius pro *Εὔτρησις* scribas *Εὐτρήσιοι*, de qua urbe vide supra p. 378. Quo sensu Autolycum poeta dixerit Eutresium indicavi Hist. crit. p. 117.

XVIII.

Athenaeus V p. 216 d: *ἐπὶ τούτου* (Aristionem archontem dicit) *Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου.* Hanc Autolyci victoriam in altera, non in prima fabulae editione ab Eupolide irrisam fuisse male olim statui Quaest. scen. I p. 42. Meliora nunc vide Hist. crit. p. 117 sq. De Demostrato dixi ibidem p. 110.

XIX.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 331: κατεκλήρωσε δὲ (Aristophanes) καὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς Θεογένης ἐν τῷ περὶ Αἰγίνης. κωμῳδεῖται δὲ ὅτι καὶ τὸ τῆς Εἰρήνης κολοσσικὸν ἐξῆρεν ἄγαλμα· Εὔπολις Αὐτολύκῳ, Πλάτων Νίκαις. Probabile est haec spectare ad Εἰρήνην fabulam, in qua quum Aristophanes ingentem Pacis deae imaginem ex terra effossam spectatorum oculis subiecisset, id ipsum risisse videtur et Eupolis et Plato. Cfr Bergkius Comment. p. 342.

XX — XXII.

Athenaeus III p. 89 f: τὰς δὲ κνίδας ὁ Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ ἀκαλήφας ὀνομάζει. — Suidas, Ἀναφλασμοί: τὰ ἀφροδίσια. Εὔπολις Αὐτολύκῳ. — Pollux VII 202: τὸ πορνεύεσθαι ῥῆμα ἐν τῷ πρώτῳ Εὐπόλιδος Αὐτολύκῳ.

XXIII. XXIV.

Harpocratio p. 78 13: καὶ ἐπίπεμπτον εἰώθασι λέγειν τὸ πέμπτον, ὡς καὶ Εὔπολις Αὐτολύκῳ. — Grammaticus Bekk. Anecd. p. 447 1: Ἀρρωστήμων. Εὔπολις Αὐτολύκῳ.

XXV — XXVII.

Antiatticista p. 83 14. Ἀπρασία: Εὔπολις Αὐτολύκῳ. — Idem p. 84 21. Βιασμός: Εὔπολις Αὐτολύκῳ. V. Lobeckium ad Phryn. p. 511. — Idem p. 109 12. Νουθέτησιν: Εὔπολις Αὐτολύκῳ. V. Lobeckium l. l. p. 513.

Β Α Π Τ Α Ι. *)

I. 77

Ὃς καλῶς μὲν τυμπανίζει
καὶ διαψάλλει τριγώνοις.

Athenaeus IV p. 183 e. f: *μνημονεύει δὲ τοῦ τριγώνου τούτου καὶ Σοφοκλῆς — Εὔπολις δ' ἐν Βάπταις φησὶν Ὃς καλῶς μὲν κτλ.* De exoleto symphoniaco haec dici observat Lobeckius Aglaoph. p. 1016. Cfr Hist. crit. p. 335. Pro *Βάπταις* ex A et P enotatum *Βαπταῖς*, quemadmodum passim in libris scribitur. V. Harpocr. p. 142 27 et Ritschelium ad Thom. M. p. 369. Particula *μὲν* in C omissa.

II. 79

Σὺ δ' ὕπαγ' εἰς τοὔμπροσθεν.

Ammonius v. *ὑπάγειν* p. 140: *Ὑπάγειν λέγομεν ἀντὶ τοῦ προάγειν, τοῦτ' ἔστιν εἰς τοὔμπροσθεν πορεύεσθαι. κέχρηται τῇ λέξει Εὔπολις ἐν Βάπταις Σὺ δ' ὕπαγε εἰς τοὔμπροσθεν* Herodianus de acyrol. apud Boisson. Anecd. IV p. 265: *καὶ Εὔπολις ἐν Βάκχαις* (leg. *Βάπταις*) *Σὺ δ' ὕπαγ' εἰς τοὔμπροσθεν.* Etymol. Gud. p. 541 13: *κέχρηται αὐτῇ τῇ λέξει Εὔπολις, ἐμβατοὺς* (leg. *ἐν Βάπταις*) *λέγων, σὺ δ' ὑπάγεις* (sic) *εἰς τὸ ἔμπροσθεν.* Thom. Mag. p. 369 6: *καὶ Εὔπολις ἐν Βάπταις Σὺ δ' ὕπαγ' εἰς τοὔμπροσθεν.* Eadem leguntur apud Bachmannum Anecd. II p. 375. Sunt reliquiae versus trochaici. Frustra igitur tentatum *σὺ δ' οὖν ὕπαγ' εἰς τοὔμπροσθεν.*

III. 68

Ἀναρίστητος ὤν
κοὐδὲν βεβρωκώς, ἀλλὰ γὰρ στέφανον ἔχων.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 377 8. *Ἀλλὰ γάρ:*

*) V. Hist. crit. p. 118 sq.

ἀντὶ τοῦ δέ. Εὔπολις Βάπταις Ἀναρίστητος ὢν κτλ. Suidas, *Ἀλλὰ γάρ: ἀντὶ τοῦ δέ. Εὔπολις*, ceteris omissis. Recte haec Winkelmannus Proleg. ad Platonis Euthyd. p. XLI ad Connum fidicinem rettulisse videtur, qui *στέφανον μὲν ἔχων δίψῃ δ' ἀπολωλὼς* dicitur ab Aristoph. Equ. 535.

IV.

Ὅτι οὐκ ἀτρύφερος οὐδ' ἄωρός ἐστ' ἀνήρ.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 460 25. *Ἀτρύφερος: ἔστιν ἡ λέξει ἐν Βάπταις Εὐπόλιδος Ὅτι οὐκ ἀτρύφερος κτλ.* Eadem Suidas v. *ἀτρύφερος*. De Alcibiade haec dici putabat Fritzschius Quaest. Arist. I p. 237.

V.

Harpocratio p. 142 23. Dinarchus Polyeuctum *παλιναίρετον* appellavit, *ὅτι συκοφάντης ἁλοὺς ἐζημιοῦτο, καὶ διὰ τοῦτ' ἐκωλύετο λέγειν πρὶν ἀποτῖσαι τὴν ζημίαν ἣν ὤφειλεν, ἔπειτ' ἀποτίσας τὴν ζημίαν πάλιν ἔλεγεν, ὡς δηλοῦται καὶ τοῦτο ἐν τῷ λόγῳ. ὅτι γὰρ τοὺς τοιούτους ἐκάλουν π α λ ι ν α ι ρ έ τ ο υ ς, καὶ τοὺς ἀποχειροτονηθέντας τὴν ἀρχὴν καὶ πάλιν χειροτονηθέντας, Εὔπολίς τε ἐν Βάπταις δηλοῖ καὶ Ἄρχιππος ἐν Ἰχθύσιν.*

VI.

Ἀλλ' οὐχὶ δυνατόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἀλλὰ προ-
βούλευμα βαστάζουσι τῆς πόλεως μέγα.

Hephaestio IV p. 27 de vocabulis inter duos versus divisis: *ἔνια δὲ καὶ παίζουσιν οἱ κωμικοί, ὡς Εὔπολις ἐν Βάπταις Ἀλλ' οὐχὶ δυνατὸν κτλ.* Legebatur olim *ἄλλο* pro *ἀλλά*. Correxit Bentleius ad Call. Fr. XCII. Non intelligitur quid ridiculi hoc loco in illa vocabuli *προβούλευμα* divisione inesse possit: nec ullus unquam poeta comicus, quantum quidem hodie scimus, tale quid in trimetris sibi permisit. Cfr Porsonus ad Toupii Emend. p. 501. Nec de nihilo est, quod Th. Bergkius Comment. p. 296 observat, ubi duo ver-

sus catalectici continuentur vocabulo in duas partes discerpto, non locum esse syllabae ancipiti. Existimat igitur Eupolin usum esse forma *πρωβούλευμα*, quam comparat cum attico *πρωπέρυσι*, de quo vide ad Pherecr. p. 360. Credibilius mihi videtur Hephaestionem vitiosa lectione deceptum esse, Eupolin autem scripsisse,

οὐ γὰρ ἀλλὰ πρῴ
βούλευμα βαστάζουσι —

h. e. iam enim a primo mane de populi scito deliberant. Id enim significat *βαστάζουσιν*, ut infra fab. inc. Fragm. III. Minus recte Fritzschius Qu. Arist. I p. 238 vertit *afferunt*. De *πρῴ* confer Ruhnk. ad Tim. p. 226.

VII. 70

Ἀλλ' ἐξολεῖς με ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν.

Herodianus dict. solit. p. 6 24: *παγῆ, γαλῆ, μυγαλῆ, ἀμυγδαλῆ. Εὔπολις Βάπταις Ἀλλεξομέλεις μεναιμάτην ἀμυγδαλῆ.* Ita codex. Correxit Blochius et Runkelius. Dindorfius Praef. p. VI *ἀλλ' ἐξαπολεῖς με*, ductu Athenaei II. p. 53 a. *Εὔπολις Ἀπολεῖς με ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν.* Ita ex cod. C scriptum pro vulgato *ἀμυγδάλην*. Mire Fritzschius Quaest. Arist. I p. 226 spreto Herodiani praecepto coniecit *ἀμυγδάλλην*, ut metrum Hipponacteum restitueret. V. Fragm. XIII.

VIII. 81

Hesychius, *Βάστας ὁ Χῖος*: *Δημοκρίτου ἐπώνυμον, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Βάπταις. ἔστι δὲ ἱστοριογράφος.* Codex *Βαστα οχιος*. Scribendum igitur potius videtur *Βάστα ὁ Χῖος*. Falsum autem esse quod Democritum ab Eupolide commemoratum historiographum fuisse dicit, docuit Hemsterhusius, opportune admonens Diogenis Laert. IX 49. ubi Democritum Chium musica arte clarissimum, Democriti Abderitae aequalem, commemorat. Hunc et Theoxenidem Siphnium omnium primos fuisse, qui chromatico genere uterentur, auctor est Suidas v. *χιάζειν*. Cfr Pollux IV 66.

Eundem indicante Sopingio commemorat Lucianus Pseudol. 3 p. 434 Amst. *καὶ δόξαν οὐ μικρὰν ἔχεις ἐπ' αὐτοῖς ὑπὲρ τὸν Ἀριφράδην, ὑπὲρ τὸν Συβαρίτην Μίσθωνα, ὑπὲρ τὸν Χῖον ἐκεῖνον Βάσταν τὸν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις σοφόν.* Nominis *Βάστα* exemplum habemus item in illa inscriptione apud Hesychium, *Βάστα Κάρας Σάμιος Ἥρῃ τὸν θῆρ' ἀνέθηκε.* Si tamen haec recte ita a criticis emendata sunt. V. Boeckhium C. I. II p. 212 cll. Proverbiis Coisl. 47.

IX. 83

Hesychius, *Κοτυττώ: ὁ μὲν Εὔπολις κατ' ἔχθος τὸ πρὸς τοὺς Κορινθίους φορτικόν τινα δαίμονα διατίθεται.* Codex *Κοτυτώ.* V. Hist. crit. p. 121 sq.

X. 84

Ioannes Alex. de acc. p. 36 16: *τὰ δὲ σχετλιαστικὰ τῶν εἰς οι καὶ εἰς αι ἄλογον ἔχει τὸν τόνον. ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν περισπᾶται, ὡς τὸ ὀτοτοῖ ἔχον συμπαρακείμενον καὶ ἀτταταῖ, καὶ τὸ οἰοῖ καὶ αἰαῖ σαβοῖ τε καὶ τὸ αἰβοῖ καὶ τὸ σαβαῖ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Βάπταις· τὸ δὲ ἰυαὶ παρὰ τῷ αὐτῷ ὀξύνεται, ἰυαὶ σαβαῖ.* Cfr Fritzschius Quaest. Arist. I p. 211.

XI. 88

Pollux VII 123: *κάπνην δὲ καὶ καπνοδόκην Εὔπολις τὸ μὲν εἴρηκεν ἐν Βάπταις, τὸ δὲ ἐν Δήμοις.* Vulgo *καπνόν.* Duo codd. *κάπην.* Kuhnius *κάπνην.*

XII. 76

Ἀλλὰ τὰς κοίτας γ' ἔχουσι πλουσίως σεσαγμένας.

Pollux X 91: *ἀλλὰ καί που καὶ κοίτην, ὡς ἔν τε τοῖς Βάπταις Εὐπόλιδος Ἀλλὰ τὰς — σεσαγμένας, καὶ ἐν Φερεκράτους Μυρμηκανθρώποις* (Fragm. V) *Ἀλλὰ καὶ κτλ.* Ita codd. Voss. et Iungerm. Vulgo *ἀλλὰ καὶ τὰς κοίτας οὐκ ἔχουσι* etc. *ἀλλὰ* in cod. A omissum Fritzschio Quaest. Arist. p. 216 ex sequenti Pherecratis fragmento irrepsisse videtur. De

κοίτη canistrum, lanx cfr Hemsterh. Anecd. I p. 216 et Schweighaeuserus ad Athen. IV p. 146 e.

XIII. 74

Ἀνόσια πάσχω ταῦτα ναὶ μὰ τὰς Νύμφας.
Β. πολλοῦ μὲν οὖν δίκαια ναὶ μὰ τὰς κράμβας.

Priscianus de metris com. p. 415 ed. Krehl. *Eupolis Βάπταις cum in aliis iambis eiusdem fabulae recta est observatione metrorum usus, hos tamen posuit in fine habentes spondeos: Ἀνόσια πάσχω κτλ.* Vs. 2 *πολλοῦ* cod. Lindemanni. Vulgo *πολλοί* Postrema paullo aliter scripta habet Athenaeus IX p. 370 b. *Τηλεκλείδης Πρυτάνεσι „ναὶ μὰ τὰς κράμβας" ἔφη. καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ „ναὶ μὰ τὰν κράμβαν." Εὔπολις Βάπταις ναὶ μὰ τὴν κράμβην.* Ionicam fuisse iurandi formulam ibidem tradit Athenaeus, quod quo spectet nescimus. Idem Zenonem Cittiensem per capparin iurasse tradidit. Caussa talium iurandi formularum fuit haud dubie haec, quod deorum nominibus abuti nolebant. Suidas II 502: *πολλοὶ πρὸς λάχανα ὀμνύουσιν εὐορκίαν ἐπιδεικνύμενοι· ἐπιχωριάζει δ' εἰσέτι καὶ τοῖς ἐλλογίμοις Ἀρμενιακοῖς τὸ Μὰ τὰ καλά.* Cfr supra p. 155. Ceterum verissime Hermannus Doctr. metr. p. 48 consulto Eupolin versibus Hipponacteis usum esse statuit, comparato Hipponactis sive Ananii fragmento apud Athenaeum l. l.

καί σε πολλὸν ἀνθρώπων
ἐγὼ φιλέω μάλιστα, ναὶ μὰ τὴν κράμβην.

XIV. 82

Scholiasta Par. Aeschinis c. Tim. § 126 2: *δοκεῖ δέ μοι λελέχθαι ὁ βάταλος παρὰ τὸ Εὐπόλιδος σκῶμμα. ἐκεῖνος γὰρ ὑπὸ τῶν βαπτῶν ὀνόματα κεῖσθαι τοῖς αἰσχρῶς (αἰσχροῖς), καὶ Τιγράνην Βάταλον ὑπ' αὐτῶν καλεῖσθαι.* Corruptissimum scholium gaudebo si quis probabiliter restituerit. Nomine *Βάταλος* Eupolin usum esse docet Harpocratio

p. 44 9. *Εὔπολις τὸν πρωκτὸν βάταλον λέγει. μήποτε οὖν ἔνθεν τοὺς κιναίδους βατάλους καλοῦσι.* Schol. Aeschinis ed. Rsk. p. 762: *βάταλος μόριόν τι σώματος παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς αἰσχρόν, πρωκτός.* De Batalo nonnulla dixi Hist. crit. p. 334 sqq.

XV. 72

Ὦ ῥύμβοισι μαστίξας ἐμέ.

Scholiasta Apollonii Rh. IV 144: *τὸ κινούμενον τροχισκίον ὑπὸ τῶν φαρμακίδων ῥομβίον καλεῖται. οὕτω δὲ λέγουσι τὰς περιφερεῖς κινήσεις. καὶ παρ' Εὐπόλιδι Ὦ ῥύμβοις μαστίξας ἐμέ.* Haec in codice Paris. ita scribuntur: *τὸν κινούμενον τροχίσκον ὑπὸ τῶν φαρμακίδων ῥόμβον καλοῦσι. καὶ ἐν Εὐπόλιδι δὲ τὰς περιφερεῖς κινήσεις οὕτως ἐξηγοῦνται Ὦ ῥύμβοις κτλ.* Idem schol. ad I 1139. *Ῥόμβος: τροχίσκος, ὃν στρέφουσιν ἱμᾶσι τύπτοντες καὶ οὕτως κτύπον ἀποτελοῦσι. τινὲς δὲ ῥύμβον αὐτὸν καλοῦσιν, ὧν καὶ Εὔπολις ἐν Βάπταις, καὶ Δίδυμος.* Quibus similia habent Eustathius ad Od. p. 1387 47 et Etymol. M. p. 706 30. nisi quod hi fabulae nomen omittunt. Atticam formam fuisse *ῥύμβον* *), non *ῥόμβον* tradidit etiam schol. Theocr. II 18. *ῥόμβος, ὃν οἱ Ἀττικοὶ ῥύμβον καλοῦσιν*; ex emendatione Piersoni apud Ruhnk. ad Tim. p. 229. Athenaeus VII p. 330 b. *ἔστι τὸ ὄνομα (ῥόμβος) ἑλληνικόν.* Respicit eundem locum Photius p. 491 10. *Ῥόμβος (ῥύμβος): ὃ ἔχουσιν οἱ ἐπιθειάζοντες, ὡς τύμπανον. οὕτως Εὔπολις.* Qui quod rhombum cum tympano componit, indicio est *ῥύμβον* apud Eupolin non de turbine magico, ut Fritzschius voluit Quaest. Arist. I p. 214, sed de rota aenea interpretandum esse, quam in istis Cotyttiis sacris non secus atque in magnae matris cerimoniis sacricolas flagellis verberasse eoque acutos tinnitus excitasse probabile est. Similiter utrumque instru-

---

*) Eadem restituenda Aristophani Fragm. 288: *ἴθι δὴ λαβὼν τὸν ῥύμβον ἀνακωδώνισον.*

mentum coniunxit Apollonius locorum quos adscripsi altero, *ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται*, et Diogenes tragicus apud Athen. XIV p. 636 a. *τυπάνοισι καὶ ῥύμβοισι.* Dignus item qui adscribatur locus Archytae apud H. Stephanum Hist. phil. p. 84: *καὶ τοῖς ῥόμβοις, τοῖς ἐν ταῖς τελεταῖς κινουμένοις, τὸ αὐτὸ συμβαίνει· ἥσυχα μὲν κινούμενοι βαρὺν ἀφιέντι ἄχον, ἰσχυρῶς δὲ ὀξύν.* Ceterum apud Eupolin ipsam Cotytto loquentem audire mihi videor.

XVI. 78

Κἀκείνους τοὺς Ἱππέας
συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.

Scholiasta Aristophanis Nub. 550 Herm. *Εὔπολις δὲ ἐν τοῖς Βάπταις τοὐναντίον φησὶν ὅτι συνεποίησεν Ἀριστοφάνει τοὺς Ἱππεῖς. λέγει δὲ τὴν τελευταίαν παράβασιν. φησὶ δέ Κἀκείνους τοὺς Ἱππέας κτλ.* „Legebatur *φησὶ δὲ κἀκεῖνος, τοὺς Ἱππέας συνεποίησα τῷ φαλακρῷ ἐδωρησάμην.* Aldina *ἀδωρησάμην*, ut ad vs. 536. e quo scholio postrema verba emendavimus." Hermannus. Partem Equitum eam, quam Aristophanes Eupolidi acceptam rettulit, infra exhibui in calce fragmentorum ex incertis fabulis servatorum.

XVII. 75

Ἐκεῖ γὰρ ἕξεις ἀγαθὰ πολλὰ δὴ πρῴ.

Scholiasta Rav. Aristoph. Av. 129 a Dindorfio mecum communicatus, *πρῴ: οὕτω μονοσυλλάβως λέγουσιν. Εὔπολις Βάπταις Ἐκεῖ γὰρ ἑξῆς ἀγαθὰ πολλὰ δὴ πρῴ.* Correxit Dindorfius. Versus est iambicus tetrameter initio duobus pedibus truncatus.

XVIII. XIX. 71, 80

Ἐπιχώριός ἐστι καὶ ξένης ἀπὸ χθονός.

Scholiasta Aristoph. Ran. 421: *οὗτος (Ἀρχέδημος) ὡς*

ξένος κωμῳδεῖται. καὶ Εὔπολις Βάπταις Ἐπιχώριος δέ ἐστι καὶ ξένης ἀπὸ χθονός. Particulam δέ abieci praeeunte Runkelio. Cum Archedemo, de quo ad Capras Fr. XIV dictum est, coniunxisse videtur Eupolis *Chaereae* memoriam, cuius item peregrinam originem hac in fabula notaverat teste scholiasta Aristoph. Vesp. 687: τὸν γὰρ Χαιρέαν Εὔπολις ἐν Βάπταις ὡς ξένον κωμῳδεῖ. Qui quidem Chaereas num idem fuerit, quem Thucydides commemorat VIII 74 et 86, pro certo non affirmaverim.

XX. XXI. 86, 85

Scholiasta Aristoph. Pac. 1210: κότταβος δὲ ἐκαλεῖτο καὶ τὸ τιθέμενον ἆθλον τοῖς νικῶσιν ἐν τῷ πότῳ, καὶ τὸ ἄγγος, εἰς ὃ ἐνέβαλον τοὺς λάταγας, ὡς Κρατῖνος ἐν Νεμέσει δείκνυσιν. ὅτι δὲ καὶ χαλκοῦν ἦν, Εὔπολις ἐν Βάπταις λέγει Χαλκῷ περὶ κοττάβῳ. Fritzschius Quaest. Arist. I p. 216 tentabat χαλκῷ περὶ κοττάβῳ. Si quid in his corruptum, malim παρὰ pro περί. Ad eandem hanc fabulae partem, in qua cottabi ludum poeta exhibuerat, respexit Athenaeus XV p. 667 d: ὅτι δὲ ἆθλον προὔκειτο τῷ εὖ προϊεμένῳ τὸν κότταβον προείρηκε μὲν καὶ ὁ Ἀντιφάνης· ᾠὰ γάρ ἐστι καὶ πέμματα καὶ τραγήματα. ὁμοίως δὲ διεξέρχονται καὶ Εὔπολις Ἕρμιππός τε ἐν τοῖς Ἰάμβοις. Quem locum cum altero illo composuit etiam Runkelius.

XXII. 87

Scholiasta Aristoph. Plut. 884: λέγει οὖν, οὐ φοβοῦμαί σε ἔχων φυσικὸν δακτύλιον. δακτύλιον δέ φησι τὸν λεγόμενον φαρμακίτην. Εὔπολις Βάπταις μέμνηται. Hesychius ab Hemsterhusio laudatus, Δακτύλιος φαρμακίτης, ὃν οἱ φαρμακοπῶλαι εἰώθασι πιπράσκειν ἀντὶ φαρμάκου. Huiusmodi annulum commemorat etiam Antiphanes apud Athenaeum II p. 123 b: παρὰ Φερτάτου δακτύλιός ἐστί μοι δραχμῆς. Memorabilis item Clem. Alex. locus Strom. I p. 334 B. Ἐξήκεστος ὁ Φωκέων τύραννος δύο δακτυλίους φορῶν γεγοητευμένους τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους διῃσθάνετο τοὺς

καιροὺς τῶν πράξεων· ἀπέθανεν δὲ ὅμως δολοφονηθείς, καίτοι προσημήναντος τοῦ ψόφου, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Φωκέων πολιτείᾳ.

Δ Η Μ Ο Ι.

Demos Eupolin proximo tempore post Siculam expeditionem h. e. Olymp. XCII 1. Callia archonte Dionysiis magnis in scenam commisisse, parum idoneis argumentis docere conatus est I. Raspius Comment. de Eupol. Demis et Civit. p. 11. Huic fidem habuit Fritzschius Actis Societ. graec. I p. 154. Ipse olim propter Laespodiae (Fragm. XXXVII) memoriam, qui Olymp. XCI anno tertio exeunte imperatoris munere functus est, quartum eiusdem Olympiadis annum fabulae assignaveram. Enimvero alia docet quod nemo dum cognitum habuit fabulae Fragm. IV, ex quo Niciae magnas in ea partes fuisse intelligitur. Iam Nicias supremum diem obiit Olymp. XCI 4 mense Boëdromione (cfr Thucyd. VII 86), ex quo consequens est Demos post Olymp. XCI 3 doceri non potuisse. At ne tertio quidem aut secundo huius Olympiadis anno doceri potuerunt: vix enim credibile est, absente Nicia fabulam, cuius ipse pars magna esset, ab Eupolide in scenam fuisse commissam. Profectus autem Nicias in Siciliam est Arimnesto archonte Olymp. XCI anno primo exeunte. Post hunc igitur annum doceri non potuit fabula. Certiora eruere mihi non contigit. In disponendis fragmentis eum sequutus sum ordinem, ut quae ad colloquium inter demagogos ab inferis excitatos (v. ad Fragm. XIII et Hist. crit. p. 126) et Myronidem Niciam aliosque, si qui forte praeterea in scena aderant, cives annis meritisque graves institutum satis tuto referri posse viderentur, primo loco ponerem, cetera, quorum incerta sedes est, promiscuo ordine afferrem. Primum fragmentum, quamvis ei quam dixi scenae satis accommodatum, tamen propter diversam metri speciem fortasse alio loco exhibendum erat. Scriptorum locis argumentum fa-

bulae indicantibus (Hist. crit. l. l.) addere licebit scholiastam Aphthonii in Walzii Rhet. p. 640: *Ἀριστείδης πολλὰ περὶ δημοκρατίας δημηγορεῖ. ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Εὔπολις περὶ παλαιῶν δήμων γράφων πεποίηκε.*

I. *116*

Τοιγαροῦν οὐδεὶς στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
*ἐδύναθ', ὥσπερ μειαγωγὸς ἑστιῶν * * * **
** * * τῆς τοῦδε νίκης πλεῖον' ἑλκύσαι σταθμόν.*

Harpocratio p. 125 13: *περὶ δὲ τοῦ μειαγωγοῦ Εὔπολις ἐν Δήμοις Τοιγαροῦν οὐδεὶς κτλ.* De Miltiadis victoria Marathonia haec interpretanda esse non fugit Runkelium. Vs. 1 *οὐδείς*, quod libri habent post *χρόνου*, huc transposuit Gronovius. — Vs. 2 *ἐδύνατο* Bergkius Comment. p. 348. *δύναται* libri, *δύναιτ' ἂν* Gronovius, qui ad trimetros locum revocavit hoc modo:

τοιγαροῦν
οὐδεὶς στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
δύναιτ' ἂν ὥσπερ μειαγωγὸς ἑστιῶν
τῆς τοῦδε νίκης κτλ.

Sed nec *τοιγαροῦν* bene ponitur nisi in versus initio, nec *δύναιτ' ἂν* aptum est propter *ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου*. Ad trochaicos numeros locum revocavit etiam Dobraeus Adv. I p. 587 ita:

— ᴗ *τοιγαροῦν στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου*
οὐδὲ εἷς (vel *οὐδ' ἂν εἷς*) *δύναιτ' ἂν ὥσπερ μειαγωγὸς ἑστιῶν*
[*τὴν πόλιν*], *τῆς τοῦδε νίκης πλεῖον' ἑλκύσαι σταθμόν.*

Recte sensit Dobraeus *ἑστιᾶν*, nisi adiectum sit quem quis epulis excipiat, dici non posse. Sed male addidit *τὴν πόλιν*, pro quo potius *τοὺς φράτορας* post *ἑστιῶν* addendum suspicor. Vim comparationis ducum cum *μειαγωγῷ* fortasse recte explicuit Raspius p. 44. „Quemadmodum *μειαγωγός* non potest nec debet iusto graviorem victimam ad epulas afferre,

sic ne duces quidem graviorem afferre possunt victoriam Marathonia."

II.

Οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην
χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Longinus de Sublim. XVI 3 de Demosthenis iureiurando nobilissimo „*οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύοντας*" disserens: *καί τοι παρὰ τῷ Εὐπόλιδι τοῦ ὅρκου τὸ σπέρμα φασὶν εὑρῆσθαι Οὐ γάρ μὰ τὴν κτλ.* Latine reddidit Grotius Excerptis p. 507:

Nae per Marathone quod commisi praelium
gaudebit nemo cor meum qui afflixerit.

Miltiadis haec verba esse, eaque ex hac ipsa fabula petita, vidit Valckenarius Diatr. p. 252. Euripidis versus ex Medea 396 et 399:

οὐ γὰρ μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἐγὼ σέβω,
χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ,

primus comparavit Toupius ad Longini l. l. Versus secundus hanc opinor vim habet: graviter ulciscar si quis ducum Atheniensium quae ego paravi civitati decora ignavia et imperitia dehonestaverit.

III.

Τὸ γὰρ δίκαιον πανταχοῦ φυλακτέον.

Servavit Orion Floril. VI p. 49 10 cum lemmate: *ἐκ τῶν Δήμων Εὐπόλιδος.* Cum Aristidis *τοῦ δικαίου* hac in fabula partes quasdam fuisse constet (Fragm. IV), nequaquam improbabile videri potest ab hoc ipso iustitiae laudem fuisse praedicatam. Cfr doctissimum Orionis editorem p. 184.

IV.

ΝΙ. Πῶς γὰρ ἐγένου δίκαιος; * * * * *
ΑΡ. ἡ μὲν φύσις τὸ μέγιστόν ἐστ', ἔπειτα δὲ
κἀγὼ προθύμως τῇ φύσει συνελάμβανον.

Galenus de dignosc. affect. 7 vol. VI Chart. p. 530: τὰ μὲν θυμοῦται σφοδρῶς ἐπὶ τῶν σμικροτάτων — τὰ δ' ἔστιν ἀνεξίκακα καὶ πρᾶα, μήτ' ὀργιζόμενα μήτε κλαίοντα πρὶν ἀδικηθῆναί τι μέγα. ταῦτα καὶ ὁ Εὔπολις ἐρωτώμενον Ἀριστείδην τὸν δίκαιον ὑπὸ τοῦ Νικία, ὡς ἐγένου δίκαιος, οὕτω εὐπρεπῶς ἀποκρινόμενον ἐποίησεν· ἡ μὲν φύσις τὸ μέγιστον, ἔπειτα δὲ κἀγὼ τὴν φύσιν προθύμως συνελάμβανον. Correxi haec ut supra adscripsi. Pro ἔστ' possis etiam ἦν. Quin recte locum ad Demos transtulerim nemo dubitabit.

V. 93

Ὅ τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες.

Plutarchus V. Periclis cap. 3: ὁ δ' Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις *) πυνθανόμενος περὶ ἑκάστου τῶν ἀναβεβηκότων ἐξ Ἅιδου δημαγωγῶν, ὡς ὁ Περικλῆς ὠνόμαστο τελευταῖος Ὅ τι περ κεφάλαιον κτλ. Recte Coraes, γελοίως πέπαικται πρὸς τὸ μέγεθος τῆς κεφαλῆς τοῦ Περικλέους. Et κεφάλαιον inter κεφαλῆς παρώνυμα commemorari a Polluce II 42 annotavit Sintenisius. Formulae ὅ τι περ κεφάλαιον exempla apposuit Schaeferus ad Dionys. Hal. Comp. verb. p. 145. Ἤγαγες Hermannus Opus. V p. 202 ad Mercurium ψυχόπομπον refert, quem illorum ducum animas ex inferis adduxisse ingeniose suspicatur.

VI. 94

Κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν·
ὁπότε παρέλθοι δ', ὥσπερ ἀγαθοὶ δρομῆς
ἐκ δέκα ποδῶν ᾕρει λέγων τοὺς ῥήτορας.
Β. ταχὺν λέγεις μέν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.
οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

---

*) Ita ex codd. nunc scriptum est pro vulgato Δημοσίοις.

Scholiasta Aristoph. Acharn. 529 de Periclis eloquentia: *Εὔπολις Δήμοις Κράτιστος οὗτος — τοῖς ἀκροωμένοις.* Scholiasta Aristidis vol. III p. 472 Dind. (p. 174 From.): *Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις μεμνημένος τοῦ Περικλέους φησὶ τοὺς ἰάμβους Οὗτος κράτιστος — ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.* Latine vertit Grotius Excerptis p. 499:

Nam celer ut cursor pedibus promotos decem
facile vincebat oratores ceteros,
velox loquendo, sed cum veloci impetu
Suada insidebat quaedam labiis illius:
ita delinibat homines, unusque omnium
linquebat stimulos in animo audientium.

Vs. 2 schol. Aristidis *παρέλθῃ*. Sed cod. B *παρέλθοι* ut schol. Aristophanis. Quod sequitur *δ'*, additum a Toupio ad Longin. XXXIV 4. Ibidem *ἀγαθοὶ* pro *οἱ ἀγαθοὶ* Raspius. Tum *δρομῆς* Aristidis cod. Leid. apud Valckenarium pro *δρομεῖς*. — Vs. 3 vulgo *ἑκκαίδεκα*. Atque ita etiam in textu Aristidis II p. 174 Dind. *ἀνεπίφθονον αὐτῷ καὶ καθαρὰν τὴν μαρτυρίαν ἀποδέδωκε* (scil. Eupolis) *λέγων ὡς ἑκκαίδεκα ποδῶν ᾕρει τοὺς ῥήτορας ἐν τοῖς λόγοις.* Correxit Grotius Excerptis p. 499 et Wyttenbachius ad Plutarchum S. N. V. p. 7 sqq. collato Themistio Or. 27 p. 339 c. *λέγων αἱρήσεις οὐκ ἐκ δέκα ποδῶν, ἀλλ' ἐξ εἴκοσιν ἴσως*, et Isidoro Pelus. Epist. IV 205 *Περικλῆς ὃς ἀπὸ δέκα ποδῶν ᾕρει τοὺς ῥήτορας*, Pro *ᾕρει* schol. Aristophanis *ᾕρει*. — Vs. 4 schol. Aristophanis *ταχὺν λέγειν μέν*, schol. Aristidis *ταχὺν λέγεις με*, sed pro *με* ex B enotatum *γε*. Scripsi *ταχὺν λέγεις μέν*, et alterius interlocutoris notam apposui. Quae sequuntur inde a verbis *πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει* usque ad finem fragmenti habet etiam Plinius Epist. I 20. *nec me praeterit summum oratorem Periclem sic a comico Eupolide laudari*, *πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει κτλ.* — Vs. 6 et reliquos habet etiam Diodorus Sic. XII 40. Locum expressit praeter alios Isidorus l. l. *κατὰ τὸν κωμικὸν Πειθώ τις ᾤκει ἐν τοῖς χείλεσιν.* Aristides l. l. *μόνου* (Periclis) *πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.* Themistius Or. 2 p. 37 B.

Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, οὗ τοῖς χείλεσιν ἐπεκάθιζε Πειθώ. Quae comparavit iam Wyttenbachius. Notum illud Ciceronis Orat. 15. *quam deam* (Suadam) *in Periclis labris scripsit Eupolis sessitavisse.* Quintil. XII 10. *hanc vim et celeritatem in Pericle admiratur Eupolis, hanc fulminibus Aristophanes comparat, haec est vere dicendi facultas.* Pro *ἐπεκάθιζεν* Plinius *ἐπεκάθητο.* — Vs. 7 *ἐγκατέλιπε* schol. Aristophanis Pac. 1203. ubi hic versus tacito auctoris nomine affertur. Diodorus et schol. Acharn. a Bekkero editus *ἐγκατέλειπε.* Eodem ducit cod. Prag. Plinii, ex quo *ενκλειπε* enotatum. V. Raspius p. 21. Ceterum hic quoque versus multis multorum imitationibus nobilitatus est. V. Wyttenb. ad Plutarchi l. l. cuius notatis adde Choricium apud Fabric. Bibl. G. VIII p. 846 et scholiastam Iliad. ω' 86. *προλαβεῖν τι ἐπιχειρεῖ τῶν ἑξῆς καὶ τὸ κέντρον ἐγκαταλιπεῖν, ὡς ὁ κωμικός φησι, τοῖς ἀκροωμένοις.* Quae ad Aristophanem referebat Villoisonus Praef. Iliad. p. XXXIII. Notus est Ciceronis Brut. 9 locus: *de Pericle scripsit Eupolis, cum delectatione etiam aculeos reliquisse in animis eorum a quibus esset auditus.*

VII. 96

Ῥήτωρ γάρ ἐστι νῦν τις, ὅν γ' ἔστιν λέγειν;
B. ὁ Βουζύγης ἄριστος ἀλιτήριος.

Aristides vol. II p. 174 Dind. *ἀνεπίφθονον αὐτῷ* (Pericli) *καὶ καθαρὰν τὴν μαρτυρίαν ἀποδέδωκε* (Eupolis) *λέγων ὡς ἐκ δέκα ποδῶν μὲν ᾕρει τοὺς ῥήτορας ἐν τοῖς λόγοις, μόνου δὲ πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν· πάντα δ' εἶναι φλυαρίαν πρὸς ἐκεῖνον. φησὶ γοῦν Ῥήτωρ γάρ ἐστι κτλ.* Versui secundo alterius interlocutoris notam adscripsi. Vs. 1 libri fluctuant inter *ὅν* et *ὧν.* Scholiasta p. 473 Dind. vera falsis miscens: *εὕρηται δὲ καὶ τὸ ὧν, μέγα, δασυνόμενον καὶ περισπώμενον. ἀποδίδοται δὲ οὕτω· ῥήτωρ γάρ ἐστί τις ὁ Βουζύγης ἀλιτήριος ἐκείνων, ὧν ἐστι λέγειν. δέον δὲ εἰπεῖν οὕς, πρὸς τὸ λέγειν, ὧν εἶπε, πρὸς*

τὸ ἐκείνων. Ἀλιτήριος pro ἀλιτήριος Porsonus Adv. p. 75. Buzygen recte de Demostrato (Fragm. XXXIV) interpretatur Frommelius, falso de Pericle scholiasta, quamquam hunc sequitur Odofr. Muellerus Vit. Phid. p. 10. Hunc Demostratum quod ἀλιτήριον dicit Eupolis, id Raspius p. 56 probabiliter inde explicat, quod maiores eius Cylonei piaculi participes fuisse videantur. In Aristidis verbis πάντα δ' εἶναι etc Raspius p. 27 Eupolidis senarium latere putabat, φλυαρία πάντ' ἐστὶ πρὸς τὸν Περικλέα. Rectius fortasse Hermannus, πάντα δ' ἦν φλυαρία | πρὸς ἐκεῖνον. Non credo tamen haec Eupolidis verba esse.

VIII.

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

Plutarchus V. Alcib. cap. 13: ἦν γὰρ (Φαίαξ) ὡς Εὔπολίς φησι Λαλεῖν ἄριστος κτλ. Gellius N. A. I 15. *Eupolidis quoque versus de id genus hominibus consignatissime factus est, Λαλεῖν — λέγειν. quod Sallustius noster imitari volens „loquax (inquit) magis quam facundus.“* Grotius Excerptis p. 507 *Potis loquendi, verum dicendi impotis.* Versum hunc ad Δήμους recte rettulit Runkelius, nec dubium est quin ex eodem cum Pericle sermone petitus sit, ex quo Fragm. VI et VII servatum est. De Phaeacis eloquentia cfr Bergkium Comment. p. 237.

IX.

Π. Ὁ νόθος δέ μοι ζῇ; Μ. καὶ πάλαι γ' ἂν ἦν ἀνήρ,
εἰ μὴ τὸ τῆς πόρνης ὑπωρρώδει κακόν.

Plutarchus V. Periclis cap. 24: δοκεῖ δὲ καὶ τὸν νόθον ἐκ ταύτης (Ἀσπασίας) τεκνῶσαι, περὶ οὗ πεποίηκεν Εὔπολις ἐν Δήμοις αὐτὸν μὲν οὕτως ἐρωτῶντα Ὁ νόθος δέ μοι ζῇ; τὸν δὲ Μυρωνίδην (olim Πυρωνίδην) ἀποκρινόμενον Καὶ πάλαι γ' ἂν κτλ. Hoc dicere videtur: *iam dudum vir factus esset, nisi meretricis malum extime-*

scerat h. e. *nisi id ipsum, quod meretrice se natum esse scit, animum eius deprimeret.* Pericles Periclis filius ex Aspasia susceptus, brevi ante patris obitum tribulibus adscriptus (Plutarch. Per. 37), postea in pugna ad Arginusas imperatoris munere functus (Xenoph. Hell. I 5 16 Diod. Sic. XIII 98) et cum reliquis novem ducibus occisus est Ol. XCIII 3. V. Xenoph. Hellen. I 5 16 et Philochorus apud schol. Arist. Ran. 1227. Ad Eupolidis locum respicit Harpocrat. p. 37 18: *δοκεῖ ἐξ αὐτῆς ἐσχηκέναι ὁ Περικλῆς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ Περικλέα τὸν νόθον, ὡς ἐμφαίνει καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις.* Scholiasta Platonis Bekk. p. 391: *ἔσχε δὲ ἐξ αὐτῆς ὁ Περικλῆς νόθον υἱόν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐτελεύτα, τῶν γνησίων προαποθανόντων, ὡς Εὔπολις Δήμοις.* Quae composui iam Quaest. scen. I p. 49. ubi etiam de Myronide admonui, quem apertum est non alium esse posse nisi celebrem illum Lacedaemoniorum victorem apud Oenophyta. Quod Suevernius Dissert. de Aristoph. Nub. p. 51 existimabat, Myronidem ab Eupolide introductum antiqui illius Myronidis non nisi nomen gessisse, id postea vir praestantissimus ipse improbabat meamque sententiam amplectebatur. Myronides Calliae filius (Diod. Sic. XI 81) vir antiqua fide et virtute insignis (Aristoph. Eccl. 303 Diod. Sic. XI 79) summisque hominibus, Ephialta Leocrate Cimone Tolmida aliisque haudquaquam inferior (Plutarch. Per. 16 Diod. Sic. l. l. 82) Olymp. LXXXIII 3 capitali praelio, quo Lacedaemonios apud Oenophyta fudit, summam laudem consequutus, initio belli Peloponnesii, in quo nullae eius partes fuerunt, septuaginta ferme annos natus in honesto otio senescebat. Nihil igitur obstat quominus hunc tantae virtutis virum *) cum Solone Aristide Cimone et Pericle de optima reipublicae emendandae ratione disserentem ab Eupolide introductum esse statuamus.

---

*) De Athenaeo, qui XI p. 506 d. Platonem in Cimone dialogo Myronidem calumniis proscidisse narrat, quid statuendum sit haud obscurum est.

X.

Οὐ δεινὸν οὖν κριοὺς ἔμ' ἐκγεννᾶν τέκνα,
ὄρνεις δ' ὁμοίους τοὺς νεοττοὺς τῷ πατρί;

Athenaeus IX p. 373 e: *ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πληθυντικοῦ ὄρνεις λέγουσι, πρόκειται τὸ Μενάνδρειον μαρτύριον — καὶ Εὔπολις ἐν Δήμοις Οὐ δεινὸν οὖν κτλ.* Vs. 1 *κριοὺς* pro *κρείους* Valckenarius ad Eurip. Phoen. 44. Idem *ἔμ'* pro vulgato *μ'*, pro quo B habet *με.* Th. Bergkius Comment. p. 349 *μὲν ἔμ'*. Quo non opus est. Recte autem haec Periclis verba esse statuunt, quod degeneres a patria virtute filios genuerit conquerentis. Affert Valckenarius Zenobium IV 63. *κριὸς τροφεῖ' ἀπέτισεν: ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων, ἐπεὶ τὰς φάτνας πλήττουσιν οἱ κριοί.* Eodem proverbio usus est Libanius de vita sua I p. 14 B. *ἀνθρώπιον ἐκ Κυζίκου μιαρόν τε καὶ ἀχάριστον — κριοῦ δὲ τροφεῖα κατὰ τὴν παροιμίαν ἀποτῖνον.* Cfr Diogen. Cent. V. 62 et Prov. Bodl. 556. — Vs. 2 libri *θ'* pro *δ'*, quod reponendum vidit Grotius Excerptis p. 499. Ibidem *ὁμοίους* pro *ὁμοίως* scripsit Casaubonus.

XI.

Ἅπασα γὰρ ποθοῦμεν ἡ κλεινὴ πόλις.

Tiberius rhetor 47 p. 66: *παρὰ δὲ τοὺς ἀριθμοὺς ἀλλοίωσις, ὡς παρ' Εὐπόλιδι ἐν Δήμοις Ἅπασα γὰρ ποθουμένη κλεινὴ πολις. καὶ παρὰ Δημοσθένει, ὑμεῖς ὦ βουλή.* Correxi ut supra adscripsi ad Euphor. p. 92. Sunt chori verba afflictam civitatem ad meliorem rerum condicionem restitui ardentissime cupientis. Intellexit hoc Raspius p. 59. Ex eadem fabulae parte ductum videtur fragmentum sequens, quo optare videtur chorus ut novis respublica incrementis augescat.

XII. 105

Ἀμβλυστονῆσαι καὶ χλοῆσαι τὴν πόλιν.

Etymol. M. p. 200 52: *Ὅμηρος Οἴνου ἀποβλύζων, ἀντὶ τοῦ ἀπεμῶν. ὁ τρόπος ὀνοματοποιΐα. καὶ ἐν συνθέσει Εὔπολις Ἅμα βλυσθοινῆσαι καὶ χλοῆσαι τὴν πόλιν.* Ad Demos rettuli iam olim propter Suidam, *Ἀναβλυστωνῆσαι: τὸ ἀναβλύσαι. Εὔπολις Δήμοις. πάντα τὰ τοιαῦτα οἱ κωμικοὶ ποιοῦσι παίζοντες.* Quod in *ἀναβλυστονῆσαι* mutandum esse Quaest. scen. I p. 50 *) indicavi allato Eustathio ad Il. *ρ'* p. 1095 8: *τοῦ ἀναβεβρυχέναι λειότερον τὸ ἀναβλύζειν ἐστίν. αὐτὸ δὲ καὶ ἀναβλυσθονεῖν λέγεται, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ.* Sed genuina verbi scriptura est *ἀμβλυστονῆσαι*, sive malis *ἀμβλυσθονῆσαι*. V. Hist. crit. p. 204. Ad *χλοῆσαι* ex *ἀναβλυστονῆσαι* assumendum *ἀνά*. Eadem syntaxis in illo Sophocleo Antig. 533. *καὶ συμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας*, ubi v. Schaeferum.

XIII. 10?

Καὶ μηκέτ', ὦναξ Μιλτιάδη καὶ Περίκλεες,
ἐάσατ' ἄρχειν μειράκια κινούμενα,
ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν.

Scholiasta Aristidis vol. III p. 672 Dind. 257 Fr. *Εὔπολις ἐποίησεν ἀναστάντα τὸν Μιλτιάδην καὶ Ἀριστείδην καὶ Σόλωνα καὶ Περικλέα. ἐν τούτοις οὖν ἔνεισι δύο, φησί, Περικλῆς καὶ Μιλτιάδης. λέγει δὲ Εὔπολις οὕτως Καὶ μηκέτ' ὦναξ κτλ.* In his pro *Σόλωνα* libri habent partim *Γέλωνα* partim *Κλέωνα*. Elmsleius ad Eurip. Med. p. 146 coniiciebat *Κίμωνα*. Unice rectum esse *Σόλωνα* docui Quaest. scen. I p. 49 (Hist. crit. p. 126). Vs. 1 libri *μηκέτι ἄναξ* (sic) et *μηκέτ' ἄναξ* (sic). Correxit Valcken.

---

*) Operarum errore ibi bis impressum est *ἀναβλυσταvῆσαι*. Quod moneo propter Raspium p. 29.

Diatr. p. 252. Tum libri *Μιλτιάδη*, *Μιλτιάδην*, *Μιλτιάδου*. Valckenarius *Μιλτίαδες*. Scripsi *Μιλτιάδη*. Pro *Περίκλεες*, quae Valckenarii correctio est, libri fluctuant inter *Περικλῆ* *Περικλεῖ* et *Περίκλεις*. Fateor tamen perraram esse hanc vocativi formam apud poetas comicos: nec offensione caret prorsus constructio *μὴ ἐάσατε*. Quorum etsi utrumque defendi potest, non tamen lusisse dicendus erat Elmsleius quum coniiciebat,

καὶ μηκέτ' ἀντὶ Μιλτιάδου καὶ Περικλέους
ἐάσετ' ἄρχειν —

suppleta coniunctione *ὅπως*, quae in superioribus adfuerit. Sed donec certiora reperta fuerint, teneo ea quae supra exhibui. *Μεγάκλεες* dixit Leuco Phrat. I 1. *Ἱερόκλεες* ipse Eupolis Civit. XVI, sed is quidem ad Aeschyli versum respiciens. — Vs. 3 *τοῖς σφυροῖς* Valckenarius. Libri *τοῖσι σφυροῖσι* et *τοῖς σφυροῖν*. Fortasse praestat *τοῖν σφυροῖν*. Ceterum apte comparat Valckenarius Demosth. de Halon. p. 88 1 *εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε*. Similia item haec incerti scriptoris apud Suidam II p. 371: *ἐν τοῖς αἰδοίοις ἔχων τὸν ἐγκέφαλον*. Mazares MS apud Boissonadum ad Marini V. Proc. p. 70. *τὰς φρένας ἐν πτέρναις ἔχειν*. Plutarchus Mor. p. 334 c. *ψυχὴν ἐν ταῖς φάτναις ἔχειν*. Cfr Longinum de Subl. XXXVIII.

XIV.

Καὶ λέγουσί γε
τὰ μειράκια προϊστάμενα τοῖς ἀνδράσιν.

Herodianus de schem. apud Villoisonum Anecd. II p. 88: *οἷς (τοῖς οὐδετέροις) διαφόρους πληθυντικὰς συντάξεις ἐπάγουσιν οἱ Ἀττικοί, ὡς Εὔπολις Καὶ λέγουσί γε τὰ μειράκια κτλ.* Ad Demos rettuli ipsa rei probabilitate ductus. Cfr Hist. crit. p. 128. Conqueritur quem haec loquentem Eupolis induxit, nunc fere adolescentulos procaces et imperitos publice ad dicendum surgere. Herodiani verba qui ne-

gligentius inspexit I. Raspius p. 66 longissime a verborum sententia aberravit. De re ipsa cuius caussa haec attulit Herodianus, vide Porsonum Add. ad Eur. Hec. 1141. Pro *λέγουσι* cod. Paris. apud Walzium Rhet. gr. VIII p. 583 habet *λέγονται*.

XV. 117

Καὶ μὴν ἐγὼ πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω·
οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ἡμῖν.
ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν οἱ γέροντες.
ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ
ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν, πλούτῳ γένει τε πρῶτοι,
οἷς ὡσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα· καὶ γὰρ ἦσαν·
ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν, νυνὶ δ', ὅποι τύχοιμεν,
στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς.

Servavit Stobaeus Flor. XLIII 9 cum lemmate *Εὐπόλιδος*. Ad Demos revocanda haec esse monui Quaest. scen. I p. 49 et Hist. crit. p. 128. Pericli tribuit Raspius p. 66, quod recte improbavit Hermannus Opusc. V p. 294 ex epirrhemate parabaseos hos versus ductos esse existimans. Atque ita etiam Brunckius ad Aristoph. Ran. 733 et Th. Bergkius Comment. p. 349. Sed non veri simile est Demis poetam senum personas imposuisse. Nam de eo dubitari non potest quin recte Brunckius vs. 3 librorum lectionem *ὦ γέροντες* correxerit. Fortasse igitur Myronides haec loquebatur. — Vs. 7 cod. A et Voss. *ὅπη* — Vs. 8 Voss. *στρατευόμενοι*. A et B *στρατευοίμεσθ'*. Simillimos Aristophanis versus Ran. l. l.

οἷσιν ἡ πόλις προτοῦ
οὐδὲ φαρμακοῖσιν εἰκῇ ῥᾳδίως ἐχρήσατ' ἄν,

compararunt iam alii. Addere iuvat elegantem versionem Grotii:

Ex multis quae dicenda sunt non video unde incipissam:
adeo hanc videre civitatem nequeo sine dolore.
Nos, o senes, rempublicam non talem habuimus olim:

sed imperatores erant ducesque civitati
de gentibus primoribus, deque eminente censu,
quos venerabamur ut deos: et erant dei profecto.
Ita res secura tum stetit: nunc sicubi militandum est,
praeficimus bello et copiis homines piaculares.

XVI. 118

Κἂν τις τύχῃ πρῶτος δραμών, εἴληφε χειρόνιπτρον,
ἀνὴρ δ' ὅταν τις ἀγαθὸς ᾖ καὶ χρήσιμος πολίτης,
νικᾷ τε πάντας χρηστὸς ὤν, οὐκ ἔστι χειρόνιπτρον.

Athenaeus IX p. 408c: *Ἀττικοὶ δὲ χερνίβιον λέγουσιν, ὡς Λυσίας (Ἀνδοκίδης) ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου, — χειρόνιπτρον δ' Εὔπολις ἐν Δήμοις Κἂν τις τύχῃ πρῶτος δραμὼν κτλ.* Probabile est haec ex eadem, ex qua superius fragmentum, oratione petita esse. Vs. 1 memoriae errore, ut videtur, tribuitur Aristophani a grammatico MS Paris. apud Osannum ad Philem. p. 200: *Χειρόνιπτρον· τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ. Κἂν τις τύχῃ πρῶτος βαλὼν* (sic) *εἴληφε χειρόνιπτρα. Ἀριστοφάνης.* — Vs. 3 *πάντας* additum ex coniectura Schweighaeuseri et Porsoni Advers. p. 114.

XVII. 121

Μὴ παιδὶ τὰ κοινά.

Photius Lex. p. 267 18. *Μὴ παιδὶ μάχαιραν: ἐπὶ τῶν εἰκῇ ἐγχειριζόντων. καὶ Εὔπολις Δήμοις Μὴ παιδὶ τὰ κοινά.* Eadem Suidas v. *μὴ παιδί.* Cfr Hist. crit. p. 128.

XVIII. 106

Καὶ τοῦ μὲν ἐν κύκλῳ γε παύσομαι λόγου,
φράσω δέ σοι τὸ πρᾶγμα διὰ τῶν χωρίων.

Stobaeus Flor. XXXV 2 in titulo de breviloquentia cum lemmate: *Εὔπολις Δήμοις.* Vs 1 *ἐν* addidit Grotius. — Vs. 2 B a prima manu et Trinc. *σοι* omittunt et *προῖκα*

habent pro *πρᾶγμα*. Prorsus autem obscura sunt quae sequuntur *διὰ τῶν χωρίων*. Grotius:

Orationis abstinebo ambagibus,
et rem profabor limites intra suos.

Salmasius tentabat *διὰ τῶν καιρίων*, nulla cum veritatis specie. Denique Hermanno Opusc. V p. 291 illud *διὰ τῶν χωρίων* ad Demos referendum videtur, quique loquitur hoc dicere existimat, desinere se velle coniunctim loqui, sed per demos i. e. per chorum, rem expositurum esse. Dubito num hoc cuiquam persuasurus sit vir egregius. Latere videtur proverbium, quo viae compendium significabatur. In *χωρίων* ultimae litterae fortasse sunt participium *ἰών*.

XIX.

Ἀναθῶμεν νῦν χἡμεῖς τούτοις τασδὶ τὰς εἰρεσιώνας
καὶ προσαγήλωμεν ἀπελθόντας. Β. Χαίρετε πάντες.
Α. δεχόμεσθα.

Suidas I p. 27. *Ἀγῆλαι: τιμῆσαι θεόν, ἀγλαΐσαι. Οὕτως Εὔπολις Δήμοις Ἀναθῶμεν νῦν κτλ.* Eadem grammaticus Bekk. Anecd. p. 320 19 et 31. omissis tamen postremis *χαίρετε πάντες δεχόμεσθα.* *) Etymol. M. p. 9 52. *Ἀγῆλαι: ἀναθεῖναι, κοσμῆσαι, εἰς ἄγασιν ἀγαγεῖν καὶ χαράν, τιμῆσαι θεόν, ἀγλαΐσαι. Εὔπολις Καὶ προσαγήλωμ' ἀπελθόντας.* Vs. 1 *τασδὶ τὰς* Porsonus apud Gaisf. ad Hephaest. p. 278. Vulgo *τὰς διττάς*. *Εἰρεσιῶναι* serta et corollae ferales, ut apud Alciphr. III 37: *εἰρεσιώνην ἐξ ἀνθῶν πλέξασα ἧκειν εἰς Ἑρμαφροδίτου, τῷ Ἀλωπεκῆθεν ταύτην ἀναθήσουσα.* — Vs. 2 Suidas et Grammaticus Bekkeri *ἐπελθόντες* h. e. *accedentes* vel *eorum aras obeuntes*, quarum in antecedentibus facta fuisse videtur mentio. Praetuli tamen cum Hermanno Opusc. V p. 292 quod Etymol. habet *ἀπελ-*

---

*) Quae ibidem leguntur lin. 31. *Ἀγλαΐσαι: οὕτως Εὔπολις*, ad eundem Eupolidis locum spectant. Scribendum enim, *Ἀγῆλαι: ἀγλαΐσαι. οὕτως Εὔπολις.*

θόντας, reversos ad inferos. Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 5 scribebat *ἀπελθόντες*. Tum Bernhardius *πάντες* coniunxit cum *δεχόμεσθα*, *accipimus omnes.* Cui rationi parum favent loci qualis est Aristophanis Av. 645. *ἀλλὰ χαίρετον ἄμφω. Β. δεχόμεσθα.* Personarum vices ita distinxi ut verba *χαίρετε πάντες* demagogorum umbris tribuantur, *δεχόμεσθα* autem a choro sive malis a Nicia Myronide ceterisque respondeatur.

XX. 120

Ὃν χρῆν ἔν τε ταῖς τριόδοις κἀν τοῖς ὀξυθυμίοις
προστρόπαιον τῆς πόλεως κάεσθαι τετριγότα.

Harpocratio p. 138 14: *ἐν δὲ τῷ ὑπομνήματι εἰς τὸν κατὰ Δημάδου τὰ ἐν ταῖς τριόδοις φησὶν* (Didymus) *Ἑκαταῖα, ὅπου τὰ καθάρσια ἔφερόν τινες, ἃ ὀξυθύμια καλεῖται. Εὔπολις Δήμοις Ὃν χρῆν ἔν τε κτλ.* Respicit Photius p. 340 16. *ὀξυθύμια: τὰ ἀποκαθάρματα τῶν μυσαρῶν. οἱ δὲ τὰ ἀγχονιμαῖα ξύλα· οἱ δὲ τοὺς τόπους ἐν οἷς τὰ τοιαῦτα κατεκαίετο. Εὔπολις Δήμοις.* Vs. 1 *τε* addidit Porsonus Adv. p. 286. Cfr Gaisfordius ad Heph. p. 358. Pro *ταῖς* alii libri *τοῖσιν*. Possis igitur *ἐν ταῖσιν τριόδοις*. — Vs. 2 *προστρόπαιον τῆς πόλεως* dicere videtur hominem civitati piacularem. Libri *πρὸς τὸ τρόπαιον*. Correxit Valesius. Ibidem tres codices *καίεσθαι*. *Τετριγότα stridentem.* Mirifice hoc Raspius p. 62 ad barbaram infelicis istius originem traxit, quasi quae igne comburuntur non stridere et crepitare constet. Libri *περιτετριγότα*. Correxit Porsonus. Quod autem Eupolis nefarium istum civem in *ὀξυθυμίοις* comburi iubet, simillimum est iis quae apud Theocritum XXIV 90 leguntur: *καῖε δὲ τώδ' ἀγρίῃσιν ἐπὶ σχίζῃσι δράκοντε*, et apud Lucianum Alex. 47 p. 252 ed. Reitz. *κομίσας εἰς τὴν ἀγορὰν μέσην* (Epicuri libros) *ἔκαυσεν ἐπὶ ξύλων συκίνων.* Quae haud inepte comparare licet cum dicto incerti poetae comici apud Dionem Chrysost. XXX p. 31: *ὁ κωμικὸς καὶ τοῦτον ἐκέλευσε κατακαίειν ἐπὶ φαλη-*

των συκίνων *) ἑκκαίδεκα. Quae fortasse ad hanc ipsam fabulam referenda sunt. Cfr Lobeckii Aglaoph. p. 708.

XXI.

Ἔχων τὸ πρόσωπον καρίδος μασθλητίνης.

Athenaeus III p. 106 b: συνεσταλμένως δ' εἴρηκεν (καρίδος) Εὔπολις — καὶ ἐν Δήμοις Ἔχων τὸ πρόσωπον κτλ. V. Cratini Fragm. inc. fab. XXVI. Apposite Raspius affert Luciani Dial. meretr. XIV 4. τὴν χροιὰν οἷος κάραβος.

XXII.

Τὸ χαλκίον
θέρμαινέ θ' ἡμῖν καὶ θύη πέττειν τινὰ
κέλευ', ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα.

Athenaeus III p. 123 a: ὅτι γὰρ οἴδασιν (οἱ παλαιοὶ) θερμὸν ὕδωρ Εὔπολις μὲν ἐν Δήμοις παρίστησι Τὸ χαλκίον κτλ. Pertinere haec ad sacrificalem coenam apertum est, quae quanam in parte fabulae locum habuerit quis tandem definire ausit? Vs. 1 χαλκεῖον ABP. χαλκίειον VL. Respexit ad haec Pollux IX 69: ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνους εἰρημένον τὸ χαλκίον θερμαίνεται, οὕτω πως ἤκουον, ὡς εἰς πότον εὐτρεπιζομένων τῶν γυναικῶν· αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Δήμοις ἐστὶν εἰρημένον. Χαλκία θερμαντήρια in supellectile culinae commemorantur in titulis apud Boeckhium C. I. 161 et 2139. — Vs. 2 θέρμαινέ θ' V. θερμαίνεθ' L. θερμαίνεσθ' P. Ad θύη respicit Hesychius, Θύα (sic): ἔνιοι ἀρώματα, Καλλίμαχος· Εὔπολις πέμματα. Ibidem libri τινὰ πέττειν. Correxit Casaubonus. — Vs. 3 σπλάγχνοισι συγγενώμεθα. Vide ad Eupolidis Ἀστρατ. VI.

*) Hesychius, Θυωνίδας ὁ Διόνυσος παρὰ Ῥοδίοις τοὺς συκίνους φύλητας.

XXIII.

Ἀνὴρ πολίτης πουλόπους ἐς τοὺς τρόπους.

Athenaeus VII p. 316 c: *οἱ δὲ πουλύποδα προφέρονται, ἀνάλογον τῷ πούς ποδός πόδα. Εὔπολις Δήμοις Ἀνὴρ πολίτης κτλ.* In his pro *πολίτης* nomen requiro, quod melius conveniat cum sequente *πουλύπους* et astutiae notionem habeat. Falluntur enim qui *πουλύπους* de *stulto* interpretantur eamque significationem ex Alcaei versu effici putant, *ἠλίθιον εἶναι νοῦν τε πουλύποδος ἔχειν* apud Athenaeum l. l. Grotius, qui Excerptis p. 502 Eupolidis versum ita convertit *Populi gerens rem polypi mores habens*, *πολίτης* confudit cum *πολιτικός*. Fortasse legendum *σοφιστής*.

XXIV.

Ὅτῳ δ' ἂν οἶνος ᾖ πολὺς πίσει.

Etymol. M. p. 673 23: *τὸν δὲ πίσω μέλλοντα ὁ τεχνικὸς μὴ εἰρῆσθαί φησι, καὶ ταῦτα εἰρημένου καὶ παρὰ Πινδάρῳ* (Isthm. VI 109) *οἷον „πίσω σφε Δίρκας ὕδωρ" καὶ παρὰ Εὐπόλιδι Τῷ δ' ἂν οἶνος εἴη πολὺς πίσει. ἀλλὰ μήποτ' ἔστιν εἰπεῖν ὅτι μὴ εἰρῆσθαι ἐν πλάτει.* *) Eustathius ad Od. p. 1554 45: *οἱ δ' αὐτοὶ* (veteres grammaticos dicit) *λέγουσιν ὅτι καὶ Εὔπολις ἐν Δήμοις πίσει φησὶν ἀντὶ τοῦ ποτιεῖ.* *Ὅτῳ* Fritzschius, *ᾖ* Hermannus reposuit Opusc. V p. 291. Ex Eustathio profecit Varinus Ecl. p. 366 Dind. verba *πολὺν πίσειεν* ex Eupolide afferens. Versus esse videtur iambicus tetrameter duobus pedibus in fine truncatus.

---

*) Hoc quid sit nescire se fatetur Schweighaeuserus ad Athen. X p. 446 c. I. Raspius p. 68 interpretatur de dialecto dorica. Meliora docet Choeroboscus Bekkeri Anecd. p. 1196 19: *ἐπὶ δὲ τοῦ χροῦς καὶ χοῦς τὸ ἐναντίον· ἡ μὲν εἰς ᾱ ἐστὶν ἐν πλάτει, οἷον χρόα καὶ χόα „μή τις χρόα χαλκῷ ἐπαυρῇ", ἡ δὲ εἰς ῡ σπανιωτέρα, οἷον χροῦν καὶ χοῦν.* Cfr ibid. 21. *πλατεῖά ἐστιν ἡ χρῆσις.* In verbis Etymologi aut *ὅτι* delendum, aut *εἴρηται* scribendum videtur.

XXV. 114

Λέγ' ὅτου 'πιθυμεῖς, κοὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ.

Grammaticus Bekk. Anecd. p. 462. *Ἀτυχεῖν: τὸ μὴ τυγχάνειν τινός, ἀλλὰ διαμαρτάνειν. Εὔπολις Δήμοις Λέγ' ὅτου 'πιθυμεῖς, οὐ γὰρ ἀτυχήσεις ἐμοῦ.* Priscianus XVIII p. 1175 (198 Krehl.) *Impetro illam rem dicimus, sicut et Attici. Εὔπολις ἐν Δήμοις Λέγε τοῦ ἐπιθυμεῖς καὶ οὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ.* Ex quo apertum est non *οὐ γὰρ* sed *οὐδὲν* scripsisse Eupolin.

XXVI. 109

Γυναῖκ' ἔχοντα μάλα καλήν τε κἀγαθήν·
αὕτη νεανικοῦντος ἐπεθύμησέ μου.

Photius p. 291 2 et Suidas II p. 603. *Νεανισκεύεται: Ἄμφις Ἐρίθοις· Ποσείδιππος Δημόταις. Εὔπολις Αἰξίν. ἰδίως δὲ ἐσχημάτικε τὸ νεανισκεύειν ἐν Δήμοις Γυναῖκ' ἔχοντα κτλ.* Vs. 1 Photii codex *γυναῖκες ἔχοντα μᾶλα καλὴν καὶ ἀγαθήν.* Correxit ex Suida Porsonus. — Vs. 2 Photius *αὐτῇ.* Porsonus *αὐτή.* Suidas *αὕτη.* Tum Photius *νεανικοῦντος*, probante Porsono ad Toupii Emend. p. 460. Suidas *νεανισκεύοντος.* Naekius Schedis crit. p. 25 coniicit *νεανίζοντος.* Raspio p. 38 Eupolis *νεανίσκοῦντος* h. e. *νεανίσκου ὄντος* scripsisse videtur. Quae ingeniosa coniectura est.

XXVII. 110

Τοιαῦτα μέντοι νιγλαρεύων κρούματα.

Photius p. 300 1: *Νιγλαρεύων: τερετίζων. καὶ ὁ νίγλαρος κρουματικῆς διαλέκτου ὄνομα. Εὔπολις Δήμοις Τοιαῦτα μέντοι κτλ.* Non de homine barbaro et balbutiente haec intelligere debebat Raspius p. 71, sed quod ipsa verba suadent, de musico inani levissimarum cantiuncularum strepitu molesto. In Photii verbis *κρουματικὴ διάλεκτος* idem est quod *κρουματικὴ λέξις* apud Polybium III 36. ubi vide Reiskium.

XXVIII a. /35

Photius p. 321 1. *Οἰνιαστήρια*: σπονδὴ τῷ Ἡρακλεῖ ἐπιτελουμένη ὑπὸ τῶν ἐφήβων πρὶν ἀποκείρασθαι. Εὔπολις Δήμοις. Unice vera huius nominis forma est *οἰνιστήρια*, ut recte legitur apud Athenaeum Hesychium alios. Ceterum ex his Photii verbis Raspius p. 12 efficere conatus est, rem in Demis actam fingi tertio Apaturiorum die, quo die pueri in epheborum numerum recipiebantur. Quae valde incerta coniectura est. Quis enim praestet, *οἰνιστήρια* non alio, consilio a poeta commemorata fuisse?

XXVIII b. /33

Pollux VII 123: *κάπνην* δὲ καὶ *καπνοδόκην* Εὔπολις τὸ μὲν εἴρηκεν ἐν Βάπταις, τὸ δὲ ἐν Δήμοις.

XXIX. 111

Ἐνταῦθα τοίνυν ἦν ἐκείνοισιν πιθών.

Pollux VII 164: καὶ μέντοι καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις ἔφη Ἐνταῦθα τοίνυν κτλ. Idem VI 15: τὰς ἀποθήκας τοῦ οἴνου Ξενοφῶν μὲν οἰνῶνας εἴρηκεν, Εὔπολις δὲ *πιθῶνας*. Idem IX 49: *πιθῶνες* ὡ Εὔπολις ὠνόμαζε.

XXX. /2

Pollux IX 43: καὶ μὴν οὐκ ἄδοξα μέρη τῆς πόλεως γυμνάσια καὶ βαλανεῖα, ἴσως δὲ καὶ πυριατήρια, Εὐπόλιδος εἰπόντος ἐν Δήμοις Ὅτι τὸ *πυριατήριον*. Hemsterhusius aut ὅθι, quod alienum est ab usu comicorum, aut ὅπου. Bene Raspius p. 38 distinguit ὅ τι; τὸ πυριατήριον.

XXXI. 134

Pollux IX 146: ἐν δὲ Εὐπόλιδος Δήμοις ἐστὶ καὶ τὸ *καυχήσασθαι*. Cod. Iung. καυχήσεται.

XXXII. 112

Ἔχων στατῆρας χρυσίου τρισχιλίους.

Pollux IX 58: τὸ ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις ἀμφίβολον

„σωτηρίας τετραστατήρου" εἴτε ῥοπὴν εἴτε ἀριθμὸν λέγει. Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις τὸ νόμισμα δηλοῖ λέγων Ἔχων στατῆρας κτλ.

XXXIII. /28

Scholiasta Aristoph. Acharn. 61. de nominibus *βασιλεὺς* et *τύραννος* disserens: *χρῶνται δὲ ἀδιαφόρως ἔνιοι τοῖς ὀνόμασιν. Ἱέρωνα μὲν βασιλέα Πίνδαρος καλεῖ τὸν Συρακουσίων τύραννον, Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις εἰσάγει Πεισίστρατον βασιλέα.* Ammonius p. 138: *ἔσθ' ὅτε καὶ τὸν τύραννον βασιλέα ἔλεγον, ὡς Εὔπολις ἐν Δήμοις ἐπὶ τοῦ Πεισιστράτου.* Suidas I p. 414: *καὶ Εὔπολις Πεισίστρατον βασιλέα καλεῖ.*

XXXIV. 97

Τί κέκραγας, ὥσπερ Βουζύγης ἀδικούμενος;

Scholiasta Aristoph. Lys. 398: *Δημόστρατος Βουζύγης ἐλέγετο. ὃν Χολοζύγην εἶπεν* (Aristophanes) *διὰ τὸ μελαγχολᾶν. Εὔπολις δὲ ἐν Δήμῳ* (sic) *ὡς μανιώδη αὐτὸν λέγει* (fort. *εἰσάγει*) *Τί κέκραγας κτλ.* Demostratus, ex Buzygarum gente oriundus, cuius magnas fuisse constat partes in commendanda expeditione Sicula, homo fuisse videtur irasci facilis et ad quamvis levem offensionem excandescens. *) Recte igitur Hermannus Opusc. V p. 290 credibile esse dicit aliquem in Eupolidis fabula insane clamitasse, ut illa in eum verba dici potuerint. Meierum nostrum Gentil. att. p. 36. quid moverit, ut *ἀδικούμενος* cum *τί κέκραγας* coniungi iuberet, non intelligo. Ceterum confer ad Fragm. VII.

XXXV. /22

Scholiasta Aristoph. Av. 823: *λέγεται ὅτι μεγαλέμπορός τις ἐβούλετο εἶναι, περαΐτης ἀλαζών, ψευδόπλουτος. ἐκαλεῖτο δὲ Καπνός, ὅτι πολλὰ ὑπισχνούμενος οὐδὲν ἐτέλει.*

---

*) Hunc Demostratum Aristophontis Azeniensis, celeberrimi oratoris, patrem fuisse suspicatur Ruhnkenius Hist. crit. orat. p. XLVI.

Εὔπολις ἐν Δήμοις. Theogenem dicit, de quo haec habet Aristophanes:

ἆρ' ἐστὶν αὑτηγὶ Νεφελοκοκκυγία,
*ἵνα καὶ τὰ Θεογένους *) τὰ πολλὰ χρήματα;*

Eiusdem hominis vanitatem iterum attingit Av. 1127. ubi cum Proxenida *τῷ Κομπασεῖ* coniungitur. Cognomen *ὁ Καπνὸς* ob iactantiam haerebat item Aeschini *τῷ Σελλίου* apud Aristoph. Vesp. 324.

XXXVI.

Scholiasta Aristoph. Av. 877. ubi mater *Cleocriti* commemoratur: *ἐκωμῳδεῖτο ὡς ξένος καὶ τάχα ὑποκριτής. νῦν δὲ ἐμφαίνεται ὅτι καὶ τὴν ὄψιν στρουθώδης. — ὡς γυναικίας καὶ κίναιδος κωμῳδεῖται. ἴσως ἕτερος ἂν εἴη τοῦ παρ' Εὐπόλιδος (Εὐπόλιδι) ἐν Δήμοις καὶ Κόλαξι.* Eundem Cleocritum rursus commemorat et tanquam vasti et pinguis corporis hominem ridet Cinesiaeque, omnium mortalium tenuissimo, opponit Aristoph. Ran. 1485. Neque alius esse videtur is, quem Xenophon Hellen. II 4 20 mystarum praeconem *μάλα ἔμφωνον* fuisse tradit. Qui num idem fuerit quem Olymp. XCI 4 archontem eponymum fuisse constat, incertum est.

XXXVII.

Ταδὶ δὲ τὰ δένδρα Λαισποδίας καὶ Δαμασίας
αὐταῖσι ταῖς κνήμαισιν ἀκολουθοῦσί μοι.

Scholiasta Aristoph. Av. 1568 *Λαισποδίας εἰ τὴν φύσιν] ὅτι τὴν κνήμην εἶχε σαπρὰν ὁ Λαισποδίας, καὶ μέχρι τῶν κάτω περιεβάλλετο. — Λαισποδίας δὲ καὶ Δαμασίας ὡς κακόκνημοι διαβάλλονται. μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Εὔπολις ἐν Δήμοις Ταδὶ δὲ τὰ δένδρα κτλ.* Spectat huc Plutarchus Sympos. VII 8 p. 712 a. grammatici esse dicens *ἐξηγεῖσθαι τίς ὁ Λαισποδίας παρ' Εὐπόλιδι.* Item Euna-

*) Ita recte Dindorfius ubique scripsit pro *Θεαγένης*. V. ad Pac. 822.

plus Liban. p. 99: παιδείας ὑπερβολὴν καὶ ἀναγνώσεως ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς λόγοις λέξεσι κατεγλωττισμέναις ἐντυγχάνοντα. τὰ γοῦν Εὐπόλιδος δένδρα Λαισποδίαν καὶ Δαμασίαν οὐκ ἂν παρῆκεν, εἰ τὰ ὀνόματα ἔγνω τῶν δένδρων, οἷς νῦν αὐτὰ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. Ita enim ex Valesii (Emend. III 18) coniectura pro Λεσποσίαν edidit Boissonadus. Eunapius igitur Laespodiam et Damasiam obsoleta et glossematica arborum nomina esse sibi persuaserat. Recte illam utriusque cum arboribus comparationem ad proceram corporis staturam rettulit I. Raspius p. 63 allato Aristoph. Av. 1475. ubi Cleonymus magnae homo staturae ἔκτοπόν τι δένδρον vocatur. Fuit autem Laespodias bellicosi homo ingenii (Phrynichus Comast. III), sed idem litium et calumniarum studiosissimus (Philyllius Plyntr.). Is Olymp. XCI 2 cum Pythodoro et Demarato exercitui praefectus Laconicam classe invasit teste Thucyd. VI 105. qui rursus eundem commemorat VIII 86. ubi simul cum Aristophonte et Milesia a quadringentis legatus Lacedaemonem missus fuisse dicitur. Eundem sive legati sive praetoris munere fungentem Thracem obiisse coniicias ex fragmentis orationis Antiphontis κατὰ Λαισποδίου, in quibus frequens Thracicarum urbium memoria. V. Harpocrat. v. Γαληψός p. 47 13 et v. Οἰσύμη p. 136 4. Commemoratur etiam a Theognosto Crameri Anecd. II p. 9 22: Λασποδίας (sic) Ἀνδρωνύμιος ἑνὸς τῶν Ἀθήνησιν ἐπιφανῶν. Ubi lege ἀνδρώνυμον. Crurum vitium a comicis poetis frequenti risu traductum quale fuerit non satis certo apparet. Schol. Aristoph. l. l. ἔχει (εἶχε) δὲ περὶ τὰς κνήμας τινὰς αἰκίας, ὥς φησι Στράττις ἐν Κινησίᾳ. διὸ καὶ κατὰ σκελῶν ἐφόρει τὸ ἱμάτιον, ὡς Θεόπομπος ἐν Παισί. Itaque Ciceroni similis fuit, quem varices quas in cruribus habebat toga occuluisse auctor est Quintil. XI 3 43. Aliter Hesychius, Λαισποδίας: ὄνομα κύριον· ἔνιοι δὲ τὸν Ἀλκμαίωνα (cod. Ἀλκμέωνα) ᾠήθησαν λέγεσθαι, οἱ δὲ τὸν δρεπανώδεις πόδας ἔχοντα. Ubi quo Alcmaeonis memoria spectet ab aliis mihi explicari velim. Eiusdem vitii socium fuisse Damasiam, hominem alias ignotum, ex

hoc ipso Eupolidis loco intelligitur, in cuius vs. 2 *αὐταῖσι* Th. Bergkius Comment. p. 347 in *λεπταῖσι*, Hermannus autem Opusc. V p. 291 in *αὔαισι* mutavit, quod sequutus sum Hist. crit. p. 128. Fortasse neutro opus est.

XXXVIII. 103

Ἱπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες,
βληχητὰ τέκνα κοὐδαμῶς τοῦ τρόπου.

Scholiasta Aristoph. Nub. 1001: *οὗτοι* (Hippocratis filios dicit) *εἰσὶ Τελέσιππος, Δημοφῶν, Περικλῆς, διαβαλλόμενοι εἰς ὑωδίαν. καὶ Εὔπολίς φησιν ἐν Δήμοις Ἱπποκράτους τε παῖδες κτλ.* Suidas v. *τοῖς Ἱπποκράτους* vol. III p. 514: *οὗτοι ὡς ὑώδεις τινὲς καὶ ἀπαίδευτοι ἐκωμῳδοῦντο καὶ τάχ' ἂν ἦσαν προκέφαλοί τινες, ὡς ἐν Γεωργοῖς φησι, καὶ ἐν Τριφάλητι. καὶ Εὔπολις Δήμοις Ἱπποκράτους δὲ — τοῦ τρόπου. τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν Τελέσιππος, Δημοφῶν, Περικλῆς.* Idem v. *ὑώδεις* p. 530: *οἱ Ἱπποκράτους υἱεῖς ὑώδεις τινὲς καὶ ἀπαίδευτοι ἐκωμῳδοῦντο. καὶ τάχ' ἂν εἴησαν προκέφαλοι. καὶ Εὔπολις, υἱεῖς Ἱπποκράτους ἐμβόλιμοί τινες, βληχητὰ τέκνα. τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν Τελέσιππος, Δημοφῶν, Περικλῆς.* Porro ad eundem locum pertinet haec Suidae glossa, *Ἐμβόλιμος: ἀτελής. Ἱπποκράτης* (—*ους*) *παῖδες ἐμβόλιμοί τινες*, quae recepit Zonaras Lex. p. 697, et ad secundum versum haec eiusdem Suidae v. *βληχὴ* I p. 438: *βληχᾶσθαι γὰρ τὸ τὰ προβάτια ποιᾷ κεχρῆσθαι φωνῇ. καὶ αὖθις* (fort. *Εὔπολις*) *Βληχητὰ τέκνα καὶ οὐδαμῶς τοῦ τρόπου.* Praeterea Hippocratis filii, quorum simplicitatem et stultitiam riserunt comici, hisce commemorantur locis iam a Kustero et Hermanno allatis. Aristoph. Thesmoph. 273: *τί μᾶλλον ἢ τὴν Ἱπποκράτους ξυνοικίαν;* Galenus vol. I p. 346: *οἱ δὲ Ἱπποκράτους υἱεῖς, οὓς ἐπὶ μωρίᾳ σκώπτουσιν οἱ κωμικοί.* Athenaeus III p. 96 e: *μήτρα ἑξῆς ἐπεισηνέχθη, μητρόπολίς τις ὡς ἀληθῶς καὶ μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν, οὓς εἰς ὑωδίαν κωμῳδουμένους οἶδα.* Photius Lex. p. 558 18. *Σῦς: ὗς τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς ἔλεγον. καὶ*

τοὺς Παναιτίου καὶ Μέμνονος, εἰς ὑηνίαν κωμῳδοῦντες. Quibus adde Etymol. M. p. 786 47 ex Photio emendandum. Quod in filiis Hippocratis etiam Pericles commemoratur, qui magni Periclis filius fuit ex Aspasia susceptus, profecto mirum videri debet. Nec tamen probari potest Fritzschii coniectura Pericli Βουζύγην substituentis apud I. Raspium p. 24. Ad Eupolidis fragmentum ut veniam, apertum est vs. 1 aliquid excidisse. Coniicere possis ἀλλ' Ἱπποκράτους γε, vel οἱ δ' Ἱπποκράτους γε. Sed haec sane incerta. Illud tamen certissimum, non scripsisse Eupolin quod Fritzschius ad Aristoph. Thesm. p. 102 affirmat, Ὑσιπποκράτους τε παῖδες. Nec Hippocrates ipse sed filii eius porcis comparabantur. Ravennatis enim scholiastae testimonio (διεβάλλετο δὲ σὺν αὐτοῖς ὡς ἀπαίδευτος) in ceterorum silentio nihil tribuendum. Pro ἐμβόλιμοι, quod Suidas interpretatur ἀτελεῖς, cum L. Dindorfio Thes. L. Gr. III p. 819 B legendum videtur ἐκβόλιμοι *eiectitii*, *abortivi*, cui coniecturae egregie favet ipsa illa Hippocratis filiorum cum porcis comparatio. Notum est quid fuerit μήτρα ἐκβολάς. Vs. 2 τέκνα Eupolin Hermannus Opusc. V p. 290 prima producta dixisse statuit, ut gravitatem tragicorum imitaretur: quod verum videtur. Euripidis versus esse potuit quem parodia luderet Eupolis: ἔχθιστα τέκνα κοὐδαμῶς τοὐμοῦ τρόπου, vel simili quodam modo. Postrema verba, quae codex scholiorum Aristophanis a Dobraeo collatus ita exhibet κοὐδαμός γε τοῦ τρόπου, Kusterus et Bentleius scripserunt τοῦ νῦν τρόπου, probante Dobraeo ad Vesp. 1472. Toupius Emend. I p. 165 τοῦ 'μοῦ τρόπου, Fritzschius apud Raspium p. 26 τοῦ σοῦ τρόπου, Pericli haec dicta esse coniiciens. Hoc probandum videtur: quamquam lenius corrigas κοὐδαμῶς γε σοῦ τρόπου. Itaque locus ita scribendus fuerit:

Ἀλλ' Ἱπποκράτους γε παῖδες ἐκβόλιμοί τινες,
βληχητὰ τέκνα κοὐδαμῶς γε σοῦ τρόπου.

Fritzschii coniecturam probavit etiam Th. Bergkius Comment. p. 349. cui versu primo scribendum videtur σοῦ θ' Ἱπποκράτους τε κτλ. ut et Periclis nothus, item Periclis

nomen gerens, et Hippocratis filii Telesippus et Demophon significentur, quo illa de Pericle Hippocratis filio difficultas commode evitatur. Nec tamen probari posse videtur haec ratio, si recte *ἐκβόλιμοι* scribendum esse dixi, quod Hippocratis filiis aptissimum est, in Periclis autem filium minus convenit. Ceterum Telesippum et Demophontem commemorat Anaxilas apud Pollucem II 34. *ἡμεῖς δέ γε κτενίζομεν Τελέσιππον οἰκόσιτον*, et Theopompus apud Photium p. 484, 5. *τούτων ἁπάντων ὁ ῥαχιστὴς Δημοφῶν*. Quamquam num hi ipsi illi Hippocratis filii sint dubitari potest.

XXXIX. 125

Scholiasta Aristoph. Nub. 1018. *τῆς Ἀντιμάχου: οὗτος ὡς κίναιδος καὶ εὔμορφος καὶ θηλυμανὴς κωμῳδεῖται· δεύτερος, ὁ ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδούμενος· τρίτος, ὁ Ψακάδος λεγόμενος· τέταρτος, ὁ τραπεζίτης, οὗ μέμνηται Εὔπολις ἐν Δήμοις.*

XL. 126

Scholiasta Aristoph. Pac. 348 de variis Phormionibus disserens: *πέμπτος, ἀρχαῖος Ἀθηναῖος μετὰ Σόλωνα ἄρξας.* De hoc Phormione mihi quidem nihil innotuit.

XLI. 127

Scholiasta Vind. Luciani Alex. 4: *ὁ δὲ Εὐρύβατος ὡς πονηρὸς καὶ πανοῦργος, πρὸς δὲ καὶ προδότης εἰσάγεται Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι· ὡσαύτως καὶ ὁ Φρυνώνδας διαβοᾶται Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, Δήμοις.*

XLII. 113

Ἐγὼ δὲ συμψήσασα τἀργυρίδιον.

Suidas I p. 313: *Ἀργύρειος σταυρός. Ἀργυρίδιον δὲ ὡς ἡμεῖς Εὔπολις Δήμοις Ἐγὼ δὲ συμψήσασα κτλ.* Eadem habet Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 442. ubi legitur *συμψήσας ἀργυρίδιον.*

XLIII — XLVI. 130, 129, 131, 132

Antiatticista p. 79 22. *Ἀριστητικός: ἀντὶ τοῦ ἔθος ἔχων ἀριστᾶν. Εὔπολις Δήμοις.* — Idem p. 95 8. *Ἐγχώριος ἀνήρ, ἐγχώριον πρᾶγμα: Εὔπολις Δήμοις.* Num hoc forte voluerunt quos impugnat grammaticus Atticistae, *ἐγχώριος* de hominibus recte dici, non autem de re? Ita plena fuisset oratio: *ἐγχώριος ἀνὴρ λέγεται, ἐγχώριον πρᾶγμα οὐ λέγεται.* Hoc postremum refutat Eupolidis exemplo. — Idem p. 98 27. *Ἥσθημα: τὴν ἡδονήν, Εὔπολις Δήμοις.* Merito hanc formam notasse videntur Atticistae. Talia enim substantiva formantur fere a verbis contractis. — Idem p. 99 28. *Θηρία ἀξιοῦσι τὰ ἄγρια λέγεσθαι, ἵππον δὲ ἢ ἡμίονον πολιτικά. Εὔπολις Δήμοις.* Haec parum sincere scripta sunt.

De alio quodam fragmento ad Demos incerta coniectura revocando dixi infra Fragm. inc. fab. XII.

Δ Ι Α Ι Τ Ω Ν.

Pollux VII 108: *τῶν δὲ ἔτι νεωτέρων τις Εὔπολις καὶ τὴν πύελον τὴν ἐν τῷ βαλανείῳ μάκτραν ὠνόμασιν ὡς οἱ νῦν. λέγει γοῦν ἐν Διαιτῶντι Εἰς βαλανεῖον εἰσελθὼν μὴ ζηλοτυπήσῃς τὸν συμβαίνοντά σοι εἰς τὴν μάκτραν.* Dixi de his Hist. crit. p. 130.

Δ Ι Α Σ.

Pollux IX 27: *τὸν ἀστὸν Εὔπολις ἐν τῇ Διάδι ἔμπολιν εἴρηκεν, οἷον ἐγχώριον.* V. Hist. crit. p. 115.

Ε Ι Λ Ω Τ Ε Σ.

I.

Καὶ γένηται τοῖσδε σάμερον κοπίς.

Athenaeus IV p. 138 f: *Πολέμων τοῦ παρὰ Λάκωσι καλουμένου δείπνου κοπίδος μνημονεύοντα Κρατῖνον ἐν Πλούτοις λέγειν — καὶ Εὔπολις ἐν Εἵλωσι Καὶ γένηται κτλ.* Th. Bergkius *αἴκα γένηται* etc. Nisi forte trochaici tetrametri sunt reliquiae.

II.

Athenaeus IX p. 400 c: *οὕτως δ' ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι καὶ Ἐπίχαρμος καὶ Ἡρόδοτος καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας ποιήσας.* Disputat de *λαγῷ*.

III.

Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τ' ἀρχαῖον ἀείδειν·
ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστιν ἀκούειν.
κεῖνος νυκτερίν' εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι
γυναῖκας ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον.

Athenaeus XIV p. 638 d: *ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους ποιήσας Πτωχοὺς Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιαγράφου τῆς ἱλαρᾶς μούσης λέγων οὕτως* (v. supra p. 6). *καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας δὲ πεποιηκὼς φησι Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος κτλ.* Ita Casaubonus. Cod. Ven. *Ἰλεώτας.* De Gnesippo vide supra p. 27. Ipsa poetae verba Epitome ita compendifecit: *γνήσιππος ἀκούειν νυκτερινὰ εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι ἰαμβύκην καὶ τρίγωνα.* Vs. 1 *τὰ* Ven. *τὸν* PVL. Pro *Σιμωνίδου* B *σιμωνί.* Primos versus suis distinxi colis, ut fecit etiam Th. Bergkius Comment. p. 33. Hermannus autem et Dindorfius, ut eiusdem moduli versus restituerent, haec ita refinxerunt:

Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τε
ἀρχαῖον ἀειδέν. ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστ' ἀκούειν,
ὃς νυκτερίν' εὗρε μυχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι.

In his *ἀειδὲν* Dindorfio, cetera Hermanno debentur. Sed nec dorica forma *ἀειδὲν* apta loco in quo omnia atticam dialectum sapiunt, nec *μυχοῖς* placere potest prae eo quod et ad constructionem simplicissimum est et sensui accommodatissimum. Ad sententiam primi versus Iacobsius comparat Aristoph. Nub. 1360. Ac fortasse ex eadem hac fabula sumptum est quod tradit Athenaeus I p. 3 a: *ὡς τὰ Πινδάρου ὁ κωμῳδιοποιὸς Εὔπολίς φησιν, ἤδη κατασεσιγασμένων ὑπὸ τῆς τῶν πολλῶν ἀφιλοκαλίας.*

IV.

Ὀβολὸν τὸν καλλιχέλωνον.

Pollux IX 74: *καὶ μὴν καὶ τὸ Πελοποννησίων νόμισμα χελώνην τινὲς ἠξίουν καλεῖν ἀπὸ τοῦ τυπώματος· ὅθεν καὶ ἡ μὲν παροιμία „τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι", ἐν δὲ τοῖς Εὐπόλιδος Εἵλωσιν εἴρηται Ὀβολὸν τὸν καλλιχέλωνον.* Respicit Hesychius, *Καλλιχέλωνος: ὁ ὀβολός. εἶχε γὰρ τὸ νόμισμα χελώνην ἐγκεχαραγμένην.* De numismatis Peloponnesiacis testudinis effigiem habentibus v. Odofr. Muellerum Aegin. p. 95.

V.

Pollux X 98: *καὶ τάγηνον δέ, ἀλλὰ μὴν καὶ τήγανον ἔχοις ἂν εὑρεῖν εἰρημένον ἐν Εἵλωσιν Εὐπόλιδος, καὶ ἐν Τηλεκλείδου Ἀψευδέσιν.*

VI.

Herodianus dict. solit. p. 10 34: *εἴρηται δὲ καὶ Ποτίδας* (leg. *Ποτιδᾶς*) *ὡς Κερκίδας* (leg. *Κερκιδᾶς*), *ἔνθεν αἰτιατικὴ ἐν Κύκλωπι „ναὶ τὸν Ποτίδαν* (*Ποτιδᾶν*) *κοιλότερος ὀλμοῦ πολύ." Σώφρων τε τὴν κλητικὴν ἔφη Ποτίδα* (*Ποτιδᾶ*) *δραστοχαῖτα* (?). *ὁ δὲ τοὺς Εἵλωτας* (*Εἵλω-*

τας) τὴν γενικήν φησι τεμενοποτιδᾶ ποντίῳ. Publicavit haec etiam Aldus Inst. gramm. p. 19. ubi Eupolidis verba ita scripta sunt: τέμενος ποτιδᾶ ποντίου. Proinde scribendum, τέμενος Ποτιδᾶ ποντίω, penultima in Ποτιδᾶ producta, ut in Epicharmi versu ex Cyclope et in urbis nomine Ποτίδαια. Intelligendum haud dubie templum nemusque Neptuni Taenarei. Quod autem ubique Ποτιδᾶς scribendum indicavi, propterea feci quod comparat Herodianus nomen Κερκιδᾶς, cuius de accentu dixi Dissert. de Cercida in Comment. Acad. Boruss. 1831 p. 93.

VII.

Herodianus dict. solit. p. 26 25. Ἀθροῦν. οὐδὲν εἰς ουν λήγει ἐπίρρημα ἀλλὰ μόνον τὸ ἀθροῦν· ὅπερ καὶ ἐπεκτάσεσι ποιητικαῖς κέχρηται καὶ παραθέσει ἄρθρου ἑνικοῦ καὶ πληθυντικοῦ. παραιτοῦμαι δὲ τὸ αἰσχοῦν, ὃ εἴρηται παρὰ τῷ τοὺς εἴλω τασαίμην· ἀλλὰ μισχοῦν καθήμενοι· ἐπεὶ ὀνοματικά ἐστι. Optime Blochius παρὰ τῷ τοὺς Εἵλωτας. Itaque restant poetae verba, αίμην ἀλλὰ μισχοῦν καθήμενοι. In quibus quid lateat difficile dictu est. Mihi neque ἀθροῦν nec μισχοῦν neque αἰσχοῦν lectum est.

Haec omnia sunt, quae quidem adhuc reperiri potuerunt, huius fabulae fragmenta, cuius neque hodie de consilio et argumento, neque olim apud grammaticos de auctore constabat. Nam illud in dubium vocari prorsus non potest, quin Eupolidis Helotae non diversa fabula fuerit ab ea quae omisso auctoris nomine affertur. Dubitavit tamen Muellerus in Nieb. et Brand. Museo Rhen. III p. 488, sive potius non dubitavit, sed pro certo sumpsit vir praestantissimus, alteram illam satyricam fuisse fabulam, idque Eustathii verbis confirmari existimat, quae scripsit ille ad Iliad. β p. 297 35: οἱ (Εἵλωτες) οὐ μόνον δουλικοῦ εἰσιν ὀνόματος, ἀλλὰ καί τι ἑτεροῖον δηλοῦσιν. ἐν γοῦν τοῖς Ἡρωδιανοῦ εὕρηται, ὅτι Εἵλωτες οἱ ἐπὶ Ταινάρῳ σάτυροι. Gratiam haberemus Eustathio, si ipsa Herodiani verba adscripsisset.

Κ Λ Ο Π Α Ι.

Erotianus Lex. Hippocr. p. 172. Ἡδύσμασι: τοῖς χλωροῖς καὶ ξηροῖς ἀρτύμασιν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσι (675) καὶ Εὔπολις Κλοπαῖς καὶ Μένανδρος ἐν Λαρδάνῳ. Pro Κλοπαῖς antiqua exemplaria, certe Stephanianum, habent Κλοταῖς, pro quo fortasse Εἱλώταις scribendum, quam formam annotavit Stephanus Byz. v. Ἕλος. Eiusdem tenue quoddam vestigium est in Herodiani loco Helot. Fragm. VI adscripto. Sed neque hoc nec quod Hist. crit. p. 115 suspicatus sum, valde placet.

Κ Ο Λ Α Κ Ε Σ.

De huius fabulae consilio et descriptione quae dixi Hist. crit. p. 135 sqq. iis adde locum scholiastae Rav. ad Aristophanis Lysistr. 1191 (1188) ἀποκοπή ἐστι τοῦ ἄλλου χοροῦ, ὡς παρ' Εὐπόλιδι ἐν Κόλαξι. Quae duplicem fabulae chorum fuisse docent.

I.

Ἀλλὰ δίαιταν ἣν ἔχουσ' οἱ κόλακες πρὸς ὑμᾶς
λέξομεν· ἀλλ' ἀκούσαθ' ὡς ἐσμὲν ἅπαντα κομψοὶ
ἄνδρες· ὅτοισι πρῶτα μὲν παῖς ἀκόλουθός ἐστιν
ἀλλότριος τὰ πολλά, μικρὸν δέ τι κἀμὸς αὐτοῦ.
ἱματίω δέ μοι δύ' ἐστὸν χαρίεντε τούτω,
οἶν μεταλαμβάνων ἀεὶ θάτερον ἐξελαύνω
εἰς ἀγοράν, ἐκεῖ δ' ἐπειδὰν κατίδω τιν' ἄνδρα
ἠλίθιον, πλουτοῦντα δ', εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμί.
κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ,
καὶ καταπλήττομαι δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν.

εἶτ' ἐπὶ δεῖπνον ἐρχόμεσθ' ἄλλυδις ἄλλος ἡμῶν
μᾶζαν ἐπ' ἀλλόφυλον, οὗ δεῖ χαρίεντα πολλὰ
τὸν κόλακ' εὐθέως λέγειν, ἢ φέρεται θύραζε.
οἶδα δ' Ἀκέστορ' αὐτὸ τὸν στιγματίαν παθόντα·
σκῶμμα γὰρ εἶπ' ἀσελγές, εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζε
ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ.

Athenaeus VI p. 236 e: οἱ δ' ἀρχαῖοι ποιηταὶ τοὺς παρασίτους κόλακας ἐκάλουν, ἀφ' ὧν καὶ Εὔπολις τῷ δράματι τὴν ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο, τὸν χορὸν τῶν Κολάκων ποιήσας τάδε λέγοντα Ἀλλὰ κτλ. Vs. 1 ἔχουσ' AC. ἔχουσιν PVL. ἡμᾶς L. ὑμᾶς ceteri. — Vs. 2 ἅπαντα Hermannus de metr. p. 389 et Doctr. metr. p. 585. Libri ἅπαντες. Th. Bergkius Comment. p. 352: ὡς ἐσμὲν ἅπαντες ἄνδρες κομψοί, ὅτοισι, aut κομψοὶ ἅπαντες ἐσμὲν ἄνδρες. Ita iam Grotius Excerptis p. 501. hiatum non reformidans, quem admisisse poetas in hoc metri genere non credibile est. Adde quod prorsus inutile est illud ἅπαντες. — Vs. 3 ὅτοισι pro τοῖσι Porsonus apud Gaisfordium ad Heph. p. 296. Vs. 4 κάμον libri. κάμὸν Hermannus, *servulum habeo, plerumque alienum, in quo mihi non nisi paullulum iuris est.* μικρὸν δὲ τὸ κάμνον αὐτοῦ Porsonus. Bergkius κάμός, quod verum videtur. — Vs. 5 τούτω, οἶν Porsonus. Libri τούτοιν. — Vs. 8 ante Grotium εἶμι — Vs. 9 πλοῦταξ A. At vide Drac. Strat. p. 18 25. Respicit hunc locum Pollux III 109. ὁ Εὔπολις πλούταξ πέπαικεν. Eustathius ad Iliad. p. 1091 58. πλούταξ, ὃ δὴ παράσιτός τις ἔφη παρὰ τῷ δειπνοσοφιστῇ. Plura attuli ad Menandri Fragm. p. 161. — Vs. 11 ἄλλυδις ἄλλος ex Homero receptum alias, quantum memini, non legitur apud comicos poetas. ἄλλο C, in quo reliqua desiderantur. — Vs. 12 ἀλλόφυλλον B. — Vs. 13 εὐθέως pro εὐθὺς Grotius. Ibidem ἢ 'κφέρεται Bergkius, quod sane usitatius. — Vs. 14 αὐτὸν B. De Acestore, poeta tragico ex Aristophane ceterisque comicis notissimo, cfr Bergkium l. l. p. 123. — Vs. 15 εἶπ' ἀσελ-

γἐς Porsonus. AB εἴπας ἔλεγες. P. εἶπας ἔλεγες. VL εἴπας ἔλεγεν. — Vs. 16 ἐξαγαγὼν Hermannus ex coniectura, firmante cod. A. ἀγαγὼν PVL. — Vs. 16 Οἰνεῖ. „Puto tum fuisse Athenis Oneum quendam notae saevitiae vel commentariensem vel publicum servum." Casaubonus. Pro κλοιὸν magis attica forma fuisse videtur κλῳός, qua usus est Aristoph. Vesp. 802 et fortasse etiam Eupolis. Elegantissimam translationem H. Grotii, quamvis a verborum sensu passim aberrantem, nemo non cum voluptate leget:

Qualis adulatoribus vita sit explicabo,
si datis audientiam. quam sumus elegantes,
vix quibus unus est puer, nec tamen ille noster,
et cui perpusillulum sufficiat cibati.
Bina venusta sunt mihi pallia: semper horum
induor alterum; fori deinde viam capesso.
Si quis ibi pecuniae dives adest, sed idem
insipientis ingeni, sector eum repente:
dicere si quid incipit dives, id ipse laudo,
meque probare praefero, quin velut obstupesco.
Vespere abimus ad dapes huc hic et alter illuc,
esca aliena quo vocat, scita ubi multa dicta
dicere opus, nisi velis protinus inde pelli.
Contigit haec Acestorem poena notis perustum:
nam quia parserat iocis, servus eum fugavit
de lare, quin et Oeneo tradidit ante vinctum.

II.

Φημὶ δὲ βροτοῖσι πολὺ πλεῖστα παρέχειν ἐγὼ
καὶ πολὺ μέγιστ' ἀγαθά. ταῦτα δ' ἀποδείξομεν.

Hephaestio XIII p. 73: κέχρηται δὲ αὐτῷ (paeonio tetrametro) καὶ ἐν ἄλλοις δράμασιν ὁ Ἀριστοφάνης καὶ ἐν Σφηξὶν — καὶ Εὔπολις ἐν Κόλαξι Φημὶ δὲ βροτοῖσι κτλ. Chorum haec de semet ipso praedicare suspicabar. Eupolidem loqui arbitratur Th. Bergkius Comment. p. 416, altero versu ἀποδείξομαι scribens.

III.

Plutarchus an philos. c. viris princ. p. 778 e: *ὥσπερ οὖν τοὺς Καλλίου κωμῳδουμένους κόλακας λέγουσιν οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον, κατὰ τὸν Εὔπολιν.* Idem Discr. adul. et am. p. 50 d: *οὐδὲ τοὺς ἀμφὶ πλουσίαν τράπεζαν ἐγκυκλουμένους, οὓς οὔτε πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον.* Ad Adulatores haec referenda esse indicavi Curis crit. p. 57. Metra ita restitui posse videntur:

Οὐ πῦρ, οὐδὲ σίδηρος,
οὐδὲ χαλκὸς ἀπείργει
μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον.

Primo versu possis etiam *οὓς πῦρ οὐδὲ σίδηρος*, omissa negatione, ut in lyrici poetae fragmento apud Plutarchum Mor. p. 409 b. *ἀσκὸς δ' οὔτε τις ἀμφορεύς*, aliisque locis. De metro vide ad Pherecratis Corians. V. Quod nec igne nec ense istos a coenis prohiberi dicit, eodem proverbiali dicendi genere usus est Horatius Serm. I 1 39. *cum te neque fervidus aestus Demoveat lucro, nec hiems, ignis, mare, ferrum.* Propertius III 23 15. *Haec ego non ferro non igne coactus et ipsa Naufragus Aegea vera fatebor aqua.* Ex graecis scriptoribus exempla attulit Bernhardius Eratosth. p. 220.

IV a. b.

Athenaeus III p. 100 b: *πληγαῖς σε χορτάσω, ἐάνπερ μὴ εἴπῃς ὁ κοιλιοδαίμων παρὰ τίνι κεῖται. — Εὔπολις τοὺς κόλακας ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι οὕτω κέκληκε· τὸ δὲ μαρτύριον ἀναβαλοῦμαι.* Utinam non distulisset! Nomine *κοιλιοδαίμων* praeter ipsum Athenaeum III p. 97 c et Eustathium Opusc. p. 200 41. usus est qui aperte Eupolidis locum ante oculos habuit incertus scriptor, quem Aelianum esse suspicor, apud Suidam v. *Ἰούνιος* II 126. *Ἰούνιος ὄνομα εἰς τὴν ἱππάδα τελῶν, διὰ τὸ καὶ φαγεῖν ζῶν, συνήθης ἦν τρισὶν ὑπάτοις, κοιλιοδαίμων τε καὶ ταγη-*

νοκνισοθήρας· βούλομαι γὰρ τὰ τῆς κωμῳδίας πρὸς τούτους εἰπεῖν. Eadem leguntur v. φαγεῖν ζῶν III p. 573. Nec dubitari potest quin etiam ταγηνοκνισοθήρας Eupolideum sit vocabulum, iisdem de parasitis dictum. Ei simile est κνισοτηρητὴς apud Phrynichum Bekk. p. 49 13. quod et ipsum ex comico aliquo poeta ductum est.

V.

Παρὰ τῷδε Καλλίᾳ πολλὴ θυμηδία,
ἵνα πάρα μὲν κάραβοι καὶ βατίδες καὶ λαγῴ,
καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.

Athenaeus VII p. 286 b: *Εὔπολις δ' ἐν Κόλαξί φησι Παρὰ τῷδε Καλλίᾳ κτλ.* Idem IX p. 400 a: *λαγῴ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Κόλαξιν Ἵνα πάρα μὲν βατίδες καὶ λαγῴ καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.* Grammaticus Hermanni p. 320: *καὶ τὸν λαγὸν λαγὼν φασί. καὶ Εὔπολις Βατίδες καὶ λαγῴ καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.* Eustathius ad Od. p. 1534 15: *οἱ λαγῴ κατὰ Εὔπολιν, οἷον βατίδες καὶ λαγῴ καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.* Metrum Eupolideum his versibus alii aliter restituere conati sunt. Vs. 1 Hermannus Doctr. metr. p. 582 tentabat:

— *παρὰ τῷδε, Καλλία, πολλὴ δὴ θυμηδία.*

Sed Calliam his verbis compellari parum veri simile est. Dindorfius, eiecto quod ipsi interpretandi caussa adiectum videtur Calliae nomine, sic:

–́ υ — υ –́ *παρὰ τῷδε πολλὴ θυμηδία.*

Vs. 2 Dobraeus ad Nub. 518 ita constituebat: *ἵνα πάρα μὲν καὶ βατίδες καὶ λαγῴ καὶ κάραβοι.* Editae lectionis hoc metrum est:

ύυ υ υ — –́ υ — | –́ υ υ — –́ υ —

In quo nescio an nihil vituperandum sit: nec necesse est omnes hos versus iisdem numeris includi. Ad *θυμηδία* spectat fortasse Photius p. 97. *Θυμηδία: τέρψις, τρυφή, εὐφρασία.* — Vs. 3 *καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.* Pausanias apud

Eustathium ad Od. p. 1394 40. hunc ipsum locum respiciens: *γυναῖκες εἰλίποδες διὰ τὴν ἔνθεσιν τῶν μηρῶν.* Quae in mente habuisse videtur Casaubonus ad Suetonii Aug. 82. „Ideo graeci poetae foeminas appellarunt *εἰλίποδας διὰ τὴν ἔνδυσιν τῶν μηρῶν.*" Rectius pro *ἔνθεσιν* corrigas *ἔνδεσιν* vel *εἴλησιν.* Suidas s. *μυσάχνη* II p. 591: *Ἀνακρίων δὲ (λέγει τὴν ἀκάθαρτον γυναῖκα) πανδοσίαν — Εὔπολις εἰλίποδα, ἐκ τῆς εἰλήσεως τῶν ποδῶν κατὰ τὴν μῖξιν.* Respicit Eupolidis locum etiam Hesychius, *Γυναῖκες εἰλίποδες: διὰ τὴν δέσιν καὶ πλοκὴν τὴν κατὰ τὴν συνουσίαν.* Iisdem de scortis sequens fragmentum intelligendum.

VI.

Photius Lex. p. 404 16. *Πεζὰς μόσχους: ἀντὶ τοῦ ἑταίρας· ἔλεγον γάρ τινες οὕτως, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Πολιτείᾳ, τὰς χωρὶς ὀργάνων. Κάνθαρος Συμμαχίᾳ „αὐλητρίδα πεζήν." καὶ Εὔπολις Κόλαξιν.* De scortis Calliae in fabula Eupolidea vide etiam Maximum Tyr. XX 7. cuius verba adscripsi Hist. crit. p. 136. De *ἑταίραις πεζαῖς* exempla attulit Porsonus Adv. p. 298.

VII.

Τῶν περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄριστον φίλων.

Plutarchus Am. et Adul. p. 54 b: *νομίζων τὰ ἰαμβεῖα ταυτὶ τῷ κόλακι μᾶλλον ἢ τῷ καρκίνῳ προσήκειν „γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα, πανταχῇ βλέπων | ὀφθαλμός, ἕρπον τοῖς ὀδοῦσι θηρίον." παρασίτου γὰρ ὁ τοιοῦτος εἰκονισμός ἐστι τῶν περὶ — φίλων, ὡς Εὔπολίς φησιν.* Schaeferus Melet. p. 134 *καὶ κατ' ἄριστον.* Ad Adulatores rettuli Quaest. sc. I 55. Duo illi senarii, quos Eupolideis praemisit Plutarchus, non ex comico poeta, nedum ex Platonis Sophistis, quae Winkelmanni ad Platonis Euthyd. p. 109 opinio est, sed ex aenigmate quodam derivati videntur.

VIII a. b. c. d.

Scholiasta Aristoph. Pac. 803: *Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλα-*

ξιν ὡς *κίναιδον* τὸν *Μελάνθιον* διαβάλλει καὶ *κόλακα*. Melanthium dicit poetam tragicum gulositate infamem. V. Hist. crit. p. 206. Huic igitur locum inter ceteros Calliae adulatores concesserat Eupolis: nec minus *Marpsiae Oresti* et *Chaerephonti*. De Chaerephonte testis est schol. Platonis Bekk. p. 331: *Εὔπολις δ' ἐν Κόλαξι Καλλίου κόλακα λέγει.* De duobus reliquis Anonymus (fortasse Aelianus) Suidae v. *βομβοῦσι* I p. 441: *καὶ οἱ περὶ τὴν Διονυσίου βομβοῦντες τράπεζαν, καὶ περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μεμηνότες δαῖτα καὶ χεῖρα, καὶ ἄλλοι δὲ καὶ ἄλλοι ὧν εἶπον, Ὀρέστης, Μαρψίας, Καλλίου τοῦ Ἀθηναίου κόλακες σὺν ἑτέροις.* Quae non dubito quin recte ad Eupolidis fabulam rettulerim Hist. crit. p. 137. ubi de utroque homine attuli Aristoph. Av. 712 et Acharn. 701. De *Protagora* item in Calliae adulatoribus ab Eupolide numerato v. Fragm. X et XI. Nec de *Cleocrito* dubito, quem ex fabula nostra commemorat scholiasta Aristoph. Av. 877. cuius verba vide ad Demorum Fragm. XXXVI.

IX.

Τουτὶ λαβὼν τὸ κόρημα τὴν αὐλὴν κόρει.

Pollux X 29: *καὶ τὸ μὲν σκεῦος (κόρημα) καὶ ῥῆμα (κορεῖν) ὑπὸ τοῦ Εὐπόλιδος εἴρηται ἐν τοῖς Κόλαξιν Τουτὶ λαβὼν κτλ.* Suspicari licet hunc versum ex ea fabulae parte ductum esse, in qua aedes Calliae excipiendis hospitibus apparabantur.

X.

Ἔνδοθι μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήϊος,
ὃς ἀλαζονεύεται μέν, ἀλιτήριος,
περὶ τῶν μετεώρων, τὰ δὲ χαμᾶθεν ἐσθίει.

Diogenes Laert. IX 50: *Πρωταγόρας, Ἀβδηρίτης, καθά φησιν Ἡρακλείδης — ὡς δ' Εὔπολις Κόλαξιν, Τήϊος· φησὶ γὰρ Ἔνδοθι μέν ἐστι κτλ.* Partem loci servavit Eusta-

thius ad Od. p. 1547 53: *Εὔπολις τὸν φυσικὸν Πρωταγόραν διακωμῳδῶν ἐν τῷ Ὃς ἀλαζονεύεται κτλ.* Respicit etiam Athenaeus V p. 218 c: *ἐν οὖν τούτῳ τῷ δράματι* (*Κόλακας* dicit) *Εὔπολις τὸν Πρωταγόραν ὡς ἐπιδημοῦντα εἰσάγει.* Vs. 2 libri *ἀλιτήριος* et vs. 3 *χθαμᾶθεν.* Correxit Porsonus Adv. p. 75. Tertium et quartum versum latine reddidit Grotius Excerptis p. 506:

Superbit hic sacrilegus de caelestibus,
at esse quaerit interim terrestria.

Videtur autem Eupolis rem ita instituisse ut, dum in interiore parte aedium Callias cum sociis scortisque epulantur, aliquis foras prodiret et quid intus ageretur narraret. Eodem spectant Fragm. XI. XII. XIII.

XI.

Πίνειν γὰρ αὐτὸν Πρωταγόρας ἐκέλευ', ἵνα
πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον φορῇ.

Plutarchus Symp. VII p. 699 a: *Εὔπολιν μὲν γάρ, εἰ βούλει, πάρες ἐν Κόλαξιν εἰπόντα Πίνειν γὰρ ὁ Πρωταγόρας ἐκέλευεν, ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πλεύμον' ἔκλυρον φορῇ.* Athenaeus I p. 22 f: *Εὔπολίς τε τὸν Καλλίαν φησὶν ἀναγκάζεσθαι ὑπὸ Πρωταγόρου πίνειν, ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον φορῇ.* Macrobius Saturn. VII 15. *in pulmonem defluere potum, nec poetae nobiles ignorant: ait enim Eupolis in fabula quae inscribitur Colaces,* *Π ί ν ε ι ν γ ὰ ρ ὁ Π ρ ω τ α γ ό ρ α ς* etc. Cfr Plutarchus Repugn. Stoic. p. 1047 d. *τῶν ποιητῶν Εὐριπίδην, Ἀλκαῖον, Εὔπολιν, Ἐρατοσθένην, λέγοντας ὅτι τὸ ποτὸν διὰ τοῦ πνεύμονος διέξεισιν.* Recte locum restituit Grotius Excerptis p. 501. cuius haec est translatio:

Potare iussit illum Protagoras, in hoc
pulmonem mollem ut habeat ante ortus caris.

Pro *ἔκλυτον* Plutarchus habet *ἔκλυρον*, quod probat Casaubonus, *pulmonem humectum* intelligens. Vereor ne illud *ἔκλυρος* ne graecum quidem sit, quamvis agnoscere videatur

Hesychius, *Ἔκλυρον: χλωρόν, ̓δίυγρον, ἢ νοτερόν, ἔνικμον.* Quod et ipsum corruptum puto. Nec tamen in Eupolidis loco *ἔκλυτον* probari posse videtur, quod *laxum* potius et *languidum pulmonem* quam *dilutum* significat. Fortasse igitur *ἔκκλυστον* scribendum, quod rei accommodatissimum est.

XII. XIII.

Λαφύσσεται λαφυγμὸν ἀνδρεῖον πάνυ.

Scholiasta Aristoph. Nub. 52: *λαφυγμὸν γὰρ λέγει τὸ ἀπλήστως ἐσθίειν. Εὔπολις Κόλαξι Λαφύσσεται κτλ.* Exscripsit haec Suidas II p. 418. Eidem scenae optime convenit qui tacito fabulae nomine affertur versus ab Etymol. Gud. p. 116 47. *Βρυγμός: ἡ σύντομος ἐδωδή. Εὔπολις,*

Ὅσος δ' ὁ βρυγμὸς καὶ κοπετὸς ἐν τῇ στέγῃ.

παρὰ τὸ βρύχω (βρύκω) ὃ σημαίνει ἐσθίω. ὡς νύσσω οὖν νυγμός, βρύκω βρυγμός. Editur *ὅσος ὁ βρυγμός.* Phrynichus App. soph. p. 30 28. *Βρυγμός: ἡ σύντομος ἐδωδή, ἐπὶ τῶν τραχέως* (leg. *ταχέως*) *ἐσθιόντων. Κοπετὸς* et ipsum de *συμντόμῳ ἐδωδῇ* intelligo, quemadmodum *παίειν* dicuntur avide comedentes. V. supra ad Chionidis Paup. III p. 8.

XIV.

Δραχμῶν ἑκατὸν ἰχθῦς ἐώνημαι μόνον
ὀκτὼ λάβρακας, χρυσόφρυς δὲ δώδεκα.

Athenaeus VII p. 328b: *μνημονεύει δ' αὐτῶν* (*χρυσόφρυς* pisces dicit) *καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Μούσαις καὶ Δωρίων ἐν τῷ περὶ ἰχθύων. Εὔπολις δ' ἐν Κόλαξί φησι Δραχμῶν ἑκατὸν κτλ.* Libri *ἐωνημένος* et *ἐωνημένοι.* Correxit Porsonus Adv. p. 101. Iacobsius Addit. p. 180 *ἐωνήμην.* Videntur haec coqui verba esse, convivii quod Calliae eiusque sociis apparaverat impensas computantis. Eodem sequens fragmentum pertinere videtur.

XV.

Δεῖπνον θὲς ἑκατὸν δραχμάς. Β. ἰδού.
Α. οἶνον θὲς ἑτέραν μνᾶν.

Pollux IX 59: *ἡ ἀττικὴ μνᾶ ἔχει δραχμὰς ἑκατόν, ὡς ἀκριβέστατά ἐστιν ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Κόλαξιν Δεῖπνον θὲς ἑκατὸν μνᾶς· ἰδού. εἶτ' ἐπιφέρει Οἶνον θὲς ἑτέραν μνᾶν. δῆλον ὅτι καὶ τὰς ἑτέρας ἑκατὸν δραχμὰς μνᾶν εἴρηκε.*

XVI.

Ἐκεῖνος ἦν φειδωλός, ὃς ἐπὶ τοῦ βίου
πρὸ τοῦ πολέμου μὲν τριχίδας ὠψώνησ' ἅπαξ,
ὅτε τὰν Σάμῳ δ' ἦν, ἡμιωβολίου κρέα.

Athenaeus VII p. 328 e: *τριχίδων δὲ (μνημονεύει) Εὔπολις ἐν Κόλαξιν Ἐκεῖνος ἦν φειδωλός κτλ.* Vs. 2 *ὠψώνησ'* L. *ὀψώνησ'* PV. *ἐψώνησ'* B. — Vs. 3 pro *τὰν* B *δ' ἄν.* Ibid. *ἡμιωβολίου* L. *ἡμιωβελίου* AC. *ἡμιοβολίου* PV. Videri haec de Calliae patre, Hipponico, intelligenda esse indicavi Hist. crit. p. 136. Quae si vera est coniectura, apertum est haec dici ad elevandam hominis temperantiam laudatam Andocidi de Myst. p. 121 Bekk. Cfr Hist. crit. p. 132, 77. *Τὰ ἐν Σάμῳ* Schweighaeuserus recte interpretatur de bello Samico. Idem *ἅπαξ* et *ἡμιωβολίου* ad utrumque orationis membrum refert, ut hoc dicat poeta, hominem illum semel in vita trichidas pro obsonio emisse in easque impendisse semiobolium; itemque semel in vita carnem, semioboli pretio. *Ἡμιωβολίου* ut ad *τριχίδας* repetatur nihil necesse est in tanta illius pisciculi vilitate. Videtur autem circa Samum insulam inprimis larga fuisse *τριχίδων* captura. Minus accurate locum interpretatus est Casaubonus: „Semel in vita ante bellum contra Samios pisces emit, et quidem trichidas, non magni pretii: at quamdiu res Samiorum steterunt, qui rebellione sua ut esset Athenis annona arctior

effecerunt, iste solitus in obsonium carnes emere semiobolo."

XVII.

"Ος χαρίτων μὲν ὄζει,
καλλαβίδας δὲ βαίνει,
σησαμίδας δὲ χέζει,
μῆλα δὲ χρέμπτεται.

Athenaeus XIV p. 646 f: σησαμίδες ἐκ μέλιτος καὶ σησάμων πεφρυγμένων καὶ ἐλαίου σφαιροειδῆ πέμματα· Εὔπολις Κόλαξιν "Ος χαρίτων μὲν ὄζει κτλ. Probabile est de ipso Calliae, homine delicatissimo, haec dicta esse. V. Hist. crit. p. 132 sqq. et Dobraeus ad Plut. 1021. Vs. 1 μὲν ὄζει Erfurdtius Observ. in Athen. p. 470 et Porsonus Misc. p. 247. με νομίζει AB. νενομίζει P. μὲν ὁμιχεῖ Basil. L. — Vs. 2 et 3. Athenaeus XIV p. 630 a. καλλαβίδων δ' Εὔπολις ἐν Κόλαξι Καλλαβίδας — χέζει. Cod. L κολλαβίδας. Photius a Runkelio allatus, Καλλαβίδες: τὸ διαβαίνειν ἀσχημόνως καὶ διέλκειν τὰ ἰσχία ταῖς χερσίν. Fuit delicatae et fractae saltationis genus. V. Athenaeus XI p. 479 f, ubi cum ξιφισμῷ et καλαθισμῷ coniungitur. Ad dictionis formam similiter Pherecrates Pers. II 4 κοσμοσάνδαλα βαίνειν.

XVIII.

Ἀλκιβιάδης ἐκ τῶν γυναικῶν ἐξίτω. Β. τί ληρεῖς;
οὐκ οἴκαδ' ἐλθὼν τὴν σεαυτοῦ γυμνάσεις δάμαρτα;

Athenaeus XII p. 535 a: κεκωμῴδηται καὶ ὑπὸ Εὐπόλιδος ὡς καὶ ἀκόλαστος πρὸς γυναῖκας ἐν Κόλαξιν οὕτως Ἀλκιβιάδης ἐκ τῶν γυναικῶν κτλ. Vs. 2 γυμνάσεις interpretatur Schweighaeuserus, severe disciplina eam exerce et cave ne illam corrumpat. Sententia loci haec potius esse videtur: tantum abest ut mulier sit Alcibiades, ut in tua uxore virum se praestiturus sit, nisi tute ipse eam strenue in Veneris palaestra exerceas. Γυμνάζειν *subagitare* dixit

etiam Asclepiades Anthol. Pal. V 203. *ᾧ πολὺν ὕπτιον ἵππον ἐγύμνασεν.* Ad partes, quas Alcibiadi hac in fabula Eupolis imposuerat, spectat locus Libanii quem adscripsi Hist. crit. p. 136. Eidem dramatis scenae fortasse adscribendus est versus quem in fragmentis incertarum fabularum exhibui XLIV.

XIX.

Φοροῦσιν ἁρπάζουσιν ἐκ τῆς οἰκίας
τὸ χρυσίον, τἀργύρια πορθεῖται.

Pollux IX 90: *τἀργύρια γὰρ ἐπὶ τοῦ ἀργυρίου σπανίως ἄν τις εὕροι παρ' αὐτοῖς* (Atticos dicit). *ἐγὼ δ' εὗρον ἐν ταῖς Νήσοις Ἀριστοφάνους, εἰ μὴ ὑποπτεύεται τὸ δρᾶμα ὡς Ἀριστοφάνους οὐ γνήσιον. ἀλλ' οὔτι γε καὶ οἱ Κόλακες Εὐπόλιδος, ἐν οἷς εἶπε Φοροῦσιν ἁρπάζουσιν κτλ.* Notum est Atticistarum praeceptum *argentea vasa* singulari numero dici *ἀργύριον*, non *ἀργύρια*. Eupolidis verba de assentatoribus Calliam bonis exuentibus intelligenda esse indicavi Hist. crit. p. 137. Ad eandem hanc fabulae partem fortasse spectat Fragm. inc. fab. CIII.

XX.

Ἄκουε δὴ σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν.
τεσσυγέγραπται τοῖς τὰ ἔπιπλα.

Pollux X 10: *αὐτὰ δὲ τὰ σκεύη καλοῖτ' ἂν ἔπιπλα, ἤγουν ἡ κουφὴ κτῆσις, τὰ ἐπιπολῆς ὄντα τῶν κτημάτων. ὁ γοῦν Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξιν προειπών, ἄκουε δὴ σκεύη τὰ κατ' οἰκίαν, ἐπήγαγε παραπλήσιον· τεσσυγέγραπται τοῖς τὰ ἔπιπλα.* Ita haec leguntur in cod. Falckenburgiano. Vulgo *ἄκουε δέ* pro *δή*, et vs. 2 *τέως οὖν γέγραπταί σοι τὰ ἔπιπλα.* Vs. 1 scripsi *κατὰ τὴν οἰκίαν*, confirmante quodammodo Phrynicho Epit. p. 334. *Ἐνδυμενία: ἀμαθῶς· δέον διττῶς λέγειν, ὡς Εὔπολις Κόλαξιν, σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν καὶ ἔπιπλα.* — Vs. 2 Bentleius Epist. ad

Hemst. p. 86. παραπλήσιόν τί σοι γέγραπται τἄπιπλα. Sed παραπλήσιον Pollucis esse, quamvis Fritzschio Quaest. Arist. I p. 55 repugnante, verissime iudicavit Hanovius Exerc. crit. I p. 141. qui vasa recenseri scriptoque consignari recte videtur intellexisse. Agitur enim, ni fallit sententia, de Calliae supellectile domestica, quam assentatores inter se partiuntur. In vasis, quorum recensum in iis, quae omisit Pollux, exhibitum fuisse probabile est, fuisse videntur ea quae in sequentibus fragmentis commemorantur.

XXI — XXIV.

Pollux VII 192: Σοφοκλῆς δ' ἔφη λινορραφῆ τυλεῖα. Εὔπολις δὲ Κόλαξι κεκρύφαλοί τε καὶ τύλη. Codex Iungerm. τύλαι. Idem X 39: τὰ μὲν οὖν τυλεῖα καὶ τὰ κνέφαλα οὐ μόνον παρὰ τοῖς κωμῳδοῖς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἐν Δημοπράτοις πέπραται, κνέφαλον καινὸν καὶ κνέφαλον παλαιόν. καὶ τυλεῖα (cod. Falckenb. τύλη) δὲ παρ' Εὐπόλιδί ἐστιν ἰάζοντι ἐν τοῖς Κόλαξι, καὶ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Ἰοκλεῖ *) λέγοντι, Ἀλλὰ καὶ λινορραφῆ τυλεῖα. Τύλη *culcita* a severis attici sermonis magistris reiicitur, proque eo aut τυλεῖον aut κνέφαλλον dicendum praecipiunt. V. Phrynichum Ecl. p. 173 et Hesychium v. κνέφαλον. Nec deliquit contra Eupolis, qui non germanum Atticum, sed Ionicum hominem eo vocabulo utentem induxerat: quod si ille hac una in fabula fecit, etiam Fragm. inc. fab. XV. μὴ τρηχὺς ἴσθι ad Adulatores referendum erit. Homo autem ille quem ionice loquentem induxit Eupolis, fortasse Protagoras fuit. Ceterum si verba κεκρύφαλοί τε καὶ τύλαι in fine senarii posita fuerunt (nec erit qui aliter statuat), apertum est τύλη, perinde ut cognatum τύλος, penultimam apud antiquiores poetas corripuisse, sequioribus eam syllabam producentibus. In eodem domesticae supellectilis recensu fuisse videntur μολύβδινοι κρατευταί, quos hac ipsa ex fabula commemorat Pollux X 97: Εὔπολις ἐν τοῖς

*) Fortasse Ἰοβάτῃ.

Κόλαξιν ἔφη *μολυβδίνους κρατευτάς.* Dubitantius eodem refero quae leguntur apud Erotianum Lex. Hippocr. p. 170: *ἐχῖνος χύτρας εἶδος μεγαλοστόμου καὶ μεγάλης. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Εὔπολις*, et apud Pollucem VI 103: *ἡ ἐλαιηρὰ ἐπίχυσις χαλκεῖόν ἐστι μακρόν, ἣν χαλκίον Εὔπολις ὠνόμασε.* Quae sic scribenda videntur: *χαλκεῖόν ἐστιν, ἣν μακρὸν χαλκίον Εὔπολις ὠνόμασε.* Idem Pollux X 92: *τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν, ἣν Εὔπολις μακρὸν χαλκίον ὠνόμασε.* Hesychius, *Χαλκίον μακρόν: τὴν ἐλαιηρὰν ἐπίχυσιν.*

Nec vasa tantum et domesticam supellectilem, sed agros etiam et greges ovium atque alia id genus inter se partitos esse amicos et sodales Calliae, nescio an ex sequenti fragmento colligi possit.

XXV a. b.

Θὲς νῦν ἀγροὺς καὶ πρόβατα καὶ βοῦς.
Ἵππον κέλητ' ἀσκοῦντα θές.

Choeroboscus Bekkeri Anecd. p. 1196: *σπανία ἐστὶν ἡ χρῆσις τῆς βοῦς εὐθείας τῶν πληθυντικῶν, μᾶλλον δὲ οἱ βόες εὕρηται. ἐπὶ δὲ τῆς ὁμοφωνούσης αὐτῇ αἰτιατικῆς, λέγω δὲ τῆς τὰς βοῦς, πλατεῖά ἐστιν ἡ χρῆσις, ὡς ἐν Κόλαξιν Εὐπόλιδος Θὲς νῦν — βοῦς.* Coniunxi cum his alterum fragmentum, a Phrynicho servatum Praep. soph. p. 17, 29: *Ἀσκεῖν καὶ ἀσκηταί, καὶ ἀσκητικῶς: τὸ ἀγωνιστικῆς ἐπιμελείας τυγχάνειν ἀσκεῖν ἐστίν. Εὔπολις Ἵππον κέλητ' ἀσκοῦντα θές.* Quae ad *Κόλακας* pertinere vidit etiam Runkelius p. 171. Probabile est haec continuo cum primo versu fuisse coniuncta, cui quod ad integritatem deest facile suppleri potest addendo *ἠνιδού*, id ut dicatur ab eo, qui quae alter dictat scripto consignat. Cfr Fragm. XV.

XXVI.

Pollux IX 37: *Εὔπολις δὲ ἐν Κόλαξι καὶ συμπαροίκους εἴρηκεν.* Idem VI 159: *Εὔπολις δὲ συμβίωτοι,*

συμπάροικοι καὶ συνήλικες εἶπε. Ex his *συνήλικες* habemus Maric. Fragm. V 5.

XXVII. XXVIII.

Harpocratio p. 152 7. *Περίστατοι: ἀντὶ τοῦ περὶ ἃς κύκλῳ ἵστανται οἱ θεώμενοι. τὸ ὄνομα καὶ ἐν Ἀρχιδάμῳ* (Isocratis) *ἐστὶ καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Κόλαξιν.* — Antiatticista p. 96 17. *Ἐφάπαξ: Εὔπολις Κόλαξιν.*

XXIX.

Photius Lex. p. 217. *Λευκὴ ἡμέρα: ἡ ἀγαθὴ καὶ ἐπ' εὐφροσύνῃ. Εὔπολις Κόλαξιν.* Ita scilicet Eupolis ipsum illum diem, quo laute epulabantur Calliae sodales, dixerat.

XXX.

Apud scholiastam Aristoph. Ran. 408, indicante mihi Dindorfio, post *τὸ ῥάκος* duo codd. adiiciunt haec: *ὅτι σύνηθες ἦν τὸ ἐπιλέγειν, ὁπότε ἐπαινοῖέν τι ἢ συνομολογοῖεν. καὶ Εὔπολις Κόλαξιν. καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν κεῖται.* Recte puto Dindorfius haec rettulit ad vs. 508 *κάλλιστ' ἐπαινῶ.* Eupolis utrum iisdem verbis usus sit an simpliciter *κάλλιστα* dixerit, incertum est.

Λ Α Κ Ω Ν Ε Σ.

Τὰ σκάρι' ἐποίησε μυττωτὸν πολύν.

Erotianus Lex. Hippocr. p. 246. *Μυττωτόν: οἱ μὲν Ἀττικοὶ ὑπότριμμά τι μετὰ σκορόδου γινόμενον λέγουσι. Εὔπολις δὲ ἐν Λάκωσι τὸ* (*τὸν*) *ἄμυλον λέγων φησί Τὰ συκάρια ἐποίησε μυττωτὸν πολύν.* Interpres latinus: *vascula fecerunt multum μυττωτόν.* Legit igitur *σκευάρια.* Sed neque hoc neque illud intelligo; nisi forte ollae *μυττωτὸν ποιεῖν*

dici possunt quemadmodum ager dicitur *ποιεῖν κριθὰς* et similia. Ceterum nescio an Eupolidi Eubuli nomen substituendum sit. V. Hist. crit. p. 115.

Μ Α Ρ Ι Κ Α Σ. *)

I.

Πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη Μαρικᾶς.

Aeschylus Pers. 65: *πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη βασίλειος στρατὸς εἰς ἀντίπορον γείτονα χώραν.* Ad haec scholiasta: *ταῦτα δὲ κωμῳδεῖ Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ Πεπέρακεν μὲν κτλ.* Sunt chori verba Hyperbolum a nescio qua expeditione reversum esse gaudentis.

II.

Quintilianus Inst. orat. I 10 18: *eosdem utriusque rei* (grammaticae et musicae) *praeceptores fuisse, cum Sophron ostendit — tum Eupolis, apud quem Prodamus et musicen et litteras docet, et Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire nisi litteras confitetur.* Derivavit haec Eupolis ex Aristophanis Equ. 188. ubi Agoracritus fatetur: *οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς.*

III.

Καὶ πόλλ' ἔμαθον ἐν τοῖσι κουρείοις ἐγὼ
ἀτόπως καθίζων κοὐδὲ γιγνώσκειν δοκῶν.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 179: *τάττεται δὲ* (*τὸ ἄτοπον*) *καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνυπόπτου. Εὔπολις Μαρικᾷ Καὶ πόλλ'*

---

*) V. Hist. crit. p. 137.

ἔμαθον ἐν τοῖσι κτλ. Sunt Hyperboli verba doctrinae et litterarum vicariam frequentem in tonstrinis commorationem se assumpsisse dicentis. Ita fere haec intellexit etiam Th. Bergkius Comment. p. 355. quo auctore ἔμαθον scripsi pro ἀγάθ'. Boeckhius libro de Plat. Minoe p. 89 tentabat πολλά γ' ἀγάθ', pro quo magis attice dicitur πολλὰ κἀγαθά. Cfr Blomfieldius ad Aeschyli Pers. 249. Quamquam nec alterum sine exemplis est. V. Demosthenem Lept. p. 491 2 Rsk. Versu secundo, quem Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 461 12. memoriae errore Pherecrati tribuit, ἀτόπως recte interpretatur scholiasta ἀνυπόπτως, *nullam iis qui aderant de me suspicionem movens.*

IV.

'Αλλ' οὖν ἔγωγέ σοι λέγω Μαρικᾶντα μὴ κολάζειν.

Eustathius ad Iliad. β p. 300 22: ὁ δὲ 'Ηρωδιανὸς τοῖς εἰρημένοις παραπηγνὺς καὶ τὸν παρὰ τῷ κωμικῷ (Nub. 549) Μαρικᾶν τὸ βάρβαρον ὄνομα, διὰ τοῦ ντ κλιθῆναι λέγει, παραφέρων χρῆσιν ταύτην 'Αλλ' οὖν ἔγωγέ σοι λέγω κτλ. Eupolidis esse versum indicavi Quaest. sc. I p. 57 sive Hist. crit. p. 138. Sequutus est Bergkius Comment. p. 356, Niciae haec verba esse coniiciens poenam deprecantis, quam Hyperbolo Populus voluerit imponere. Ita enim existimat, ut Aristophanes in Equitibus Cleoni finxit adversarium esse ἀλλαντοπώλην quendam, ita Eupolin Hyperbolo opposuisse Niciam. Postremo Hyperbolum videri ab adversario superatum esse et Populi gratia excidisse. De forma Μαρικᾶντος dixi Hist. crit. l. l.

V.

A. Πόσον χρόνον γὰρ συγγεγένησαι Νικίᾳ;
B. οὐδ' εἶδον, εἰ μὴ 'ναγχος ἑστῶτ' ἐν ἀγορᾷ.
A. ἀνὴρ ὁμολογεῖ Νικίαν ἑορακέναι.
καί τοι τί παθὼν ἂν εἶδεν εἰ μὴ προὐδίδου;

Γ. ἠκούσατ' ὦ συνήλικες
ἐπ' αὐτοφώρῳ Νικίαν εἰλημμένον;
Β. ὑμεῖς γὰρ ὦ φρενοβλαβεῖς
λάβοιτ' ἂν ἄνδρ' ἄριστον ἐν κακῷ τινι;

Plutarchus V. Nic. cap. IV de Niciae erga omnes liberalitate disserens: *ἐδίδου γὰρ οὐχ ἧττον τοῖς κακῶς ποιεῖν δυναμένοις ἢ τοῖς εὖ πάσχειν ἀξίοις. Καὶ ὅλως πρόσοδος ἦν αὐτοῦ τοῖς τε πονηροῖς ἡ δειλία καὶ τοῖς χρηστοῖς ἡ φιλανθρωπία. Λαβεῖν δὲ περὶ τούτων μαρτυρίαν καὶ τῶν κωμικῶν ἔστι.* **Mox allato Teleclidis loco (supra p. 371) ita pergit:** *ὁ δ' ὑπ' Εὐπόλιδος κωμῳδούμενος ἐν Μαρικᾷ παράγων τινὰ τῶν ἀπραγμόνων καὶ πενήτων λέγει Πόσου χρόνου γὰρ κτλ.* **Vs. 2 Bergkius Comment. p. 356 citat** *οὐκ εἶδον.* **— Vs. 3** *ἀνὴρ* **et** *ἑωρακέναι* **libri; correxit Runkelius. — Vs. 4 alii libri solenni varietate** *μαθών.* **Pro** *εἶδεν* **Bergkius, qui hunc versum pauperi, quintum autem sextumque personae A (h. e. Maricae) assignat, scripsit** *εἶδον,* **et** *προὐδίδου* **eo sensu dictum statuit ut sit** ***ante dare.*** **Maricam autem illud verbum sensu vulgari** ***prodendi*** **accepisse, atque hinc exclamare illa** *ἠκούσατ' ὦ συνήλικες κτλ.* **Fateor equidem me ne sic quidem istum versum intelligere. — Vs. 5** *συνήλικες.* **Respicit Pollux loco supra ad** *Κολ.* **fragm. XXVI adscripto.**

VI.

Ἄκουε νῦν Πείσανδρος ὡς ἀπόλλυται.
Β. ὁ στρεβλός; Α. οὐκ ἀλλ' ὁ μέγας, ὀνοκίνδιος.

Scholiasta Aristoph. Av. 1555: *δύο δέ εἰσι Πείσανδροι, καθάπερ Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ φησιν Ἄκουε νῦν Πείσανδρος κτλ.* **Vs. 1** *ἀπόλλυται.* **De morte Pisandri hic agi recte negat Fritzschius Actis Societ. gr. I p. 137. vix idoneo tamen usus argumento, quod** *ἀπόλλυται* **scripserit Eupolis, non** *ἀπόλωλεν.* **Ipse vertit** ***iudicio condemnatur.*** **Existimat enim Hyperbolum peculatus aliusve criminis accusatum ipsum tan-**

dem aegre absolutum esse, at condemnatum ipso illo crimine Pisandrum. Quod unde datum sumpserit vir cl. non indicavit. Ac potest illud *ἀπόλλυται* etiam hunc sensum habere: *male agitur cum Pisandro.* Adeo incerta omnia in eiusmodi fragmentis. — Vs. 2 vulgo *ὁ στρεβλὸς οὐ ἀλλ' ὁ μέγας*. Correxit Toupius Emend. II p. 67. Respicit huc Photius p. 543 1. *Στρεβλὸν τὸν στραβὸν λέγουσιν· ὡς Εὔπολις.* Quae leguntur etiam apud Zonaram p. 1675. Sequentia spectat scholiasta Aristoph. Lys. 491: *ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Πείσανδρος, ὁ Ὀνοκίνδιος, ὡς Εὔπολις διακρίνει τὴν ὁμωνυμίαν ἐν Μαρικᾷ.* Aristophanes de Pisandro loquitur Acharnensi (schol. Aeschinis), a quo non diversum esse eum quem asinarium vocarunt comici, demonstrare conatus sum Hist. crit. p. 177 sqq. cum olim Quaest. sc. II p. 21 aliam sequutus essem sententiam, probatam illam Fritzschio Actis Soc. gr. l. l. et ad Aristoph. Thesmoph. p. 314. Ei quam postea sequutus sum sententiae etiam in eo nonnihil praesidii paratum est, quod asini Acharnensium praecipua quadam laude ferebantur. Diogenianus Proverb. I 26. *Ἀντρώνιος ὄνος: ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ ἀγρίων καὶ ἀνενεργήτων. Ἐν Ἀντρῶνι γάρ, ὥς φησι Φερεκράτης, μεγάλοι ὄνοι ἐγίνοντο. Ἀχαρνικοὶ ὄνοι ἐπὶ τῶν αὐτῶν.* Hesychius, *Ἀχαρνικοὶ ὄνοι: ἐπὶ τῶν μεγάλων οὕτως ἔλεγον.* Itaque *ὄνους Ἀχαρνικοὺς* dicebant homines vastae staturae, sed stupidos et inertes. Nec mirum est quae asinorum erant propria in asinarios fuisse translata. De *ὀνοκίνδιος* sive quae dorica forma fuit *ὀνοκίνδας*, vide quos laudant interpretes Hesychii II p. 762.

VII.

Ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι· θῦσαι γάρ με δεῖ
κριὸν Χλόῃ Δήμητρι.

Scholiasta Sophoclis Oed. Col. 1600: *εὐχλόου Δήμητρος ἱερόν ἐστι πρὸς τῇ ἀκροπόλει. καὶ Εὔπολις Μαρικᾷ· Ἀλλ' εὐθὺ πόλεως — Δήμητρι. ἔνθα δηλοῦται ὅτι καὶ κριὸς*

θήλεια τῇ θεῷ ταύτῃ θύεται (οὕτω δὲ τιμᾶται ἐκ τῆς κατὰ τῶν κήπων χλόης)· θύουσί τε Θαργηλιῶνος ἕκτῃ. De Cereris Χλόης sanctuario in clivo acropolis sito vid. Leake Topogr. of Ath. p. 172 sqq. de dea ipsa cfr Creuzeri Symb. IV p. 314. Ceterum Fritzschius Actis Societ. gr. p. 138. his verbis *perspicue* ostendi dicit Hyperbolum in ius vocatum esse: matrem enim Hyperboli haec loqui gratias Cereri acturam quod filium iudices absolvissent. Eodem iure dicas matrem gratias agere velle Cereri, quod filius salvus et integer ab expeditione in patriam reverterit. Cfr Fragm. I.

VIII.

Scholiasta Aristoph. Plut. 1038: τοῦτο τί ἐστιν οὐκ οἶδα· ὅτι δὲ συμβάλλεται (fort. συμβάλλει τῷ) ἐν Μαρικᾷ Εὐπόλιδος οἶδα. κἀκεῖ γὰρ τὴν Ὑπερβόλου μητέρα τηλίᾳ εἰκάζει τῇ πλατείᾳ σανίδι. τινὲς δὲ τηλίαν ξύλον φασὶ πλατύ, εἰς ὃ οἱ ἀρτοκόποι τοὺς ἄρτους ἐπιξηραίνουσιν. Et paucis interiectis: τηλία ἔχει μέντοι καθ' ἑαυτὸ ἄπορον· ἐὰν δὲ τὸ ἐν Μαρικᾷ προσέλθῃ, ἔνθα εἰς τηλίαν φησὶ τὰ τοῦ Ὑπερβόλου ὀστᾶ ἐμβεβλῆσθαι, ἀπορώτερον ἔσται· ζητητέον οὖν. Apud Aristophanem vetula dicit: διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέγ' ἂν διελκύσαις. Cui Chremylus respondet: εἰ τυγχάνει γ' ὁ δακτύλιος ὢν τηλία. Huic igitur dicto convenire dicit id quod Eupolis dixerit in Marica, ubi Hyperboli matrem pistricem comparari tradit cum τηλίᾳ. Alio autem eiusdem fabulae loco ipsius Hyperboli ossa in τηλίαν coniecta esse dixerat Eupolis, id quod se intelligere negat Hemsterhusius, quoniam vivente adhuc Hyperbolo Maricas in scenam datus sit. Suspicatur tamen hic latere iocum comicum, qui matrem Hyperboli fecerit τηλίαν, in quam ossa filii fuerint iniecta. Parum venuste haec copiosius exequutus est Fritzschius Actis Societ. gr. I p. 134. Formam τῆς τηλίας scholiasta accuratius describit Grammaticus Bekk. Anecd. p. 275 15: ἡ τηλία δὲ σανὶς ἀλφιτοπωλικὴ πλατεῖα, προσηλωμένας ἔχουσα κύκλῳ σανίδας τοῦ μὴ τὰ ἄλφιτα

ἐκπίπτειν. Quibus Aristophanis locus commode illustratur. Ceterum de matre Hyperboli, quam hac in fabula Eupolis gravissime vexavit, notus est Aristophanis locus Nub. 549 sqq.

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς,
προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην, τοῦ κόρδακος οὕνεχ', ἣν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.

Ubi scholiasta a Dindorfio edendus haec habet: *ἅπαντα τὰ ἐμά, φησίν, ἔλαβε προσθεὶς γραῦν μεθύσην, τὴν δοκοῦσαν μητέρα εἶναι Ὑπερβόλου.* Itaque Hyperboli matrem tanquam temulentam mulierem et cordacem saltantem induxerat Eupolis.

IX.

Aelianus V. H. XII 30: *εἰς τοσοῦτον δὲ ἄρα Κυρηναῖοι τρυφῆς ἐξώκειλαν, ὥστε Πλάτωνα παρεκάλουν, ἵνα αὐτοῖς γένηται νομοθέτης· τὸν δὲ ἀπαξιῶσαι φασὶ διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ῥαθυμίαν αὐτῶν. ὁμολογεῖ δὲ καὶ Εὔπολις ἐν τῷ Μαρικᾷ, ὅστις αὐτῶν εὐτελέστατος σφραγῖδας εἶχε δέκα μνῶν· παρῆν δὲ θαυμάζεσθαι καὶ τοὺς διαγλύφοντας τοὺς δακτυλίους.* Attigit haec Lessingius Epist. antiqu. XXIII p. 164. 171. Si ipsa verba Eupolidis servavit scriptor, metrum facile restituas:

Ὅστις γὰρ αὐτῶν ἐστιν εὐτελέστατος
σφραγῖδ' ἔχει μνῶν δέκα.

X — XII.

Antiatticista p. 79 10. *Ἀμαρτωλία: Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, Εὔπολις Μαρικᾷ.* Apud Aristophanem Pac. 415 legitur *ἁρματωλία*, quod ipsum tamen consulto pro *ἁμαρτωλία* dictum est. Eadem igitur fortasse etiam Eupolidei loci ratio fuit. — Idem p. 99 11. *Θερισμόν: ἀντὶ τοῦ ἄμητον Ἡρόδοτος τετάρτῳ. Εὔπολις Μαρικᾷ.* Apud Herodotum IV 42 non *θερισμὸς* legitur sed *ἄμητος*. — Idem p. 111 5. *Ὀφλισκάνειν: Εὔπολις Μαρικᾷ.* Editum *μακαρισμῷ* correxi Quaest. scen. I p. 57.

XIII.

Νὼ γάρ, ἄνδρες, οὐχ ἱππεύομεν.

Apollonius de pronom. p. 369 Bekk. *νὼ μονοσυλλάβως Εὔπολις Μαρικᾷ Νὼ γὰρ ἄνδρες κτλ.*

XIV.

Athenaeus XV p. 690 e: *Ψάγδης Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσιν „φέρ' ἴδω τί σοι δῶ τῶν μύρων; ψάγδαν φιλεῖς;" Εὔπολις δ' ἐν Μαρικᾷ Ψάγδαν ἐρυγγάνοντα.* Idem p. 691 c: *τῆς δὲ λεγομένης σάγδας, μύρον δ' ἐστὶ καὶ τοῦτο, Ἐπίλυκος ἐν Κωραλίσκῳ „βάκκαρίς τε καὶ σάγδας ὁμοῦ." καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσι καὶ ἐν Μαρικᾷ Εὔπολις Σάγδαν ἐρυγγάνοντα λέγων. ὅπερ ὁ Θυατειρηνὸς Νίκανδρος ἐπὶ τοῦ ἄγαν χλιδῶντος εἰρῆσθαι ἀκούει.* Erotianus Lex. Hipp. p. 396: *Ψάγδας: μύρου εἶδος. μέμνηται καὶ Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ. Σάγδας* an *ψάγδας* scribatur perinde est; estque ea perpetua utriusque formae ambiguitas. Dictionem *ἐρυγγάνειν μύρον* et similia attigi ad Pherecratis Pers. II 1.

XV.

Κρούων γε μὴν αὐτὰς ἐωνούμην ἐγώ.

Epimerismi Homer. apud Cramerum Anecd. I p. 446 6: *τὸ ἐωνούμην Εὔπολις Μαρικᾷ Κρούων γε μὴν κτλ.* In his quid *κρούειν* significet docebit Harpocratio v. *παρακρουσιμετρεῖν.*

XVI. XVII.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 467. *Αὐτοκάρδαλον: Εὔπολις Μαρικᾷ.* Editur *Μακαρικάσῃ*, quod correxi Quaest. scen. I p. 57. Recte Runkelius scribere videtur *αὐτοκάβδαλον.* — Pollux X 73: *Εὔπολις ἐν τῷ Μαρικᾷ καὶ σταμνάριον εἴρηκεν.*

XVIII.

Harpocratio p. 174 13: *ὅτι δὲ καὶ τοῖς τριηράρχοις*

παρείποντο ταμίαι, δεδήλωκεν Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ. Eadem omisso fabulae titulo Photius Suidas Etymol. M. s. v. *ταμίαι* et Philemo Lex. p. 151.

XIX.

Hesychius, *Δούλων πόλις* Εὔπολις Μαρικᾷ, κώμην γὰρ λέγει δούλων πόλιν. ἔστι δὲ ἐν Κρήτῃ καὶ Λιβύῃ. Codex εὔπομα μαρικαίου κώμην γὰρ λέγει δούλων πόλιν. Servorum urbem commemorat Cratinus Seriph. II 2.

XX.

Τῶν γὰρ πονηρῶν μικρόν ἐστι τοὐβολοῦ.

Photius p. 270 12. Μικρὸν τοῦ ὀβολοῦ: τίμιον. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν πονηρῶν. Εὔπολις Μαρίκα (sic) Τῶν γὰρ πονηρῶν κτλ. Eadem Suidas v. Μικρόν. Apud utrumque legitur in Eupolidis versu μικρὸν ἐπὶ τοῦ ὀβολοῦ. Correxit Portus.

XXI.

Ὃς θυμήνας τοῖς στρατιώταις λοιμὸν καὶ ψῶζαν ἔπεμψεν.

Photius p. 657. Ψῶζα: νόσος τις. Εὔπολις Μαρικᾷ Ὃς θυμήνας — ἔπεμψεν. οἱ δέ φασι καὶ τὸ τῆς νόσου εἶδος ὅτι κνησμὸς μετὰ δυσωδίας. Eadem Suidas v. ψῶζα. Pro λοιμὸν Toupius Emend. II p. 399 scribebat λιμόν.

XXII.

Scholiasta Aristoph. Nub. 552: ἐν τῷ Μαρικᾷ προτετελεύτηκε Κλέων. Cfr Hist. crit. p. 102.

XXIII.

Πότερ' ἦν τὸ τάριχος Φρύγιον ἢ Γαδειρικόν;

Stephanus Byz. v. Γάδειρα p. 255: καὶ κτητικὸν Γαδειρικός. Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ Πότερ' ἦν τὸ τάριχος κτλ. Salsamenta Phrygia et Gadica coniungit Pollux VI 48. Gadica praeter Antiphanem et Nicostratum apud Athenaeum III

p. 118 d commemorat Hippocrates, cuius locos indicavit Foesius Oec. Hippocr. p. 612.

XXIV.

Stephanus Byz. v. *Θεσσαλία* p. 394: *λέγεται δὲ Θετταλίζω, ὡς Δωρίζω. ἀφ' οὗ τὸ ἐντεθετταλισμεθα παρὰ τῷ Εὐπόλιδι ἐν Μαρικᾷ, τουτέστι χλαμύδα Θετταλικὴν φοροῦμεν ἢ Θετταλικὸν πτερόν.* Afferunt Polluc. VII 46: *καὶ ἐντεθετταλίσμεθα ἔλεγον τὸ χλαμυδοφοροῦμεν.*

XXV.

Περιήλθομεν καὶ φῦλον ἀμφορειαφόρων.

Suidas, *Ἀμφορεαφόρους: τοὺς μισθίους τοὺς τὰ κεράμια φέροντας — Εὔπολις Μαρικᾷ καὶ Περιήλθομεν καὶ φίλον ἀμφορέα φέρων.* Ita vulgo. Pro *φίλον* cod. A *φῦλον.* Correxit Piersonus ad Moerin p. 62. Ceterum cfr Fragm. inc. fab. V. VI.

Ν Ο Υ Μ Η Ν Ι Α Ι.

Argumentum Aristophanis Acharnensium: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυδήμου ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου. καὶ πρῶτος ἦν. δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. οὐ σώζεται. τρίτος Εὔπολις.* V. Hist. crit. p. 139.

Π Ο Λ Ε Ι Σ.

Chorum huius fabulae, de qua Hist. crit. p. 140 sqq. dixi, ex foederatis Atheniensium civitatibus compositum fuisse fragmenta docent; nec dubitari potest quin simile institutum et Aristophanes in Insulis et alii poetae in aliis fabulis se-

quuti sint. Quo ordine autem civitatum chorus prodierit, hodie sciri non potest, nisi quod ultimum locum tenuit Cyzicus. Nam de eo nulla esse potest dubitatio, non per *στοίχους* et *ζυγά* dispositas, sed aliam post aliam in orchestra comparuisse, de quo recte admonuerunt Dobraeus ad Aristoph. Plut. 718 et Meierus de Andoc. orat. c. Alcib. V 3 p. 15, contrariam sententiam sequente Raspio Dissert. de Eupol. Demis et Civit. p. 84. Fuit igitur chori introitus similis ei quem in Avibus instituit Aristophanes, ubi item singulae chori personae introducuntur et sigillatim recensentur. Ac quemadmodum in Aristophanis dramate duo in scena versantur actores, quorum alter de avibus deinceps advolantibus interrogat alter respondet, idem similiter Eupolin instituisse ex fragmentis intelligitur. Ceterum suspicari licet, suis quamque civitatem insignibus ornatam prodiisse, Tenum (Fragm. I) angues manibus gestantem, Cyzicum staterum *ὁρμαθοὺς* suspensam (Fragm. V), Amorgum amorginis vestibus indutam (Fragm. IV). De tempore fabulae hoc unum afferri potest, eam ante Siciliensem expeditionem esse commissam. V. Hist. crit. p. 141. Eodem ferme tempore doctam videri, quo Vespas docuit Aristophanes, h. e. Olymp. LXXXIX 2, ex Amyniae legatione in utraque fabula commemorata (Fragm. XI) non male colligit Raspius p. 84.

I.

Τῆνος αὕτη,
πολλοὺς ἔχουσα σκορπίους.

Scholiasta Aristoph. Plut. 718: *ἡ Τῆνος αὕτη θηριώδης δοκεῖ εἶναι. καὶ Εὔπολις Πόλεσιν Τῆνος αὕτη κτλ.* Vulgo *τῆνος δ' αὕτη* Correxit Dobraeus ad Plutum l. l. *σκορπίους*, quemadmodum decebat, *serpentes* interpretans. V. Schellenbergium ad Antimachi Fragm. LXX p. 103. Falso Raspius a *σκορπίοις*, quod piscium genus est, insulam commendari putabat.

II.

Αὕτη Χίος, καλὴ πόλις * * *
πέμπει γὰρ ἡμῖν ναῦς μακρὰς ἄνδρας θ' ὅταν δεήσῃ,
καὶ τἄλλα πειθαρχεῖ καλῶς, ἄπληκτος ὥσπερ ἵππος.

Scholiasta Aristoph. Av. 881: *λέγει δὲ περὶ τῆς Χίου καὶ Εὔπολις ἐν Πόλεσιν Αὕτη Χίος καλὴ πόλις κτλ.* Vs. 1 *πάρεστι* supplebat Hermannus Opusc. V p. 295. — Vs. 3 *ἄπληκτος ἵππος.* Apte Raspius comparat Pindarum Olymp. I 20. *δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων.* Ubi Boeckhius affert Platon. Phaedr. p. 253 d. *ἄπληκτος ἵππος κελεύσματι μόνον καὶ λόγῳ ἡνιοχούμενος.*

III.

Πεφυτευμένη δ' αὕτη 'στὶν ἢ ψιλὴ μόνον;

Photius Lex. p. 654. *Ψιλὴ γῆ: ἡ μὴ πεφυτευμένη. Πεφυτευμένη — μόνον. Πόλεσιν.* Recte haec ad Eupolidis fabulam rettulit Porsonus. Nec ab Raspio dissentio, qui fragmentum ad eandem hanc, ex qua superiora, scenam revocavit p. 87 in fine versus supplens *φράσον μοι.* Aut fallor aut alia etiam hic latet corruptela: *μόνον* enim mirifice languet. Suspicabar: *πεφυτευμένη δ' αὕτη 'στίν; B. οὔ· ψιλὴ μὲν οὖν* [*ἅπασα*]. Sive malis: *πεφυτευμένη δ' αὕτη 'στὶν ἢ 'ψιλωμένη;* [*φράσον μοι*]. Sterilem aliquam insulam dicere videtur Atheniensibus foederatam, v. c. Seriphum. Exempla scriptorum, in quibus *γῆ πεφυτευμένη* et *ψιλὴ* aut coniunguntur aut sibi opponuntur, Porsonus et Dobraeus attulerunt, ex Demosth. Leptin. p. 491 27. Themistio Or. II p. 28 c. XXIII p. 298 c et Libanio I p. 611 Rsk.

IV.

Harpocratio p. 14 22: *μνημονεύουσι δὲ οἱ κωμικοὶ πολλάκις τῶν ἀμοργίνων, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ καὶ Εὔπολις Πόλεσιν.* Valde probabilis Raspii p. 88 coniectura est, amorginas vestes ad Amorgum insulam spectare.

V.

Ἡ δ' ὑστάτη ποῦ 'σθ'; B. ἥδε Κύζικος πλέα στατήρων.
ἐν τῇδε τοίνυν τῇ πόλει φρουρῶν ἐγώ ποτ' αὐτός
γυναῖκ' ἐκίνουν κολλύβου καὶ παῖδα καὶ γέροντα,
κἀξῆν ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν κύσθον ἐκκορίζειν.

Scholiasta Venetus ad Aristoph. Pac. 1142 (1176): εἰς κιναιδίαν διαβάλλεται ὥστε μηδὲ τῶν ἀναγκαίων διὰ τὴν εὐρύτητα κρατεῖν δύνασθαι, ὡς Εὔπολις ἐν Πόλεσιν 'Η δ' ὑστάτη ποῦ 'σθ'; κτλ. Initio nonnihil turbatum est: post vs. 1 aliquid excidit. Vs. 2 ἐγώ, quod abest a codice, addendum vidit Hermannus Opusc. V p. 296. — Vs. 3 codex ἐκίνουν δὲ γυναῖκα κολύβου. Correxit Hermannus. — Vs. 4 codex οδ pro ὅλην et σκύθον pro κύσθον. Correxit Hermannus. Ceterum confer Hist. crit. p. 109.

VI.

Ὡς ὑμῖν πάντως ἐγώ
ἀποκρινοῦμαι πρὸς τὰ [κακῶς μου] κατηγορούμενα.

Harpocratio p. 27 19: Ἀπόκρισις ἡ ἀπολογία, Λυσίας. καὶ Δημοσθένης κατ' Αἰσχίνου — Εὔπολις Πόλεσιν 'Ὡς ὑμῖν κτλ. Bekkerus operarum errore ut videtur ἐγὼ πάντως. Locus ex parabasi petitus. Respondet poeta iis, quae ab aemulis poetis ipsi obiecta fuerant. Metrum esse Eupolideum vidit Elmsleius ad Acharn. 632 et ipse monui ad Menandr. p. 93. Verba κακῶς μου addidit Hermannus Opusc. V p. 297. ubi „trochaicum" calami errore scriptum pro „Eupolideum".

VII.

Οὓς δ' οὐκ ἂν εἵλεσθ' οὐδ' ἂν οἰνόπτας πρὸ τοῦ,
νυνὶ στρατηγοὺς ἔχομεν. ὦ πόλις, πόλις,
ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς.

Athenaeus X p. 425 a: τοσαύτη δ' ἦν ἡ τῶν παλαιο-

τέρων τρυφὴ περὶ τὰς πολυτελείας, ὥστε μὴ μόνον οἰνοχόους ἔχειν ἀλλὰ καὶ οἰνόπτας. ἀρχὴ γοῦν ἐστὶν οἱ οἰνόπται παρὰ Ἀθηναίοις, ἧς μνημονεύει ἐν ταῖς Πόλεσιν Εὔπολις ἐν τούτοις Οὓς δ' οὐκ ἂν κτλ. Vs. 2 ἔχομεν addidi praeeunte Hermanno Opusc. V p. 297. Pessime alii λεύσσομεν. Sequentia habet etiam schol. Aristoph. Nub. 583: ἀποτυχόντα φασὶ Ποσειδῶνα τῆς χώρας τὸ κακῶς βουλεύεσθαι ἐνσκῆψαι αὐτοῖς· τὴν δὲ Ἀθηνᾶν παρασχεῖν τὸ κακῶς βουλευθὲν ἀποκλῖναι καλῶς. καὶ ἦν τοῦτο λεγόμενον. Εὔπολις Ὦ πόλις πόλις κτλ. Exscripsit haec Suidas v. δυσβουλία Ἀθηναίων, ubi poetae nomen excidit. Dictum illud, Athenienses feliciores esse quam prudentiores, a multis usurpatum est. Latine vertit Grotius Excerptis p. 502:

Quos antehac fecissetis non vinispices,
duces nunc facitis. civitas, o civitas,
quanto fortuna melior quam mens est tibi.

VIII.

Συρακόσιος δ' ἔοικεν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ,
τοῖς κυνιδίοισι τοῖσιν ἐπὶ τῶν τειχίων·
ἀναβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ βῆμ' ὑλακτεῖ περιτρέχων.

Scholiasta ad Aristoph. Av. 1297. ubi Syracosius propter loquacitatem cum κίττῃ comparatur: οὗτος γὰρ τῶν περὶ τὸ βῆμα. καὶ Εὔπολις ὡς λάλον ἐν Πόλεσιν διασύρει Συρακόσιος δ' ἔοικεν κτλ Ita pro Πύλαις correxit Kusterus. Vs. 2 vulgo κυνιδίοις τοῖς. Correxit Grotius Excerptis p. 502 et postea Porsonus Misc. p. 35. Ibidem pro τειχέων, quod duabus de causis reiiciendum est, scripsi τειχίων. Hesychius, Τειχίον: οἱ Ἀττικοὶ τὸν περίβολον τοῖς χωρίοις. Cfr Haasium ad Leon. Diac. I p. 192 c. Idem iam ab alio docto commendatum memini. — Vs. 3 τὸ a Grotio additum, qui locum ita vertit:

Syracosius persimili 'st cum fari incipit
caniculis quas cernere est in moenibus:
suggestu namque ascenso latrat cursitans.

IX.

Ὄρτυγας ἔθρεψας σύ τινας ἤδη πώποτε;
B. ἔγωγε μίκρ' ἄττ' ὀρτύγια· κἄπειτα τί;

Athenaeus IX p. 392 e: *ὑποκοριστικῶς δὲ Εὔπολις ἐν Πόλεσιν αὐτοὺς (ὄρτυγας) κέκληκεν ὀρτύγια, λέγων οὕτως Ὄρτυγας ἔθρεψας κτλ.* Haud improbabile est haec spectare ad Demum Pyrilampis filium (Fragm. XVII), quem patris exemplo avium altorem fuisse constat. V. Boeckhii Dissert. II de tempore Plat. reipubl. p. 14. Vs. 1 libri *θρέψας* et vs. 2 *μικρά γ' ὀρτύγια.* Correxit Porsonus Adv. p. 112 et Miscell. p. 240. Quamquam *μικρά γ'* fortasse non tentandum.

X.

Κακὸς μὲν οὐκ ἦν, φιλοπότης δὲ κἀμελής,
κἀνίοτ' ἂν ἀπεκοιμᾶτ' ἂν ἐν Λακεδαίμονι,
κἂν Ἐλπινίκην τήνδε καταλιπὼν μόνην.

Plutarchus Vit. Cim. 15: *τὸν δῆμον ἐξηρέθιζον ἐκεῖνά τε τὰ πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἀνανεούμενοι καὶ Λακωνισμὸν ἐπικαλοῦντες· εἰς ἃ καὶ τὰ Εὐπόλιδος διατεθρύληται περὶ Κίμωνος ὅτι Κακὸς μὲν οὐκ ἦν κτλ.* Ad *Πόλεις* rettuli Hist. crit. p. 109 propter scholiastam Aristidis p. 515 ed. Dind. *πεντήκοντα δὲ τάλαντα ἐπράξαντο (Κίμωνα). Δίδυμος δέ φησιν οὐχ ὅτι ἐλακώνιζεν, ἀλλ' ὅτι Ἐλπινίκῃ τῇ ἀδελφῇ συνῆν. αἴτιοι δὲ τῆς διαβολῆς οἱ κωμικοί, καὶ μάλιστα Εὔπολις ἐν Πόλεσιν.* Composuit haec etiam Bergkius Comment. p. 200. Cfr Tzetzes Chil. I 590: *ἔστι γὰρ πλῆθος ἄπειρον τῶν ταῦτα* (de Cimonis cum sorore consuetudine) *γεγραφότων, οἱ κωμικοὶ καὶ ῥήτορες, Διόδωρος καὶ ἄλλοι.* Vs. 2 prius *ἂν* a Porsono ad Orest. 581 additum. Blomfieldius ad Aesch. Prom. 795 tentabat *κἂν ἐνίοτ' ἀπεκοιμᾶτο,* Reiskius *κἀνίοτε δ' ἀπεκοιμᾶτο.* — Vs. 3 fortasse *τῇδε.* Latine reddidit Grotius Excerptis p. 504:

Malus haud erat, sed potor atque indiligens:
nam pernoctabat saepius Lacedaemone,
solam relinquens Elpinicen hanc domi.

XI.

Χάμυνίας ἐκεῖνος ἀμέλει κλαύσεται,
ὅτι ὢν ἄγροικος ἵσταται πρὸς τῷ μύρῳ,
ὅτι θεῶν ἕνεκ' ἔπλευσε κακὸς ὢν εἴσεται.

Scholiasta Aristoph. Vesp. 1263: *καὶ Εὔπολις ἐμφαίνει τὴν πρεσβείαν ἐν ταῖς Πόλεσιν· Χάμυνίας ἐκεῖνος κτλ.* Vs. 1 vulgo *Χὼ 'Μυνίας*, — Vs. 2 *ὢν* addidit Dobraeus ad Aristoph. Eccl. 289. Hermannus Opusc. V p. 297 praeterea *ὅτι τ' ὤν*. Ibid. vulgo *μυρίῳ*. Correxit Dobraeus. Cfr supra p. 253. — Vs. 3 cod. Ven. *εἵνεκ'*. Hermannus *ὅτι θ' ὧν ἕνεκεν* etc. hoc sensu: Amynias ille poenas dabit et quod, rusticus quum sit, unguentis adstat, et quod cuius rei caussa legatus missus est, in ea se male versatum intelliget. Mihi *ὅτι* ex secundo versu repetitum locusque ita scribendus videbatur, *ὧν θ' ἕνεκ' ἔπλευσε ταῦτα κακὸς ὢν εἴσεται*. Amyniae *παραπρεςβείαν* ex Eupolide commemorat etiam scholiasta Nub. 691: *Εὔπολις δὲ ὡς παραπρεσβευτήν, ὅπερ καὶ ἐν τοῖς Σφηξὶ φαίνεται.*

XII.

Οὐκ ἀργαλέα δῆτ' ἐστὶ πάσχειν ταῦτ' ἐμέ,
τὸν Λευκολοφίδου παῖδα τοῦ Πορθάονος;

Scholiasta Aristoph. Ran. 1561: *μετ' Ἀδειμάντου τοῦ Λευκολόφου] στρατηγὸς ἦν τοῦ ναυτικοῦ, καὶ Εὔπολις μέμνηται ἐν Πόλεσιν οὕτως περὶ τοῦ Ἀδειμάντου Οὐκ ἀργαλέα δῆτ' ἐστί κτλ.* Vs. 1 *ἀργαλέα* schol. Rav. Vulgo *ἀργαλέον*. — Vs. 2 scripsi *Λευκολοφίδου* pro *Λευκολόφου*. Leucolophidam Adimanti patrem commemorat Plato Gorg. p. 18 e. et Xenophon Hell. I 4 21. Eum metri necessitate coactus *Leucolophum* dixit Aristophanes: nisi is risus caussa

Adimantum *λευκόλοφον* dixisse putandus est. *Πορθάονος* pro codicis lectione *Πόρθάνος* scripsi cum Dindorfio, quamquam quid sit quod Leucolophidam Porthaonis filium fecerit nescimus. Adimantum postea Olymp. XCIII 4 in praelio ad Aegos potamos captum esse docet Xenophon Hell. II 1 30.

XIII.

Ἐξ Ἡρακλείας ἀργύριον ὑφείλετο.

Scholiasta Aristoph. Nub. 350 60: *σοφιστὴς ὁ Σίμων ἦν καὶ τῶν ἐν πολιτείᾳ διαπρεπόντων τότε, καὶ πάντως τῶν δημοσίων τι ἐνοσφίσατο χρημάτων. μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Εὔπολις ἐν Πόλεσιν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς διαβάλλων αὐτὸν ἐγκλήμασιν οὕτως Ἐξ Ἡρακλείας κτλ.*

XIV.

Ἔστι δέ τις θήλεια Φιλόξενος ἐκ Διομείων.

Scholiasta Aristoph. Vesp. 84: *καὶ γὰρ ὁ Φιλόξενος ἐκωμῳδεῖτο ὡς πόρνος. Εὔπολις Πόλεσιν Ἔστι δέ τις κτλ. καὶ Φρύνιχος Σατύροις.* Non male Raspius p. 105 hexametrum illum ab Hierocle (Fragm. XVI) inter oracula fusum esse conicit. Philoxeni Diomiensis mollitiem notavit Aristophanes cum l. l. *καταπύγων ἐστὶν ὅ γε Φιλόξενος*, tum Nub. 690 *ὁρᾷς; γυναῖκα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς.* Hinc *θηλυδριῶν* choro accensetur a Libanio pro Saltat. XIX p. 500 D.

XV.

Ὡς αὖ τίν' ἔλθω δῆτά σοι τῶν μάντεων;
πότερος ἀμείνων ἀμφοτέρων; ἢ Στιλβίδης;

Scholiasta Aristoph. Pac. 1031: *ὁ Στιλβίδης εὐδόκιμος καὶ περιβόητος μάντις — μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Εὔπολις Πόλεσιν Ὡς αὖ τίν' ἔλθω κτλ.* Vs. 1 pro *αὖ* Ven. *οὖν*. Fort. *ἄν*. — Vs. 2 *ἢ Στιλβίδης* Florens Christianus: illud tuetur Raspius p. 104. De Stilbide Niciae familiari cfr Hist. crit. p. 141.

XVI.

Ἱερόκλεες βέλτιστε χρησμῳδῶν ἄναξ.

Scholiasta Aristoph. Pac. 1046: *οὗτος* (Hierocles) *μάντις ἦν καὶ χρησμολόγος — καὶ Εὔπολις Πόλεσιν Ἱερόκλεες κτλ.* Opportune Dindorfius admonuit versus Aeschylei Sept. c. Th. 39. *Ἐτεόκλεες φέριστε Καδμείων ἄναξ.*

XVII.

Καὶ τῷ Πυριλάμπους ἆρα Δήμῳ κυψέλη
ἔνεστιν;

Scholiasta Aristoph. Vesp. 98: *τὸν Πυριλάμπους*] *μέμνηται τούτου καὶ Εὔπολις ἐν Πόλεσιν Καὶ τῷ Πυριλάμπους Δήμῳ ἆρα κυψέλη ἔνεστιν. ἦν δὲ καὶ εὔμορφος ὁ Δῆμος.* Verba *Δήμῳ ἆρα* transposui. Nisi forte *Δήμῳ* ex interpretatione accessit, Eupolis autem scripsit,

Καὶ τῷ Πυριλάμπους ἆρ' ἔνεστι κυψέλη;

Κυψέλην ἐν ὠσὶν ἔχειν proverbialis dicendi forma fuisse videtur de hominibus stupidis bardisque. Comicus incertus apud Bekkerum Anecd. p. 425. *ἄπλατον ἐν τοῖς ὠσὶ κυψέλην ἔχεις.* Nec dubito quin etiam in Eupolidis versu pro *ἔνεστιν* scribendum sit *ἐν ὠσίν.* De Demo Pyrilampis filio, adolescentulo corporis venustate praestante, veterum scriptorum locos composuit Boeckhius in Prooem. lectt. aest. Berol. 1839 p. 14. Commemoratur etiam et *θηλυδρίαις* accensetur a Libanio pro Salt. XIX p. 500 D.

XVIII.

Ὥσπερ ἐπὶ τὴν Λύκωνος ἔρρει πᾶς ἀνήρ.

Scholiasta Aristoph. Vesp. 270: *τὴν Λύκωνος*] *τὴν Ῥοδίαν λέγει οὕτω καλουμένην, τὴν Αὐτολύκου μὲν μητέρα, γυναῖκα δὲ Λύκωνος, ἐπ' αἰσχροῖς κωμῳδουμένην. Εὔπολις Πόλεσιν Ὥσπερ ἐπὶ τὴν κτλ.* Vulgo *συνέρρει.* MS Barocc. *ἔρρει* omisso *τήν.* De Rhodia Lyconis uxore cfr ad Eupolidis Autol. IV et Amicor. Fragm. X.

XIX. XX.

Scholiasta Aristoph. Ran. 1001: *Θηραμένης δοκεῖ προσγεγράφθαι τῇ πολιτείᾳ Ἅγνωνος αὐτὸν ποιησαμένου, ὡς Εὔπολις Πόλεσιν.* De Hagnone Theramenis patre adoptivo cfr Xenophontem Hellen. II 3 20 et schol. Aristoph. Ran. 546. — Scholiasta Luciani Tim. 30: *Ὑπερβόλου μέμνηται καὶ Εὔπολις Πόλεσιν.*

XXI.

Scholiasta Aristoph. Acharn. 503: *εἰς τὰ Διονύσια ἐτέτακτο Ἀθήναζε κομίζειν τὰς πόλεις τοὺς φόρους, ὡς Εὔπολίς φησιν ἐν Πόλεσιν.* Cfr schol. ad vs. 377.

XXII.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 331: *Χαιρεφῶντα διὰ τὴν χροιὰν πύξινον Εὔπολις Πόλεσιν καλεῖ.* Scholiasta Aristoph. Vesp. 1399: *Χαιρεφῶντα τὸν πύξινον τὸν Σωκράτους ἑταῖρον λέγει.* Tzetzes Exeg. Iliad. p. 12 17: *Χαιρεφῶν ὁ Σωκρατικὸς ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ὠχρὸς εἶναι καὶ μέλας νυκτερὶς* (Aristoph. Av. 1563) *καὶ πύξινος.* Respicit etiam Eustathius p. 810 40 et 1350 4.

XXIII.

Ὦ δέσποτα, καὶ τάδε νῦν ἄκουσον, ἂν λέγω σοι.

Scholiasta Hephaest. p. 85 Gaisf. *ἔσθ' ὅτε καὶ τὰς ἰαμβικὰς ἐπιμιγνύουσι ταῖς κατειλεγμέναις συζυγίαις, τῇ τε ἰωνικῇ καὶ τῇ χοριαμβικῇ, πάλιν προσοδιακὸν καλοῦντες, ὥσπερ Εὔπολις ἐν ταῖς Πόλεσιν Ὦ δέσποτα κτλ.* Vulgo *ἃ λέγω.* Correxit Dobraeus apud Gaisfordium. Versus est Archilochius, cuius rationem exposuit Hermannus Doctr. metr. p. 593 et Opusc. V p. 208.

XXIV.

Ὃς τὴν Μαραθῶνι κατέλιφ' ἡμῖν οὐσίαν.

Photius Lex. p. 362 12. *Οὐσίαν: τὰ χρήματα, ὡς ἡμεῖς.*

Εὔπολις Πόλεσιν, *Ὃς τὴν ἐν Μαραθῶνι κατέλιπεν ἡμῖν οὐσίαν*. Ita codex: correxit Porsonus. Non coniungi posse videtur *τὴν Μαραθῶνι οὐσίαν*, ut voluit Raspius p. 101, *οὐσία* per *μάχη* interpretatus. Hoc potius dicere videtur: Miltiades victoriam Marathoniam tanquam summas opes et divitias nobis reliquit.

XXV.

Τί δ᾽ ἔστ᾽ Ἀθηναίοισι πρᾶγμ᾽ ἀπώμοτον;

Suidas v. *ἀπώμοτον* vol. I p. 303. *Ἀπώμοτον: ἀπηγορευμένον, φευκτόν· Τί δ᾽ ἔστ᾽ — ἀπώμοτον; Εὔπολις ἐν ταῖς Πόλεσιν.* Eadem habet Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 441. Eundem versum latere apud Dionem Chrysost. XXXII p. 655 monui Hist. crit. p. 141, nescius tum idem vidisse iam Porsonum ad Aristoph. Equ. 42. Respicit ad hunc locum etiam Phrynichus Praep. Soph. p. 21 3. *Ἀπώμοτον πρᾶγμα: ὃ ἄν τις ἀπομόσειε μὴ ἂν γενέσθαι.* Grotius Excerptis p. 503: *Quae desperanda res Atheniensibus?*

XXVI.

Ἣν οὐκ ἀνέῳξα πώποτ᾽ ἀνθρώποις ἐγώ.

Suidas v. *ἀνεῴγεισαν* vol. I p. 198: *Ἀνέῳγεν οὐχὶ ἤνοιγεν — Εὔπολις Πόλεσιν Ἣν οὐκ ἀνέῳξα κτλ.* Eadem Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 399. ubi *ὃν* legitur pro eo quod Suidas habet *ἥδ᾽*. Correxit Porsonus Adv. p. 285.

XXVII a.

Ὡς μόλις ἀνήρρησ᾽· οὐδὲν ἴσμεν οἱ σαπροί.

Suidas v. *ἀνήρρησεν* vol. I p. 208. *Ἀνήρρησεν: ἀνεφθάρη. Ὡς μόλις — σαπροί. Εὔπολις Πόλεσιν.* Eadem Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 402 29. ubi cod. *ἀνήρρησαν*. Vulgo apud Suidam *ἀνήρρησεν, οὐδένες μέν*. Correxit Porsonus Adv. p. 285. Quanto cum labore, inquit, in scenam ascendi! Cfr Raspius p. 95.

XXVII b.

Οὐ γὰρ πολυπράγμων ἐστίν, ἀλλ' ἀπλήγιος.

Suidas v. ἀπλήγιος I p. 269. Ἁπλήγιος: δασέως, ἁπλοῦς. καὶ Εὔπολις Πόλεσιν Οὐ γὰρ πολυπράγμων κτλ. Eadem Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 425 18. ubi recte οὐ γάρ. Suidas vulgo οὔτ' ἄν. Cod. Oxon. οὔτ' ἄρ, unde γὰρ scripsit Porsonus ad Aristoph. Nub. 518. 647. Latine transtulit Grotius Excerptis p. 503: *Non curiosus ille est, sed simplex nimis.*

XXVIII.

Ὁ Φιλῖνος οὗτος, τί ἄρα πρὸς ταύτην βλέπεις;
οὐκ ἀπολιβάξεις εἰς ἀποικίαν τινά;

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 431 3. Ἀπολιβάξαι: τὸ ἐκρυῆναι, ἀπὸ τῆς λιβάδος. ἄλλοι δὲ πόρρω ἀπελθεῖν, παρὰ τὴν Λιβύην. — Εὔπολις Πόλεσιν Ὁ Φιλῖνος οὗτος κτλ. Vs. 1 codex Φίλιννος, quae aeolica forma est pro Φιλῖνος, quod reposuit etiam Runkelius. „Ταύτην rettulerim ad Πόλιν aliquam." Raspius p. 91. — Vs. 2 codex ἀπολιβάζεις: correxit Fritzschius de Aristoph. Daet. p. 75 afferens Aristoph. Av. 1467: οὐκ ἀπολιβάξεις ὦ κάκιστ' ἀπολούμενος.

XXIX.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 453. Ἄσπουδος: ὁ μὴ σπουδαῖος. οὕτως Ἀρχίδης. Εὔπολις Πόλεσιν Ἄσπουδος δ' ἀνὴρ σπουδαίου κακίων. Hermannus Opusc. V p. 296:

Ἄσπουδος ἀνὴρ δὲ σπουδαίου 'στὶ κακίων.

Paullo numerosius ni fallor potuisset ἄσπουδος ἀνὴρ σπουδαίου γ' ἐστὶ κακίων. Archides iste qui sit ignoro, nec dubito quin verba οὕτως Ἀρχίδης ex σπουδαρχίδης corrupta sint.

XXX.

Ἄνδρες λογισταὶ τῶν ὑπευθύνων χορῶν.

Harpocratio p. 121 14: μέμνηται τῆς ἀρχῆς (λογιστὰς

dicit) *καὶ οἱ κωμικοί. Εὔπολις Πόλεσιν "Ἄνδρες λογισταὶ κτλ.* Cod. A *ὑπευθυνῶν.* BG *ἐπευθυνῶν.* „Quid quaeso hoc est? an choro reddenda erat ratio facti apud logistas? minime. Nam sive Hermannum sequi velis, qui discrimen inter logistas et euthynas negat, sive Boeckhium, qui contrariam amplectitur sententiam: hoc apparet, utrosvis ad rationem reddendam eos vocasse tantummodo, qui munere publico functi essent. Quid igitur logistae ad chorum? Fortasse lepida comparatione alloquitur his nescio quis quinque magistros illos certaminis, qui, in proedria sedentes, iudicium laturi erant de tribus choris i. e. comoediis." Raspius p. 100. Mihi chorus in parabasi iocose spectatores compellare videbatur.

XXXI.

Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔστ' οὐδὲ λάσαν' ὅπου χέσω.

Moeris Attic. p. 202 30: *Λάσανον καὶ τοὺς χυτρόποδας καὶ τοὺς δίφρους, ὡς Εὔπολις Πόλεσιν Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔστ' οὐδὲ λάσανον ὅπου χέσω.* Ita codex: correxit Raspius p. 89. De usu pluralis *λάσανα* dixi ad Cratinum p. 49. ubi confidentius dicere poteram, singulari numero Atticos, certe si *ἀπόπατον* designare vellent, nunquam usos esse. Satis probabiliter Raspius civitatem hic loqui coniicit Atheniensium aviditate exhaustam.

XXXII.

Καὶ Χαόνων καὶ Παιόνων καὶ Μαρδόνων.

Stephanus Byz. v. *Μαρδόνες* p. 536. *Μαρδόνες: Ἠπειρωτικὸν ἔθνος. Εὔπολις Πόλεσιν Καὶ Χαόνων κτλ.* Mardones qui praeterea commemoraverit novi neminem.

XXXIII.

Κακὰ τοιάδε
πάσχουσιν, οὐδὲ πρᾶσιν αἰτοῦσιν.'

Pollux VII 13: *ὃ δὲ οἱ νῦν φασὶ τοὺς οἰκέτας πρᾶσιν*

αἰτεῖν, *ἔστιν εὑρεῖν ἐν ταῖς Ἀριστοφάνους Ὥραις Ἐμοὶ | κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον δραμεῖν, | ἐκεῖ δ' ἕως ἂν πρᾶσιν εὕρωμεν μένειν. Ἄντικρυς δὲ ἐν ταῖς Εὐπόλιδος Πόλεσιν Κακὰ τοιάδε πάσχουσιν οὐδὲ πρᾶσιν αἰτῷ.* Ita editio princeps; in aliis antiquis exemplaribus pro *αἰτῷ* legi *αἰτοῦσιν*, docet editoris annotatio: codices quid habeant non indicatum est. Versuum reliquias digessit Toupius Emend. IV p. 370. De re laudant Plutarch. de Superst. cap. 6: *ἔστι καὶ δούλοις νόμος ἐλευθερίαν ἀπογνοῦσι πρᾶσιν αἰτεῖσθαι καὶ δεσπότην μεταβάλλειν ἐπιεικέστερον.* Cfr Schoemannus de Comitiis Athen. p. 403 sq.

XXXIV. XXXV.

Pollux II 77: *γράσος εἴρηται ἀλλαχοῦ καὶ ἐν Πόλεσιν Εὐπόλιδος.* Idem VII 29: *καλαθίσκοι, Εὐπόλιδος εἰπόντος ἄνευ καλαθίσκου.*

XXXVI.

Καρδόπους,
κρατῆρας, ὀκτὼ δὲ χύτρας, δύο τρυβλίω,
κνέφαλλά τε καὶ θέρμαυστριν, ἓξ θρόνους, χύτραν,
κάννας ἑκατόν, κόρημα, κιβωτόν, λύχνον.

Pollux X 192: *σκευῶν ἐν Εὐπόλιδος Πόλεσιν κατάλογος Καρδόπους κτλ.* Vs. 1 ed. princ. post *καρδόπους* habet *δέ*, in quo fortasse *δέκα* latet. — Vs. 2 adscripsi ut legitur in ed. principe. Cod. A *κρατῆρας ὀκτώ, χύτρας.* Hemsterhusius nescio unde *κρατῆρας καὶ ὀκτὼ χύτρας.* Salmasius *κρατῆρας ὀκτώ, δύο χύτρας.* Possis *δέκα χύτρας.* Runkelius *κρατῆρας ὀκτώ, καρδόπους, δύο τρυβλίω*, verbis *δὲ χύτρας* recisis. — Vs. 3 scripsi *κνέφαλλα* pro *κνέφαλα.* Ibid. *θέρμαστρον* ed pr. *θέρμαυστριν* cod. Seberi. Quae forma Polluci etiam X 66 ex codicibus restituenda videtur. Pro *χύτραν*, quod haud dubie corruptum, Bentleius Epist. ad Hemsterh. p. 111 scribebat *λύραν*, cuius nullus hic lo-

cus esse videtur. — Vs. 4 cod. Voss. *κλίνας*, quod receperunt recentiores. Revocavi *κάννας*, quod minime ineptum hoc loco.

Π Ρ Ο Σ Π Α Λ Τ Ι Ο Ι.

Quam Th. Bergkius Epist. ad Schillerum p. 148 de huius fabulae argumento coniecturam proposuit, eam postea Comment. p. 357 copiosius explicuit. Opposui quaedam Hist. crit. p. 142. Ac ne nunc quidem adduci me posse fateor, ut in Euthyphrone ludificando argumentum dramatis versatum esse concedam. Cfr ad Fragm. IV.

I.

Μήτηρ γάρ αὐτῷ Θρᾷττα ταινιόπωλις ἦν.

Athenaeus VII p. 326 a: *ὅταν δ' Εὔπολις ἐν Προσπαλτίοις λέγῃ Μήτηρ — ἦν, ἐπὶ τῶν ὑφασμάτων λέγει καὶ τῶν ζωνῶν, αἷς αἱ γυναῖκες περιδέονται.* Ante Schweighaeuserum *ταινιόπωλις τὴν ἐπὶ τῶν κτλ.* Verba *Θρᾷττα ταινιόπωλις* ex hoc loco afferre Eustathium ad Odyss. p. 1934 32 annotavit Dindorfius. De sententia versus Eupolidei v. Hist. crit. p. 142 et Bergkii Comment. p. 357.

II.

Τὸ δεῖν' ἀκούεις; Ἡράκλεις, τοῦτ' ἔστι σοι
τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν καὶ σφόδρα
ψυχρόν. γελῶσιν, ὡς ὁρᾷς, τὰ παιδία.

Aspasius ad Aristotelis Eth. Nicom. IV 2: *σύνηθες ἐν κωμῳδίᾳ παραπετάσματα δέρρεις ποιεῖν οὐ πορφυρίδας. Μυρτίλος ἐν Τιτανόπασι τὸ δεινῆς ἀκούεις. Ἡράκλεις, τοῦτ' ἔστι σοι τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν καὶ σφόδρα ψυχρὸν γελᾷς, ὁρᾷς τὰ παιδία. διασύρονται γὰρ οἱ Μεγαρεῖς ἐν κωμῳδίᾳ, ἐπεὶ καὶ*

ἀντιποιοῦνται αὐτῆς ὡς παρ' αὐτοῖς εὑρεθείσης, εἴγε καὶ Σουσαρίων ὁ κατάρξας κωμῳδίας Μεγαρεύς. ὡς φορτικοὶ τοίνυν καὶ ψυχροὶ διαβάλλονται, καὶ πορφυρίδι χρώμενοι ἐν τῇ παρόδῳ. Non Myrtili illud fragmentum esse, sed Eupolidis ex Prospaltiis docet scholiasta Aristophanis Vesp. 56: ὡς τῶν Μεγαρέων γελώντων καὶ ἄλλως φορτικῶς γελοιαζόντων. Εὔπολις Προσπαλτίοις Τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν σφόδρα. Quae ductu et indicio Aspasii corrigenda esse monui olim ad Philem. p. 382. Cfr Fritzschius Actis Societ. graecae I p. 130 et Th. Bergkius Comment. p. 359. Vs. 1 vulgo τὸ δεινῆς ἀκούεις. Neque aliter liber MS apud Gaisfordium ad Hephaest. p. 97. nisi quod δεινῆς a pr. m. sed δεινῶς ex emendatione. Hoc probavit Bergkius; sed quid sit δεινῶς ἀκούειν non perspicio. Fritzschius tentabat τοῦ δεῖνος ἀκούεις, hoc sensu: *audin' spectatorem illum dicentem: Hercle, istud quidem inventum est lascivum et Megaricum.* Aptius fortasse videbitur quod reposui τὸ δεῖν' ἀκούεις; *audin' istud?* Possis etiam ὁ δεῖν', ἀκούεις; *heus tu, audisne?* Tres enim in scena versari videntur actores, quorum quum unus inficetum in modum iocatus esset, alter ad tertium conversus, *audin'*, inquit, *quae iste nugatur?* ὁ δεῖνα *heus tu*, ut apud Antiphanem Athenaei X p. 423 d: ὁ δεῖν' Ἰᾶπυξ, κέρασον εὐζωρέστερον. — Vs. 3 scripsi ex emendatione Dobraei ad Porsoni Miscell. p. 384. Fritzschius tentabat aut,

τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικόν, καὶ πάνυ
ψυχρὸν γελᾷ σφόδρ', ὡς ὁρᾷς, τὰ παιδία,

aut retenta in ceteris lectione edita, γελᾷ δ' οὖν, ὡς ὁρᾷς, τὰ παιδία. At nec πάνυ σφόδρα dirimuntur, nec particulae δ' οὖν hoc loco aptae sunt. Bergkius denique coniiciebat καὶ σφόδρα ψυχρὸν γελᾷς· γελῶσ', ὁρᾷς, τὰ παιδία, numeris quidem non optimis. Illud autem recte monuit, respicere ad ineptos illos nescio cuius in Eupolidea fabula iocos Aristophanem Nub. 337 loco notissimo:

οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων τἄπη, τῇ βακτηρίᾳ
τύπτει τὸν παρόντ', ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα.

Ubi scholiasta haec habet, *ὡς Εὔπολις ἐν τοῖς Προσπαλτίοις.* Neque enim Fritzschio assentior, qui hanc scholiastae annotationem ad vs. 334 sq. spectare existimat, ubi gloriatur poeta quod non aemulorum poetarum exemplo phallo in scenam proferendo adolescentulos oblectaverit,

οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθειμένον,
ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχύ, τοῖς παιδίοις ἵν' ᾖ γέλως.

Qui locus commovit virum cl. ut in Eupolideo fragmento *τὸ σκῶμμα ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν* de ipso illo invento interpretaretur.

III.

Πάντα γὰρ τυχὼν ἄπει.

Priscianus XVIII p. 1175 39 (p. 103 ed. Kr.) „*Impetro illam rem* dicimus, sicut et Attici. *Εὔπολις ἐν Δήμοις Λέγ' ὅτου 'πιθυμεῖς, κοὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ.* Idem *Προσπαλτίοις Πάντα γὰρ τυχὼν ἄπει.*" Veteres editt. *προστάττοις.* Cod. Monac. apud Spengelium App. ad Varr. p. 622 et ed. Asc. *προσπαλτίοις.* Pro *ἄπει*, quod Putschius habet, ceteri fere *αὐτῇ.* Cod. Monac. *ΑΙΤ.* Ed. Asc. *αἴτι.* Ceterum diversa composuit Priscianus: nam in primo loco *ἀτυχήσεις* non cum *οὐδέν*, sed cum *ἐμοῦ* coniungendum est. Alter locus unus ex paucis est, in quibus accusativus cum *τυχεῖν* coniunctus nec per attractionem nec aliis modis, quos Hermannus ad Viger. p. 762 proposuit, explicari potest.

IV.

Τί καταχροᾶσθέ μου τὰ μουσοδονήματα;

Priscianus XVII p. 1186 20 (p. 214 ed. Kr.) „Attici *καταχρόᾶσθαι τούτου καὶ τοῦτον. Εὔπολις Προσπαλτίοις Τί καταχροᾶταί μου τὰ μουσοδονήματα.*" Eupolidis locum editiones ante Putschium omittunt. Pro *καταχροᾶται* cod. Monac. *ΚΑΤΑΚΡΟΑΣΘΑΙ.* Leid. *ΚΑΤΑΚΡΟΑΑΣΘΕ.* Hinc recte editor Scapulae Oxon. *καταχροᾶσθε*, quod etiam

Bergkius coniecit Comment. p. 360. Sensus est, *quid subauscultando aucupamini poeticos meos furores?* Ceterum hic maxime locus Bergkium commovisse videtur, ut fabulam hanc in Euthyphronem scriptam esse coniiceret. Ac convenit sane cum Euthyphronis ingenio, quale illud a Platone describitur cum aliis locis a Bergkio p. 360 allatis, tum in Cratylo p. 409 d: *τὸ πῦρ ἀπορῶ, καὶ κινδυνεύει ἤτοι ἡ τοῦ Εὐθύφρονός με μοῦσα ἐπιλελοιπέναι ἢ τοῦτό τι παγχάλεπον εἶναι.* Sed vereor ne iusto suspicacior fuerit vir ingeniosissimus.

V.

Ἢ πηλὸν ὀργάζειν τινά.

Scholiasta Aristophanis Av. 840: *ὄργασον ἀντὶ τοῦ μάλαξον. Εὔπολις Προσπαλτίοις Ἢ πηλὸν ὀργιάζειν τινά.* Correxit Ruhnkenius ad Tim. p. 180.

VI.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 391: *Κρατῖνος δὲ Ὀμφάλη τύραννον αὐτὴν* (Aspasiam) *καλεῖ, Χείρων Εὔπολις Φίλοις· ἐν δὲ Προσπαλτίοις Ἑλένην αὐτὴν καλεῖ.* Dixi de hoc loco ad Cratini Chir. p. 148 sq.

T A Ξ I A P X O I.

De consilio et argumento huius fabulae coniecturam periclitatus sum Hist. crit. p. 143. De tempore, quo eam in certamen commisit Eupolis, in fragmentis nullum indicium, nisi quod magnas Phormionis partes in ea fuisse intelligimus. Vix igitur doceri potuit post primum annum Olymp. LXXXVIII, quo ineunte Phormionem obiisse ex Thucyd. II 103 et III 7 probabiliter efficias.

I.

ΦΟΡΜΙΩΝ.

Οὐκοῦν περιγράψεις ὅσον ἐναριστᾶν κύκλον;

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

Τί δ' ἔστιν; εἰς ὤμιλλαν ἀριστήσομεν;
ἢ κόψομεν τὴν μᾶζαν ὥσπερ ὄρτυγα;

Pollux IX 102: *οἱ μὲν οὖν κύκλου περιγραφέντος ἀφιέντες ἀστράγαλον ἐστοχάζοντο τοῦ μεῖναι τὸν βληθέντα ἐν τῷ κύκλῳ· ταύτην εἰς ὤμιλλαν τὴν παιδιὰν ὠνόμαζον. καί τοι με οὐ λέληθεν, ὅτι καὶ ὄρτυγα ἐνιστάντες τῷ περιγραπτῷ κύκλῳ, ὁ μὲν ἔκοπτε τὸν ὄρτυγα τῷ δακτύλῳ, ὁ δὲ πρὸς τὴν πληγὴν ἐνδοὺς ἀνεχαίτιζεν ἔξω τοῦ κύκλου, καὶ ἡττᾶτο ὁ τοῦ ὄρτυγος δεσπότης. ἐν γοῦν Ταξιάρχοις Εὔπολις τοῦ Φορμίωνος εἰπόντος Οὐκοῦν — κύκλον; ἀποκρίνεται Τί δ' ἔστιν κτλ.* **Vs. 1** *ἐναριστᾶν* **codd. Ed. pr.** *εἰς ἄριστον.* **Salmasius** *ἐς ἄριστον.* **— Vs. 2** *τί δ' ἔστιν* **cod. Voss. Alius liber** *τί δέ ἐστιν.* **Falckenb.** *πάρεστιν* **in quo fortasse** *τί γάρ ἐστιν* **latet. Editio princ.** *τί ἐστιν.* **Pro** *ὤμιλλαν* **olim** *ἅμιλλαν.* **Ibid. ed. pr.** *ἀριστήσομαι* **et vs. 3** *κόψομαι.* **Utrumque ex codd. correctum. Sententiam fragmenti explicui Hist. crit. p. 144. De verbo** *κόπτειν* **dixi supra p. 8. De Bacchi hac in fabula partibus vide quae dixi ad Fragm. IV.**

II.

Δίδου μασᾶσθαι Ναξίας ἀμυγδάλας,
οἶνόν τε πίνειν Ναξίων ἀπ' ἀμπέλων.

Athenaeus II p. 52 d: *ἐπακτικώτατα δὲ πρὸς ποτὸν τὰ ἀμύγδαλα προεσθιόμενα. Εὔπολις Δίδου μασᾶσθαι κτλ.* **Fabulae indicium ex Ammonio petitum v.** *ἀμυγδαλῆ* **p. 12:** *ἀμυγδάλη δὲ παροξυτόνως τὸν καρπόν. καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχοις φησί Δίδου μασᾶσθαι Ναξίας ἀμυγδάλας.* **Cfr Bachmanni Anecd. II p. 376. Bacchi verba esse amygdala et vinum poscentis conieci Hist. crit. p. 144.**

III.

Ἐπιφαγεῖν μηδὲν ἄλλ' ἢ κρόμμυον
λέποντα καὶ τρεῖς ἁλμάδας.

Athenaeus IV p. 170 d: ἐπεσθίειν δ' εἴρηκε Τηλεκλείδης Πρυτάνεσιν — ἐπιφαγεῖν δ' Εὔπολις Ταξιάρχοις Ἐπιφαγεῖν μηδὲν κτλ. Videntur Phormionis verba esse ad Bacchum. V. Hist. crit. p. 144. Revocavi locum ad trimetros iambicos, quoniam ex eadem fabulae parte petitus esse videtur ex qua superius fragmentum ductum est. Athenaei editores ad trochaicos numeros revocarunt hoc modo, ἐπιφαγεῖν | μηδὲν ἄλλ' etc. Pro λέποντα inepte vulgo βλέποντα, quod correxi olim Programmate schol. a. MDCCCXI. Cfr. Hist. crit. p. 144. Vidit nunc etiam Th. Bergkius Comment. p. 360.

IV.

Ὡς οὐκέτ' ἂν
φύγοιμι * * στιβάδος ἐξ ὅτου 'φαγον.

Scholiasta Aristoph. Pac. 347: οἱ τὰ πολεμικὰ ἐξασκησάμενοι ὑπὸ γυμνασίων καὶ πόνων εἰώθασι χαμαικοιτεῖν. καὶ Διονύσιος (sic) ἐν Ταξιάρχοις παρ' Εὐπόλιδι μανθάνων*) παρὰ τῷ Φορμίωνι τοὺς τῶν στρατηγῶν (fort. στρατηγιῶν) καὶ πολέμων νόμους φησίν Ὡς οὐκέτ' ἂν φύγοιμι στιβάδος ἐξ' ὅτου 'φαγον. Suidas v. Φορμίων: καὶ παροιμία Φορμίωνος στιβὰς ἐπὶ τῶν εὐτελῶν. οὗτος γὰρ ὁ Φορμίων ἀγαθὸς ἐγένετο στρατηγός. καὶ ἐν Ταξιάρχαις (sic) δὲ φέρεται ὡς ἐπίπονος. Et paucis interiectis: καὶ Διονύσιος ἐν Ταξιάρχαις Ὡς οὐκέτ' ἂν φάγοιμι στιβάδας ἐξ ὅτου φύγον. Dionysius quem hac in fabula exagitavit Eupolis idem fuisse videri potest cuius mollitiem et voluptuosam vitam ridet Polyzelus apud

*) Codex μανθάνω, quod cum Bekkerum tum me ipsum Hist. crit. p. 143 fefellit. Correxit Th. Bergkius Comment. p. 360.

scholiastam Aristoph. Plut. 548. Sed verum est haud dubie quod Hist. crit. p. 144 indicavi, non civem aliquem Atheniensem, sed ipsum deum Dionysum ab Eupolide fuisse introductum. Nec omittenda quae commemorato Eupolidis loco deinceps affert scholiasta Aristophanis l. l. ὁ Φορμίων δὲ οὗτος Ἀθηναῖος τῷ γένει, υἱὸς Ἀσωπίχου*), ὃς καθαρῶς στρατηγήσας πένης ἐγένετο, ἀτιμωθεὶς δὲ τῷ μὴ δύνασθαι τὰς ρʹ μνᾶς**) τῆς εὐθύνης ἀποδοῦναι, ἐν ἀγρῷ διέτριβεν, ἕως Ἀκαρνᾶνες στρατηγὸν αὐτὸν ᾔτουν. ὁ δὲ οὐχ ὑπήκουσε, φάσκων μὴ ἐξεῖναι τοῖς ἀτίμοις. ὁ δὲ δῆμος βουλόμενος λῦσαι τὴν ἀτιμίαν ἀπεμίσθωσεν αὐτὸν τῶν ρʹ μνῶν τοῦ Διονυσίου. ὡς Ἀνδροτίων ἐν γʹ Ἀττικῶν. De quo loco nolo celare lectorem, quae ad me perscripsit ante complures annos Boeckhius. „Phormion war in „einer actio εὐθύνης zu 100 Minen verurtheilt worden, „und da er nicht bezahlen konnte, ἄτιμος geworden. Die „Akarnanen waren Bundesgenossen der Athener (Thuc. 2, „68. 101.), und dort commandirte Phormion; sie werden „ihn wieder als alten Freund zum Befehlshaber, auch der „attischen Truppen in ihrer Gegend, verlangt haben, was „er als ἄτιμος nicht werden konnte. Die Athener, um ihn „von der Atimie zu lösen, eröffneten ihm einen Weg, die „100 Minen pro forma zu bezahlen, wodurch er aufhörte „ἄτιμος zu seyn. Bezahlung, wenigstens pro forma, war „unerlässlich, indem nach attischem Staatsrecht Niederschla„gung einer zuerkannten Geldstrafe unmöglich war (Staatsh. „T. 1. S. 422), ausser mittelst einer weitläuftigen Procedur. „Wie man nun Einem eine Geldstrafe pro forma zu bezah„len die Möglichkeit eröffnen konnte, lehrt das Beispiel im „Leben des Demosthenes bei Plutarch c. 27. welches ganz „offenbar nur eine Copie ist dessen, was die Athener schon

*) Thucydidi I 64 dicitur Ἀσώπιος. Atque ita etiam Phormionis filius vocabatur. V. Thucyd. III 7.

**) Ita enim corrigenda codicis lectio ῥάμνας et infra ῥάμνων. Vidit etiam Bergkius Comment. p. 361.

„bei Gelegenheit des Phormio gethan hatten. Der Schuld„ner wurde nehmlich als ἐργολάβος oder redemptor operis „für eine Bagatellsache aufgestellt, und contractmässig ihm „der Betrag der Schuld als bedungener Lohn gegeben. Dies „ist das ἐκδοῦναι bei Plutarch; im schol. Aristoph. heisst „es ἀπομισθοῦν. *) Wie Demosthenes die 50 Talente pro „forma durch Bau eines Altars für Zeus Soter ablöst, so „scheint Phormion eine Leistung an den Dionysos, wahr„scheinlich ein kleines Opfer, welches in Entreprise gege„ben wurde, übernommen zu haben; und so schreibe ich: „ὁ δὲ δῆμος βουλόμενος λῦσαι τὴν ἀτιμίαν, ἀπεμίσθωσεν „αὐτῷ τῶν ρ' μνῶν [θυσίαν] τοῦ Διονύσου." Verissima haec puto; neque a probabilitate abhorret ipsum illud sacrificium a Phormione Dionyso oblatum in caussa fuisse, ut Eupolis mollissimum deum fortissimi ducis castra sequentem eiusque disciplinae sese tradentem induceret. Ceterum exhibui locum Eupolidis ut scriptus est apud scholiastam Aristophanis, indicata inter φύγοιμι et στιβάδος lacuna. Fortasse κοίτην excidit vel simile quid. Sensus enim esse videtur: *ex quo cibis me ingurgitavi, ne durissimos quidem belli labores detrecto.*

V.

Οὐκ ἣν φυλάττῃ γ' ὧδ' ἔχων τὴν ἀσπίδα.

Photius p. 658 20 et Suidas v. ὧδε II p. 658: τὸ δὲ οὕτως ἐν τοῖς πλείστοις δηλοῖ. Εὔπολις Ταξιάρχοις Οὐκ ἣν κτλ. Videntur Phormionis verba esse Bacchum armorum tractandorum artem docentis. Cfr Hist. crit. p. 144.

VI.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 327. Ἀγκυρίσας: κάμψας τὸν πόδα. σχῆμα δέ ἐστι παλαιστρικόν. Εὔπολις

---

*) Comparandum ἀπὸ μισθωμάτων θύειν, quod de sacrificiis eiusmodi solenne fuit. V. Grammaticum Bekk. Anecd. p. 207 6 et 432 1.

Ταξιάρχοις. Ipsa verba, monente alicubi Hermanno, fortasse servavit Antiattic. p. 81 4. *Ἀγκυρίσαι: ἐπὶ τοῦ παλαίσματος. Ἀγκυρίσας ἔρρηξεν. Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν* (262).

VII.

Ἀντὶ ποικίλου
πιναρὸν ἔχοντ' ἀλουτίᾳ κάρα τε καὶ
τρίβων'. ὅτ' ἦν μέντοι νεώτερος, κρόκης
πέντε στατῆρας εἶχε, ναὶ μὰ τὸν Δία,
νῦν δὲ ῥύπου γε δύο τάλαντα ῥᾳδίως.

Pollux VII 168: *Ἀλουσίαν δὲ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχοις Ἀντὶ ποικίλου — τρίβωνα.* Idem IX 58: *Εὔπολις ἐν μὲν Δήμοις τὸ νόμισμα δηλοῖ λέγων „ἔχων στατῆρας χρυσίου τρισχιλίους." ἐν δὲ Ταξιάρχοις τὴν ῥοπὴν λέγει Ὅτ' ἦν μέντοι κτλ.* Coniungenda haec esse et de Bacchi veste squalore obsita intelligenda indicavi Hist. crit. p. 149. Ac favet huic interpretationi etiam *τοῦ ποικίλου* commemoratio, quo Bacchicam vestem indicari docui Hist. crit. p. 57. Vs. 1 libri *ἀλουτιᾷ*, pro quo *ἀλουτίᾳ* potius quam *ἀλουσίᾳ*, quod Pollucis editores scripserunt, reponendum esse indicavit Lobeckius ad Phryn. p. 507. — Vs. 4 pro *εἶχε* fortasse *ἦγε* scribendum. Alteram fragmenti partem Grotius Excerptis p. 505 ita latine reddidit:

A. Tramae esset olim cum recens quinque habuit hoc stateras.
B. Sane equidem: sed nunc sordium perfacile duo talenta.

VIII. IX.

Ὅστις πύελον ἥκεις ἔχων καὶ χαλκίον,
ὥσπερ λεχὼ στρατιώτις ἐξ Ἰωνίας.

Pollux X 63 de nominibus vasculorum aquariorum disserens: *πύελον δὲ ὁμοίως ἐν Ταξιάρχοις Ὅστις πύελον ἥκεις*

— *Ἰωνίας. καὶ γὰρ τὸ χαλκίον ἕν τι τῶν λουτρῶν, ὥσπερ καὶ λέβης.* Praecessit locus ex Eupolidis Aureo genere. Libri *χαλκεῖον* et *στρατιώτης*. Correxit Iungermannus. „Clara sententia, *qui urnam et ahenum portas, tanquam puerpera Ionica militiam et castra sequens.* Nempe in Ionia, ubi disciplina militaris non admodum vigebat, mos erat, ut uxores comitarentur suos maritos militantes: ubi si quae forte peperisset, vasa circumferebat balneatoria." Bentleius Epist. II ad Hemsterh. p. 55. Bacchum compellari cum delicatulae vitae instrumentis Phormionis castra sequentem conieci Hist. crit. p. 144. Quamquam non contradicam si quis unum quemlibet taxiarchum compellari statuat. Nostrae tamen coniecturae favet Pollux X 18 hominem vasa gestantem (*σκευοφόρον*) per lusum iocumque *σκευοφοριώτην* ab Eupolide dictum esse referens: *τὸν μέντοι σκευοφόρον ἐν Ταξιάρχοις Εὔπολις σκευοφοριώτην* *) *παίζων ἐκάλεσεν*. Scilicet solenni dei epitheton *εἰραφιώτης* verniliter detorsit in *σκευοφοριώτης*.

X.

Photius p. 337 16 et Suidas II p. 698. *Ὄνος ἀκροᾶται σάλπιγγος: Εὔπολις Ταξιάρχαις.* Omisso poetae nomine habent Proverbia Coisl. 364. Consulto duo proverbia, *ὄνος λύρας* et *σάλπιγγος ὗς* in unum coniunxisse videtur: nec dubito quin haec in ignavum et inertem militem, ipsum fortasse Dionysum, dicta fuerint, *ὄνος ἀκροᾷ σάλπιγγος*, *tu velut asinus tubam audis.*

XI.

Ἐγὼ δέ γε στίξω σε βελόναισιν τρισίν.

Pollux X 136: *καὶ βελόνης δὲ τοὔνομα ἐν Εὐπόλιδος Ταξιάρχοις Ἐγὼ δέ γε κτλ.* „Nota res est servos praecipue fugitivos compungi solere et stigmatibus insigniri in fronte.

*) Ita ex libris repositum pro *σκευοφορίτην*.

Forsitan et ad eam poenam militem fugitivum his verbis quidam τῶν ταξιάρχων condemnat." Hemsterhusius. Quae si vera est interpretatio, fortasse in Dionysum haec verba dici statuendum est.

XII.

Οὐ θᾶττον αὐτὴν δεῦρό μοι τῶν τοξοτῶν
ἄγων ἀποκηρύξει τις ὅ τι ἂν ἀλφάνῃ.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 382 8. *Ἀλφάνει: εὑρίσκει. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις*

Οἴμοι κακοδαίμων τῆς τόθ' ἡμέρας ὅτε
εἰπέν μ' ὁ κῆρυξ, οὗτος ἀλφάνει.

Εὔπολις Ταξιάρχοις Οὐ θᾶττον κτλ. Eadem Suidas v. *ἀλφάνει*, ubi secundus versus omisso *ἄγων* ita scriptus est, *ἀποκηρύξει τις ἐὰν ἀλφάνῃ.* Toupius Emend. I p. 22 scribebat *ἰὼν ἀποκηρύξει τις ἕως ἂν ἀλφάνῃ.* Iacobsius Addit. ad Athen. p. 193 *ἔστ' ἂν ἀλφάνῃ.* Verum videtur quod ex Bekkeri Grammatico edidi, *ὅ τι ἂν ἀλφάνῃ* h. e. *quovis pretio.* In loco Aristophanis post *οὗτος* fortasse *ὠνὴν* excidit. Vix enim credo *ἀλφάνειν* per se denotare posse *venum dari.* Notum illud Homericum *ὁ δ' ὑμῖν μυρίον ὦνον ἄλφοι.*

XIII.

Pollux VII 106: *σιδηρῖτιν τέχνην ἐν Ταξιάρχαις Εὔπολις εἴρηκε τὴν Ξανθίου τοῦ σιδηρέως, οὗ ἐπὶ τῆς εἰκόνος ἐπιγέγραπται ΣΙΔΗΡΟΦΥΗΣ.* Hesychius, *Σιδηρῖτιν τέχνην: τὴν πολεμικήν, ἄλλοι δὲ τὴν Ξανθίου φασίν, ἤγουν τὴν χαλκευτικήν.* Apparet hinc Xanthiam, quem non dubito quin ipsum in fabula produxerit Eupolis arma bellaturis vendentem, nobilem fuisse fabrum ferrarium, cuius imagini quod inscriptum fuit nomen *Σιδηροφυής* fortasse ex disticho elegiaco petitum est.

XIV.

Scholiasta Aristophanis Av. 1294 de Opuntio: *Δίδυμος ὡς τοιούτου τὴν ὄψιν ὄντος. μνημονεύει δ' αὐτοῦ* (fort.

add. ὡς) καὶ μέγα ῥύγχος ἔχοντος καὶ ὁ τὰς Ἀταλάντας γράψας, καὶ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχαις. Reliqui hoc aliisque locis scripturam Ταξιάρχαις, quamquam certum est Eupolidem fabulam suam Ταξιάρχους inscripsisse.

ΥΒΡΙΣΤΟΔΙΚΑΙ.

Huius fabulae ab uno Ptolemaeo Heph. apud Photium Bibl. 190 p. 534 D commemoratae nullum fragmentum servatum est. De titulo vide Hist. crit. p. 145.

ΦΙΛΟΙ.

I.

Apollonius de Pron. p. 369 c: μονοσυλλάβως (νώ) Εὔπολις Μαρικᾷ „νὼ γάρ, ἄνδρες, οὐχ ἱππεύομεν." καὶ ἔτι ἐν Φίλοις Εὐφρανῶ δὲ νώ.

II.

Οὐ δεινὰ ταῦτα δὲ Ἀργείας φέρειν,
σχιστὰς ἐνεργεῖν.

Ammonius Differ. verb. p. 133. Σχισταί: τὰ ὑποδήματα Εὔπολις Φίλοις Οὐ δεινὰ ταῦτα κτλ. Valckenarius ex Scaligeri correctione edidit, Οὐ δεινὰ ταῦτά γ' Ἀργείας φέρειν σχιστάς; ἐνεργεῖν; Priora rectius ita expedias, Οὐ δεινὰ ταῦτα δ' ἐστὶν Ἀργείας φέρειν σχιστάς; Sed ἐνεργεῖν, quod ἐνεγκεῖν scribi apud Ascal. § 120 annotavit Valckenarius, non expedio. Parum apte Toupius Emend. IV p. 288 tentabat ἐν ἔργῳ. Argivos calceos, quos elegantia conspicuos fuisse coniicere licet, nisi ex hoc loco non cognitos habeo. De σχισταῖς v. Polluc. VII 85 et Boettigerum Mus. archaeol. I p. 47.

III.

Χῖος δεσπότην ὠνήσατο.

Athenaeus VI p. 266 f. Nicolaum et Posidonium tradidisse dicit Chios, primos omnium mortalium mancipiis usos, a Mithridate expugnatos suisque ipsorum servis esse traditos: *οὕτως αὐτοῖς ἀληθῶς τὸ δαιμόνιον ἐμήνισε πρώτοις χρησαμένοις ὠνητοῖς ἀνδραπόδοις, τῶν πολλῶν* (Erfurdtius *πολιτῶν*) *αὐτουργῶν ὄντων κατὰ τὰς διακονίας. μήποτ' οὖν διὰ ταῦτα καὶ ἡ παροιμία „Χῖος δεσπότην ὠνήσατο," ᾗ κέχρηται Εὔπολις ἐν Φίλοις.* Ex Athenaeo profecit Eustathius ad Od. p. 1462 36. Si recte proverbii originem explicuit Athenaeus, Eupolin eo uti non potuisse apertum est. Accedit quod aoristus *ὠνήσατο*, cuius non aliud exemplum apud Atticos reperiri observavit Lobeckius ad Phryn. p. 128, seriorem dictionis originem prodere videtur. Fortasse igitur alio proverbio, a Chiorum civitate petito, usus est Eupolis, velut eo quod passim commemoratur, *Κῷος παραστὰς Χῖον οὐκ ἐᾷ λέγειν*, quod Athenaeus cum illo confuderit. Sin alia proverbii origo fuit et Eupolis re vera eo usus est, sic statuendum videtur, Ionicam illam fuisse paroemiam, in qua aoristus *ὠνήσατο* vix offensioni esse potuit.

IV.

Οὐκ ἐσωφρόνησας, ὦ πρεσβῦτα, τὴν κατάστασιν
τήνδε λαμβάνων ἄφνω πρὶν καὶ μαθεῖν τὴν ἱππικήν.

Harpocratio p. 107 8: *ἔοικεν (ἡ κατάστασις) ἀργύριον εἶναι ὅπερ οἱ κατασταθέντες ἱππεῖς ἐλάμβανον ἐκ τοῦ δημοσίου ἐπὶ τῇ καταστάσει, ὥσπερ αὐτὸς ὁ ῥήτωρ* (Lysias pro Mantith. § 6) *ἐν τοῖς ἑξῆς ὑποσημαίνει. παρεμφαίνει τοῦτο καὶ Εὔπολις Φίλοις Οὐκ ἐσωφρόνησας κτλ.* Omisso fabulae nomine locum attulerunt Photius et Suidas v. *κατάστασις*. De *καταστάσει* equitum vide Boeckhium Oecon. Athen. II p. 208. Latine reddidit Grotius Excerptis p. 505:

Pol, senex, parum sapuisti, qui tam cito stipendium
hoc equestre sumsisti, priusquam equitare didiceras.

V.

Herodianus Philet. p. 453 Piers. Ἀνακογχυλίσασθαι: οὐχὶ ἀναγαργαρίσασθαι. Εὔπολις ἐν Φίλοις. Cod. Venet. Harpocrat. p. 35 Bekk. Ἀνακογχυλίσασθαι ἐπὶ τοῦ ἐν τῷ βίῳ λεγομένου ἀναγαργαρίσασθαι. Εὔπολις ἐν Φίλοις. Cfr Ruhnkenius ad Tim. p. 24.

VI.

Ῥέγκειν δὲ τοὺς ὄλμους * * οἴμοι τῶν κακῶν.

Photius p. 329 1. Ὄλμοι καὶ ὑφόλμια: ἐπὶ αὐλῶν. Εὔπολις Φίλοις Ῥέγκειν δὲ τοὺς ὄλμους οἴμοι τῶν κακῶν. Vix apparet quid exciderit.

VII.

Pollux VII 133: Ἀριστοφάνης δ' ἐν τοῖς Ἥρωσιν δοκεῖ τὸ κόμιστρον κατὰ τὸ νῦν ἔθος εἰρηκέναι τὴν φοράν, ὅταν εἴπῃ „ὀβολῶν δ' ἴσως *) τεττάρων καὶ τῆς φορᾶς." τούτῳ δ' ἂν ἐοίκοι καὶ τὸ ἐν τοῖς Φίλοις Εὐπόλιδος Τιμῆς εἴποι τίς πόση ἡ διαφορά. Ita Aldus. Codices Τί μισθοῖ (Voss. μισθοὶ) ποῖ πόση τὶς ἡ φορά. Hinc editum est: τί μισθοῖ; ποῖ; πόση τις ἡ φορά; Quod non sufficere apertum est. Quorsum enim istud ποῖ? nec τί μισθοῖ valde placet.

VIII.

Pollux X 85: τὰ μέντοι κάναστρα φελλώδεις τινὲς πινακίσκοι εἶναι δοκοῦσιν, ἀφ' ὧν καὶ τὸ ἐκκενῶσαι ἢ ἐκπιεῖν κανάξαι λέγουσι καὶ ἐκκανάξαι, ὡς καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Φίλοις Τήνδ' αὐτὸς ἐκκανάξει. Ad τήνδε supple κύλικα. Verba in fine tetrametri iambici fuere posita.

---

*) Ald. ὀβολῶν δὲ οὐσῶν τεττάρων καὶ τῆς φορᾶς. In quo nihil aliud latet quam διουσῶν sc. δραχμῶν, quod in praecedentibus affuerit necesse est.

IX.

Νὴ τὸν Ποσειδῶ, κοὐδέποτέ γ' ἴσχει θύρα.

Scholiasta Aristophanis Acharn. 127: Παροιμία ἐπὶ τῶν πολλοὺς ξένους ἀποδεχομένων „οὐδέποτ' ἴσχει ἡ θύρα." μέμνηται καὶ Εὔπολις ἐν Φίλους Νὴ τὸν Ποσειδῶ οὐδέποτ' ἴσχει ἡ θύρα. Porsonus οὐδέποτέ γ' ἴσχεν ἡ θύρα. Nostrum Elmsleius, qui etiam κοὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα. Ceterum hic versus quodammodo inscriptionem fabulae illustrat.

X.

Scholiasta Platon. Bekk. p. 332: Λύκων μέντοι πατὴρ ἦν Αὐτολύκου, Ἴων γένος, δῆμον Θορίκιος, πένης, ὡς Κρατῖνος Πυτίνῃ, Ἀριστοφάνης Σφηξίν. Εὔπολις δ' ἐν Φίλοις καὶ ἐπὶ τῇ γυναικὶ Ῥοδίᾳ κωμῳδεῖ αὐτόν. De Rhodia Lyconis uxore confer supra p. 441.

XI.

Scholiasta Platon. Bekk. p. 391: Κρατῖνος δὲ Ὀμφάλῃ τύραννον αὐτὴν καλεῖ, χείρων Εὔπολις Φίλοις· ἐν δὲ Προσπαλτίοις Ἑλένην αὐτὴν καλεῖ. Pro χείρων Iacobsius Addit. ad Athen. p. 137 tentabat Δηιάνειραν, quo nomine Aspasiam (de hac enim loquitur scholiasta) a comicis appellatam esse testatur Plutarchus Per. 24. Alia, eaque fortasse probabiliora, vide ad Cratini Chir. p. 148 sq.

ΧΡΥΣΟΥΝ ΓΕΝΟΣ. *)

I. II. III.

Ὦ καλλίστη πόλι πασῶν, ὅσας Κλέων ἐφορᾷ,
ὡς εὐδαίμων πρότερόν τ' ἦσθα νῦν τε μᾶλλον ἔσει.

* * * * *

*) V. Hist. crit. p. 145.

Ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν.

* * * * *

Πῶς οὖν οὐκ ἄν τις ὁμιλῶν χαίροι τοιᾷδε πόλει,
ἵν' ἔξεστιν πάνυ λεπτῷ κακῷ τε τὴν ἰδέαν —

Priscianus de metris com. p. 416 Krehl. (p. 258 Lind.) de metro epionico disserens. „Hephaestion quoque metri„cus ostendit comicum epionicum spondeos paribus locis ha„bentem iambicarum συζυγιῶν id est coniugationum, ut est „apud Eupolin in fabula quae dicitur Χρυσοῦν γένος Ὦ „καλλίστη — μᾶλλον ἔσει. Idem: ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρ„χειν κτλ." Transcripsit haec Priscianus ex Hephaestione p. 109. sed integriore usus exemplari; in nostris enim nonnisi duo priores versus servati sunt. Omisso auctoris nomine primum versum affert etiam scholiasta metricus ad Pindari Olymp. XIII p. 439 ed. Bckh. Vs. 1 apte Porsonus comparat cum incerti poetae versu apud Athen. I p. 20 b. *τὴν λαμπροτάτην πόλεων πασῶν, ὁπόσας ὁ Ζεὺς ἀναφαίνει.* — Vs. 2 *πρότερόν γ'* Priscianus. *πρότερόν τ'* Hephaestio. Ibidem *νῦν τε* Priscianus, *νῦν δὲ* Hephaestio. Ceteras scripturae discrepantias apud Priscianum non operae pretium est referre, quum omnia rectissime scripta sint apud Hephaestionem. — Vs. 3 Ald. *πῶς οὖν, οὐκ ἄντις ὅμιλον χαίροι τοι αἶδε πόλεις.* Iunt. *πώσου νοῦ κάντις ὅμιλον χαιρίγειαιδε πολί.* Correxit Scaliger apud Gaisfordium ad Hephaest. l. l. — Vs. 4 Ald. *ἦν.* Iunt. *ειν.* Correxit Scaliger. Ibid. Aldus *πάνυδ' ἐν τῷ κακῷ γε.* Iunt. *πᾶν ὕλεν τῶ κακῶ γε.* Cod. Lindemanni *πάνυ λεπτῷ κακῷ γε.* Quod probans Hermannus Opusc. II p. 261 pro *γε* scripsit *τε.* Ceterum tres postremi versus apud Priscianum ad unum fragmentum coniunguntur, quod quo minus recte factum credam, prohibet quod versu tertio legitur *πρῶτον μέν.* Ea res non offensioni fuisse videtur Th. Bergkio Comment. p. 361. qui omnes hos quinque versus ad unius fragmenti perpetuitatem coniunxit ita, ut vs. 2 post *ἔσει* commate incideret et vs. 3 pro *ἔδει* scriberet *εἰ δεῖ,* quod fort. verum est.

IV.

Δωδέκατος ὁ τυφλός, τρίτος ὁ τὴν καλὴν ἔχων,
ὁ στιγματίας τέταρτός ἐστιν ἐπὶ δέκα,
πέμπτος δ' ὁ πυρρός, ἕκτος ὁ διεστραμμένος·
χοὔτοι μέν εἰσ' ἑκκαίδεκ' εἰς Ἀρχέστρατον,
ἐς τὸν δὲ φαλακρὸν ἑπτακαίδεκ'. Β. ἴσχε δή.
Α. ὄγδοος ὁ τὸ τριβώνιον ἔχων.

Porphyrius apud scholiastam Venetum ad Iliad. κ' 252: *Εὔπολίς τε Χρυσῷ γένει Δωδέκατος ὁ τυφλὸς κτλ.* Apud Bekkerum vs. 1 editur *δέκατος*, vs. 3 *ὁ πύργος*, vs. 4 *καὶ οὗτοι μὲν εἰς ἑκκαίδεκ' ἐς Ἀρχέστρατον*, vs. 5 *ἐς δὲ τὸν φαλακρόν*. Correxit haec etiam Runkelius, hic quidem *ἑαυτοῦ κρείττων γενόμενος*. — Vs. 2 corruptum videtur *τὴν καλήν*. Suspicabar *τὴν κωλῆν* eo sensu quo legitur apud Aristoph. Nub. 989. Articulus notat *magnam illam κωλῆν*. Non dissimile illud Aristophanis Vesp. 1511. *ὃς τὴν τραγῳδίαν ποιεῖ*. Th. Bergkius *τὴν κυλλὴν* coniiciebat, Diopithem vatem designari existimans, de quo scholiasta Aristoph. Equ. 1083. *σεσίνωτο τὰς χεῖρας καὶ ἦν κυλλὸς ὁ Διοπείθης, τουτέστι πεπηρωμένος*. — Vs. 4 Archestratus hoc loco commemoratus fortasse est is quem Chaereae patrem dicit Thucyd. VIII 74, et quem circa Olymp. LXXXVII Atheniensium imperatorem fuisse ex eodem Thucydide I 57 intelligitur. Is num idem habendus sit cum eo, cuius nobile dictum extat de Alcibiade, *ὡς ἡ Ἑλλὰς οὐκ ἂν ἤνεγκε δύο Ἀλκιβιάδας* apud Plutarch. Alcib. 16. Aelian. V. H. XI 7. non definiam. Alius item fortasse qui pacis condiciones ab Lacedaemoniis latas accipiendas esse suaserat eamque ob caussam in vincula coniectus est, teste Xenophonte Hell. II 2 15. Ab his distinguendus videtur Archestratus vates, cuius macilentiam commemorat Polemo apud Athenaeum XII p. 552 e: *Ἀρχέστρατον τὸν μάντιν ἁλόντα ὑπὸ τῶν πολεμίων καὶ ἐπὶ ζυγὸν ἀναβληθέντα ὀβολοῦ ὁλκὴν εὑρεθῆναι ἔχοντα·*

οὕτως ἦν ἰσχνός. Quae exornavit quodammodo Eustathius ad Hom. p. 1288 45: λέγεται δὲ καὶ Ἀρχέστρατος ὁ μάντις καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ὕστερον τῶν Κηρῶν λεπτότερος εἶναι. Πολέμων οὖν φησὶν ἐκεῖνον ἁλόντα ὑπὸ Πτολεμαίου *) καὶ ἐπὶ ζυγὸν ἐπιβληθέντα ὀβολοῦ ὁλκὴν εὑρεθῆναι ἔχοντα. — Vs. 5 φαλακρόν. Num Aristophanem dicit? an Lachetem vel Geretem? v. schol. Aristoph. Vesp. 242. Acharn. 603. — Vs. 5 Porsonus Advers. p. 286 inutili coniectura versum explere tentabat ὁ δ' ὄγδοος τίς; ὁ τὸ τριβώνιον φορῶν. Ceterum Eupolidis locum Porphyrius eo attulit consilio, ut illud numerandi genus illustraret, quo v. c. τρίτος, τέταρτος etc. ita dicitur, ut ex praegressis alius numerus assumendus sit. Eandem in rem duo Pindari exempla affert (apud Boeckhium p. 126) et unum Hesiodi Opp. 696.

V.

Λοιπὸς γὰρ οὐδείς· ἡ τροφαλὶς ἐκεινηΐ
ἐφ' ὕδωρ βαδίζει σκῖρον ἠμφιεσμένη.

Scholiasta Aristoph. Vesp. 960 (920): σκίρρον τὸ ῥυπῶδες τὸ ἐπὶ τῶν τυρῶν, ὡς Εὔπολις Χρυσῷ γένει Λοιπὸς γὰρ οὐδείς κτλ. Vs. 1 vulgo τροφαλὶς sine articulo et ἐκείνη. Correxi haec, quamquam ἐκείνη servari potest, si locus ad tetrametros revocatur hoc modo:

υ — υ — λοιπὸς γὰρ οὐδείς· ἡ τροφαλὶς ἐκείνη
ἐφ' ὕδωρ βαδίζει σκῖρον ἠμφιεσμένη υ — $\overset{υ}{—}$

Fritzschius Quaest. Arist. I p. 146 scribebat: τροφαλὶς ἕξει· νὴ Δία, idque praeclare illustrari dicit loco Aristoph. Vesp. 838 sqq.

οὐ γὰρ ὁ Λάβης ἀρτίως
ὁ κύων παρᾴξας ἐς τὸν ἰπνὸν ἁρπάσας
τροφαλίδα τυροῦ Σικελικὴν κατεδήδοκεν;

*) Athenaeus ὑπὸ τῶν πολεμίων, ubi B articulum omittit. Ex Epitome nihil varietatis enotatum est. Ceterum Eustathii verbis abusus est Fritzschius de Aristoph. Dact. p. 99.

Aristophanis loco, quem rectius Fragm. inc. fab. XLII admoveas, innuitur Lachetis in Siciliam expeditio, quae quid ad Eupolidis fragmentum faciat non perspicio. Fabulae inscriptionem reputantibus locus fortasse ex ea dramatis parte petitus videbitur, in qua aureae aetatis nullius servitii indigae felicitas describebatur. Ceterum respiciunt Eupolidis locum Photius p. 607. *Τροφαλίς: τυρός. οὕτως Εὔπολις.* et Etymol. M. p. 718 4. *σκῖρος Εὔπολις ἐπὶ τοῦ ἐν τυρῷ ῥύπου.* De *σκῖρος* cfr ad Cratini Inc. fab. XXVI.

VI.

Ἔπειθ᾽ ὁ κουρεὺς τὰς μαχαιρίδας λαβὼν
ὑπὸ τῆς ὑπήνης κατακερεῖ τὴν εἰσφοράν.

Pollux X 140: *τὰ δὲ κουρέως σκεύη, κτένες, κουρίδες μάχαιραι, μαχαιρίδες· ἐν μὲν γὰρ Κρατίνου Διονυσαλεξάνδρῳ εἴρηται* (Fragm. II p. 38) *ἐν δὲ Χρυσῷ γένει Εὐπόλιδος Ἔπειθ᾽ ὁ κουρεὺς κτλ.* Photius p. 250. *Μαχαιρίδες: αἱ κουρικαὶ μάχαιραι. οὕτως Εὔπολις.* Hoc dicere videtur: tonsorem, i. e. virum civilem qui tonsoriam artem factitabat, publicos civitatis reditus detonsorum, h. e. in suos usus conversurum. Tonsorem dicit fortasse Dionysium, de quo vide Fragm. Cratini p. 134. In verbis *ὑπὸ τῆς ὑπήνης* acumen inesse suspicor hodie fortasse inexplicabile. Transtulit Grotius Excerptis p. 505:

Tum vero tonsor subiiciens novaculam
barbae, attondebit nimia vectigalia.

VII.

Ἔπειτ᾽ εἴσειμ᾽ ἐνθάδε μείνας
εἰς ὤμιλλαν, κἂν μὴ μετίῃ.

Scholiasta Platonis Bekk. p. 320: *ἡ δὲ ὤμιλλα ἔστιν ὅταν περιγράψαντες κύκλον ἐπιρρίπτωσιν ἀστραγάλους ἢ ἄλλο τι, ὡς τῇ μὲν ἐντὸς βολῇ νικώντων τῇ δὲ ἐκτὸς ἡττωμένων. Εὔπολις Χρυσῷ γένει μεταφέρων ἐπὶ τὴν ἐκ*

Κυκλώπων κατάκλισιν τοὔνομα οὕτως φησίν Ἔπειτ' εἴσειμι ἐνθάδε κτλ. Quod suspicari me dicebam Hist. crit. p. 147 fore qui his ita fortasse utantur, ut Cyclopum nescio quas partes in hac fabula fuisse suspicentur, non frustra dictum fuisse ostendit Th. Bergkius meus Comment. p. 363, ex ipso illo scholiastae loco fabulae chorum ex Cyclopibus compositum fuisse coniiciens. Atqui certissimum est scripsisse illum, *ἐπὶ τὴν ἐν κύκλῳ κατάκλισιν.* Partem loci servavit sed mendose scriptam Suidas v. *ὤμιλλα. παιδιά τις, ἐν ᾗ ὁ εἰς τὸν κύκλον βαλὼν κάρυον ὥστε ἐμμεῖναι νικᾷ. Εὔπολις Χρυσῷ γένει Ἐπεισείμεθα δὲ εἰς ὤμιλλαν.* Versu primo *κἄπειτα* scribendum coniеci Hist. crit. l. l.

VIII. IX.

Ὠλκαῖε Σικελιῶτα Πελοποννήσιε.

Scholiasta Ven. Aristophanis Thesmoph. 162: *Ἀλκαίου τοῦ κιθαρῳδοῦ, οὗ καὶ Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει μέμνηται Ὠλκαῖε Σικελιῶτα Πελοποννήσιε.* De Alcaeo citharoedo vide Hist. crit. p. 240. Ad eundem Alcaeum pertinere videntur haec apud scholiastam Aristoph. Vesp. 1269: *τῇ λέξει (κιθαραοιδότατος) κέχρηται καὶ Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει*

Ὦ κατάλαβρ' ὦ κιθαραοιδότατε.

Ita enim recte Kusterus scripsit pro *κάλαβρε.* Numeri sunt paeonici.

X.

Ὁρῶ. Β. θεῶ νῦν τήνδε Μαριανδυνίαν.

Stephanus Byz, p. 557. *Μαριανδυνία: χώρα. Εὔπολις Χρυσῷ γένει Ὁρῶ θέω νῦν τὴν Μαριανδυνίαν.* Correxit haec Fritzschius Quaest. Aristoph. I p. 147 opportune afferens Aristoph. Equ. 163 sqq.

XI.

Athenaeus XIV p. 657 a: *δέλφακα — θηλυκῶς Νικοχάρης ἔφη „κύουσαν δέλφακα." καὶ Εὔπολις Χρυσῷ γένει*

Οὐκ ἀλλεύθιον δέλφακα ωδονθ ηστια καὶ μάλα καλήν. Ita A. *οὐκ ἀλεύθιον* VL. *οὐ κἀλεύθιον* P. *ὠδονθαστία* B. *ὠδονθηστία* P. *ὀδὸν θ' εἰστία* VL. Corrigendum videtur:

Οὐκ ἀλλ' ἔθυον δέλφακ' ᾠδὸν θῄστίᾳ
καὶ μάλα καλήν.

Immo vero sacrificabam ego perpulcrum Vestae porcellum. In quo unum illud *ᾠδὸν* mihi dubium videtur. Porcos Vestae immolatos esse notum est. Ceterum eundem hunc locum respicit Athenaeus IX p. 375 a. *ἡ δέλφαξ* Eupolin in *Χρυσῷ γένει* dixisse referens.

XII.

'Ατεχνῶς μὲν οὖν τὸ λεγόμενον σκύτη βλέπει.

Scholiasta Aristophanis Vesp. 641. *σκύτη βλέπειν, ὅ ἔστι πληγάς σοι ἐμβαλῶ. παροιμία δὲ ἐλέγετο ἐπὶ τῶν δειλιώντων. Ἄλλως: μέμνηται τῆς παροιμίας Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει· φησὶ γάρ 'Ατεχνῶς — βλέπει. εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ὑποψιαστικῶς διακειμένων πρὸς τὰ μέλλοντα κακά.* Eadem fere Zenobius VI 2. Non improbabile est haec de Cleone dicta fuisse, eadem ambiguitate quae est apud Athenaeum XIII p. 568 e. *τοῦ κρηπιδοποιοῦ πατρὸς οὐ πολλά σε σωφρονίσαντος καὶ διδάξαντος σκύτη βλέπειν*, et fortasse etiam apud ipsum Aristoph. Pac. 669:

ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἦν τότ' ἐν τοῖς σκύτεσιν.

Ubi scholiasta: *ἡ παροιμία ἐπὶ* (leg. *ἐστὶ*) *σκύτη βλέπειν. ἡ σκύτη ἀντὶ τοῦ πρὸς τὰ πολεμικά. ἢ πρὸς τὸν Κλέωνα, ὅτι σκυτεύς ἦν.*

XIII.

'Αλλ' ὦ φίλε Ζεῦ κατάχυτλον τὴν ῥῖν' ἔχεις.

Pollux X 63: *τῶν μὲν ἐν αὐτῷ τῷ βαλανείῳ ὀνόματα, ἀσάμινθος, πύελος, κρουνός, ἀρύταινα, ἀρύβαλλος, κατάχυτλον, 'Αριστοφάνους μὲν εἰπόντος „βαλανεὺς δ' ὠθεῖ ταῖς ἀρυταίναις" — Εὐπόλιδος δὲ ἐν Χρυσῷ γένει 'Αλλ' ὦ φίλε*

Ζεῦ κτλ. Trullae assimulat nasum sive propter formae similitudinem, sive quod pituita laborabat cuicunque haec dicuntur. Inepte autem Salmasius coniectat *καταχύτλου*, probante, quod mireris, Hemsterhusio. De *καταχύτλῳ*, trulla balnearia, v. Letronnii librum de nominibus vas. graec. p. 21.

XIV.

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν.

Zenobius II 19: *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἵενται: οὕτως Ἡσίοδος ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ. — Εὔπολις δὲ ἐν Χρυσῷ γένει ἑτέρως φησὶν ἔχειν τὴν παροιμίαν Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ κτλ* Scholiasta Platonis Bekk. p. 373: *αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν. Ταύτην δὲ λέγουσιν εἰρῆσθαι ἐπὶ Ἡρακλεῖ, ὃς ὅτε εἱστιῶντο τῷ Κήυκι ξένοι ἐπέστη. Κρατῖνος δὲ ἐν Πυλαίᾳ μεταλλάξας αὐτὴν γράφει οὕτως* (vide supra p. 111). *καὶ Εὔπολις Χρυσῷ γένει.* Grotius Excerptis p. 505. *Ad pavidorum ultro fortes convivia currunt.*

XV.

Τί γάρ ἐστ' ἐκεῖνος; Β. ἀποπάτημ' ἀλώπεκος.

Etymol. M. p. 132 12: *ἀποπάτημα ἀντὶ τὸ σκύβαλον. Εὔπολις Χρυσῷ γένει Τί γάρ ἐστ' ἐκεῖνος; κτλ.* Eadem Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 433 et Suidas v. *ἀποπάτημα*, qui recte *ἐκεῖνος*. Ceteri *ἐκεῖνο*. De Didymia quodam haec dicta fuisse docet Athenaeus XIV p. 658 d: *τὸ λείψανον τῶν τραγημάτων καὶ τρωξίμων ἀποτράγημα εἴρηκεν Εὔπολις. σκώπτων γὰρ Διδυμίαν τινὰ ἀποτράγημα αὐτὸν εἴρηκεν ἀλώπεκος, ἤ τοι ὡς μικρὸν τὸ σῶμα ἢ ὡς κακοήθη καὶ πανοῦργον, ὥς φησιν ὁ Ἀσκαλωνίτης Δωρόθεος.* Fuerunt igitur libri qui *ἀποτράγημα* haberent pro *ἀποπάτημα*. Quae admodum memorabilis est lectionis varietas. De Didymia hoc Eupolideo nihil compertum habeo. Suspicor tamen eundem hominem commemorari a Symmacho, Aristophanis interprete, apud Suidam v.

Θαρρελείδης T. I p. 165: *Ἀσωπόδωρος καὶ Διδυμαχίας, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἐπὶ σμικρότητι διεβέβλητο τοῦ σώματος.* Quae eadem repetuntur a Suida v. *Ἀσωπόδωρος* Asopodorum commemorat Teleclides Fragm. inc. fab. XVII. Illum Athenaei Didymiam et Symmachi Didymachiam eosdem homines esse existimandos, utriusque scriptoris verba satis arguunt: id unum quaeri potest utrum Didymiae an Didymachiae nomen corruptum sit. At quum apud Athenaeum cod. Palat. et fortasse etiam Venetus *Διδυμαίας* habeat, id ipsum quam facile ex *Διδυμαχίας* oriri potuerit in promptu est. In nominis insolentia nemo haerebit.

XVI.

Ἀριθμεῖν θεατὰς ψαμμακοσίους.

Scholiasta Aristoph. Acharn. 3: *τὸ ψαμμακόσια καθ' ἑαυτὸ ἐπὶ πλήθους ἐτίθετο. παρὰ μὲν Εὐπόλιδι ἐν Χρυσῷ γένει οὕτως Ἀριθμεῖν θεατὰς ψαμμακοσίους.* Alius ibidem: *καὶ Εὔπολις ἐπεσημήνατο τὴν λέξιν εἰπὼν Ἀριθμεῖν θεατὰς ψαμμακοσίους.* Ante Brunckium legebatur *ψαμμοκοσίους.* Recte illud nomen scriptum legitur apud Athenaeum VI p. 230 c. *ὀνόμασι χρώμενον ψαμμακοσίοις,* et XIV p. 671 a. *ὅτι δ' ἡμεῖς ψαμμακόσιοί ἐσμεν δῆλον.*

XVII.

Scholiasta Aristoph. Av. 42: *εἴρηται μὲν ὁ* (leg. *οὐ*) *βάδος· ὅμως γε μὴν οἱ κωμικοὶ παίζειν εἰώθασι τοιαῦτα. ὡς Εὔπολις Χρυσῷ γένει τ ι σ ο φ ῶ ν ὦ ῥ α ψ ῳ δ έ.* Aristophanis verba haec sunt, *διὰ ταῦτα τόνδε τὸν βάδον βαδίζομεν.* Finxit igitur a *βαδίζειν* substantivum *βάδον.* Ac simile quid etiam Eupolis lusisse consendus est; quamquam quale id fuerit, hodie vix quisquam coniectura adsequatur. Hoc tamen certum est, non sufficere quod Fritzschius Quaest. Arist. I p. 146 Eupolin dixisse coniecit *τί σοφὸν σοφίζῃ,* quod a recepta dicendi consuetudine nequaquam recederet. Aristophaneae dictioni simillimum est quod idem lusit Equ. 486. *διαβαλεῖ ἡμᾶς ἅπαντας καὶ κράγον κεκράξεται* h. e.

κραυγὴν κεκράξεται. Ita enim fuisse qui scriberent, aliis κραγὸν h. e. κραυγαστικῶς probantibus, docet scholiastae adnotatio: Ἀρίσταρχος ὀξυτόνως ἀντὶ τοῦ κραυγαστικῶς. καὶ Ἡρωδιανὸς ἐν Ἀττικῇ προσῳδίᾳ. Herodiani sententiam Arcadius p. 47 8 ita reddidit: τὰ διὰ τοῦ αγος διβράχεα ἐπιθετικά, καὶ μὴ ἐθνικά, βαρύνεται, φαγός, κραγός. τὸ δὲ κράγος ὁ κραυγαστικὸς βαρύνεται. Quae fortasse sic scribenda sunt: καὶ μὴ ἐθνικά, ὀξύνεται, φαγός, κραγός, ὁ κραυγαστικός. τὸ δὲ κράγος, ἡ κραυγή, βαρύνεται. Leviter item corruptus est Hesychius, Κραγόν: κραυγήν. Sed recte idem, Κράγον: βόημα.

XVIII.

Scholiasta Aristoph. Ran. 1068: διαβάλλει τὸν Παντακλέα ὡς ἀμαθῆ ἐν τῷ ὁπλίζεσθαι. μέμνηται δὲ τούτου καὶ Εὔπολις Χρυσῷ γένει Παντακλέης σκαιός.

XIX.

Choeroboscus Bekk. Anecd. p. 1290 sive apud Cramerum Anecd. IV p. 420: σημειοῦται τὸ ἐκχεῶ δευτέρου μέλλοντος, οἷον καὶ τὸ κατακλειῖς (sic) παρ' Εὐπόλιδι ἐν Χρυσῷ γένει, οἷον Εἰ μή τις αὐτὴν κατακλειεῖ. Excerpta Bodl. apud Cram. l. l. p. 195 28: κλείω, ὁ β ἀόριστος ἔκλιον διὰ τοῦ ῑ ὡς ἔπιθον. — ὡς τὸ Εἰ μή τις αὐτὴν κατακλειεῖ, παρ' Εὐπόλιδι ἀντὶ τοῦ ἀσφαλιεῖ. De hoc futuro disputavit Buttmannum Gramm. gr. ampl. I p. 396. Neque imiter Fritzschium Quaest. Arist. I p. 146 κατακλινεῖ Eupolin scripsisse suspicantem, quae parum verisimilis coniectura est. Similis futuri forma est δανειῶ sive δανιῶ a δανείζω, de qua nota sunt quae tradidit Photius v. θεριῶ et Grammaticus apud Bastium ad Greg. Cor. p. 174. Cum autem Attici non κλείω dixerint sed κλῄω, a quo κλιῶ formari non potuit, haud inepte, opinor, illud κατακλιῶ a barbaro aliquo in Eupolidis fabula dictum fuisse coniicias. Ad αὐτὴν supplendum esse θύραν, indicare videtur Grammat. Bodleiani explicatio ἀσφαλιεῖ.

XX. XXI.

Photius Lex. p. 596. *Τοῦ Διὸς τὸ σάνδαλον: ἐπὶ τῶν ὡς μέγα δή τι. Εὔπολις Χρυσῷ γένει.* Eadem Suidas v. *Τοῦ Διός* etc. Pollux VII 80: *τὸ σάνδαλον Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει.* — Idem Pollux IX 26: *κατ' Εὔπολιν λέγοντα ἐν Χρυσῷ γένει νεοκάτοικος.*

XXII.

Scholiasta Aristoph. Vesp. 1301: *παρὰ τὴν παροιμίαν „ὄνος εἰς ἀχυρῶνας ἀπέδρα." ὁ δὲ ἀχυρὸς παρ' Εὐπόλιδι ἐν Χρυσῷ γένει, ὅπου καὶ τὸ Πλάτωνος παράκειται ἐξ Ἀδώνιδος.* Aristophanis haec verba sunt: *κλητῆρί τ' εἰς ἀχυρῶνας ἀποδεδρακότι.* Kusteri editio *ἄχειρος.* Aldina *ἄχυρος.* Scripsi *ἀχυρὸς* ex praecepto Herodiani. V. Arcad. p. 72 5. De proverbio *ὄνος εἰς ἀχυρὸν* sive *εἰς ἄχυρα*, quo etiam Eupolis usus esse videtur, dixi ad fragm. Philem. p. 425. Aristophanis locum, quum *ἀχυρὼν* ab Atticorum usu prorsus abhorreat, Th. Bergkius ita refingi voluit, *κλητῆρί τ' εἰς χνοῦν κἄχυρ' ἀποδεδρακότι.*

XXIII.

Antiatticista p. 96. *Ἐξηγητής: Εὔπολις Χρυσῷ γένει Λάμπων οὐξηγητής. μάντις γὰρ ἦν καὶ χρησμοὺς ἐξηγεῖτο.* Scholiasta Aristophanis Nub. 331: *ὧν καὶ Λάμπων ἦν, ὃν ἐξηγητὴν ἐκάλουν.* De loco Antiatticistae cfr Reisigium Coniect. I p. 175.

XXIV.

Harpocratio p. 166 19: *σιτηρὸν ἀγγεῖόν ἐστιν ἡ σιπύα, ἔστι δὲ πολλάκις παρὰ τοῖς ἀρχαίοις κωμικοῖς. Εὔπολις Χρυσῷ γένει.* Photius p. 213 6. *σιπύα: σιτηρὸν ἀγγεῖον. Λυσίας τε καὶ Εὔπολις καὶ Ἀριστοφάνης.*

XXV. XXVI.

Athenaeus IX p. 406 c: *πισοῦ δέ, τοῦ ὀσπρίου, μνημονεύει καὶ Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει.* — Idem IX 408 e: *κατὰ χειρὸς ὕδωρ — ὡς Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει.*

Alia fragmenta ad hanc ipsam fabulam fortasse referenda exhibui in Incert. XXI. XLII.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I.

Ἀλλ' ἀκούετ' ὦ θεαταὶ τἀμὰ καὶ ξυνίετε
ῥήματ'· εὐθὺ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πρῶτον ἀπολογήσομαι,
ὅ τι παθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς,
ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ' αὐτοῦ μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν
ἐπιτιθῆται τῇ ποιήσει, πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν,
μαίνεταί τε καὶ παραρρεῖ τῶν φρενῶν τῷ σῷ λόγῳ.
ἀλλ' ἐμοὶ πείθεσθε πάντως μεταβαλόντες τοὺς τρόπους,
μὴ φθονεῖθ' ὅταν τις ἡμῶν μουσικῇ χαίρῃ νέων.

Servavit Stobaeus Flor. IV 33 cum lemmate *Εὐπόλιδος*. Ad aemulos poetas maximeque ad Aristophanem haec spectare monui Quaest. scen. I p. 40 (Hist. crit. p. 111) et postea item Th. Bergkius Comment. p. 365. Vs. 1 et 2 libri *πολλὰ καὶ ξυνίετε χρήματ'*. Correxit Berglerus ad Aristoph. Pac. 604. postea etiam alii. Ceterum cfr ad Cratin. p. 124. Ibid. *ὑμᾶς* pro *ἡμᾶς* ex B repositum. Pro *εὐθὺ* malit quis forsan *εὐθύς*. Sed videtur id tamen defendi posse. — Vs. 3 libri *μαθόντες*. — Vs. 4 *αὐτοῦ* Trinc. Voss. margo Gesn. Vulgo *αὐτῶν*, quod Valckenarius in *ἀστῶν*, Iacobsius Anim. ad Athen. p. 341 in *ὄντων* mutabat. Sed recte coniungitur *ἐνθάδ' αὐτοῦ*. Vide quem Gaisfordius attulit Dobraeum ad Aristoph. Plut. 1188. Bergkius, qui *αὐτῶν* revocavit, id cum *μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν* coniunxit et de *ξένοις* intellexit. — Vs. 5 *ἐπιτιθῆται* Porsonus Adv. p. 287 et Iacobsius. Libri *ἐπιθῆται*. Pro *μηδὲ ἓν* calami errore scripsi *μηδενὸς* Hist. crit. l. l. — Vs. 6 *μαίνεταί τι* Trinc. Voss. N. Ibidem Valckenarius *παραρεῖ*, advocans Hesy-

chium, *Παραρεῖ: φληναφεῖ.* At in Hesychio potius corrigendum *παραρρεῖ*, vel certe illud *παραρεῖ* a *παραρέω* deducendum. *Παραρρυῆναι τῆς ἀληθείας* dixit Clemens Alex. Strom. III p. 288 Pott. Ibid. *τῷ σῷ λόγῳ.* Certum quendam hominem, fortasse Aristophanem Eupolidis aemulum, digito monstrans haec dicit histrio. Ita etiam Bergkius. — Vs. 7 Valckenarius *πιθέσθε*. Prolusit igitur quodammodo Anglorum quorundam doctrinae, quam recte taxavit Hermannus. — Vs. 8 vulgo *φθονῇθ'*. Correxit Dobraeus l. l. Pro *ἡμῶν*, quae Valckenarii emendatio est, vulgo *ὑμῶν*. Adiicere iuvat elegantissimam translationem Grotii:

Quotquot hic spetaturitis, aurem et animum advertite:
namque se convertit ad vos nostra caussae dictio;
Vos peregrino poetae grande clamatis sophos:
civium sed si quis arti carminum se tradidit
ingeni non sequioris, mente captum dicitis,
sic quasi tutela iamiam danda sit gentilibus.
Sed mihi quaeso audientes ponite hanc sententiam,
nec iuventae vestrae honores invidete musicos.

II.

Μισῶ λακωνίζειν, ταγηνίζειν δὲ κἂν πριαίμην.
πολλὰς δ' οἶμαι νῦν βεβινῆσθαι • • • •
A. • • • *ὃς δὲ πρῶτος ἐξεῦρεν τὸ πρῴ 'πιπίνειν;*
B. πολλήν γε λακκοπρωκτίαν ἐσπίστασ' ἡμιν εὑρών.
A. εἶεν. τίς εἶπεν „ἀμίδα παῖ" πρῶτος μεταξὺ πίνων;
B. Παλαμηδικόν γε τοῦτο τοὐξεύρημα καὶ σοφόν σου.

Athenaeus I p. 17 d: *Εὔπολις δὲ τὸν πρῶτον εἰσηγησάμενον τὸ τῆς ἀμίδος ὄνομα ἐπιπλήττει λέγων Μισῶ λακωνίζειν κτλ.* Autolyco Eupolidis hoc fragmentum vindicare conatus est Fritzschius ad Aristophanis Thesmoph. p. 231, quod quibus usus rationibus fecerit, melius legitur apud ipsum. Poeta non eum perstringit, qui primus matulae nomen invexit, sed qui primus inter pocula matulam poposcit.

Ita recte haec interpretatus est iam Casaubonus. De matulae usu inter coenam, quod Sybaritarum inventum esse Athenaeus XIII p. 519 e. tradit, Schweighaeuserus laudat Gatakerum Advers. Misc. II 5. Ac nota res est ex graecis latinisque comicis. Vs. 1 λακωνίζειν fortasse recte interpretatur Schweighaeuserus ex Suida, Λακωνίζειν: παιδικοῖς χρῆσθαι. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β'. Cfr Photius Lex. p. 192 14: τὸ δὲ τοῖς παιδικοῖς χρῆσθαι λακωνίζειν ἔλεγον. Ἑλένῃ γὰρ Θησεὺς οὕτως ἐχρήσατο, ὡς Ἀριστοφάνης. — Vs. 2 Schweighaeuserus tentat πολλούς. Pro δ' fortasse γὰρ scriptum fuit. — Vs. 3 vulgo τὸ πρῶτ' ἐπιπίνειν. Corxexit Elmsleius Mus. Cantabr. IV p. 173. de compotationibus matutinis afferens Bathonem Athenaei III p. 103 c. VII p. 279 a. et Aristoph. Av. 131 et Lys. 1064. Quibus adde Pherecr. p. 265. πίνειν ἀεὶ καὶ μεθύειν πρὶν ἀγορὰν πεπληθέναι. Idem personarum vices descripsit. Initium versus fortasse ita redintegrandum τίς δ' ἐστιν ὅστις πρῶτος. — Vs. 4 ἐπίστασ' Elmsleius. Vulgo ἐπίσταθ'. Sed praeter necessitatem idem invertit verborum ordinem ἡμῖν ἐπίστασ' εὑρών. Licentius etiam lusit Porsonus Miscell. p. 233 ἴστω βροτοῖσιν εἰρών. De ἧμιν (ita enim scripsi pro ἡμῖν) v. Phrynichi Fragm. Myst. II. — Vs. 5 παῖ πρῶτος. Vulgo πάμπρωτος. Correxit sive Porsonus sive alius quis apud Kiddium ad Porsoni Misc. p. 390 allato Epicrate Athenaei VI p. 262 d:

τί γὰρ
ἔχθιον ἢ παῖ παῖ καλεῖσθαι παρὰ πότον,
καὶ ταῦτ' ἀγενείῳ μειρακυλλίῳ τινί,
ἢ τὴν ἀμίδα φέρειν;

Vs. 6 σου addunt BCD. Respexit ad hunc versum Phrynichus Bekk. p. 58. Παλαμηδικὸν τοὐξεύρεμα: οἷον σοφὸν καὶ εὐμήχανον.

III.

Ἄγε δὴ πότερα βούλεσθε τὴν νῦν διάθεσιν
ᾠδῆς ἀκούειν, ἢ τὸν ἀρχαῖον τρόπον;

B. Ἀμφότερ' ἐρεῖς, ἐγὼ δ' ἀκούσας τὸν τρόπον
ὃν ἂν δοκῇ μοι βαστάσας αἱρήσομαι.

Suidas, *Βαστάσας*: ἀντὶ τοῦ δοκιμάσας. Εὔπολις Ἄγε δὴ πότερα βούλεσθε — βαστάσας αἱρήσομαι. Πᾶν τὸ συμβησόμενον ἐπὶ λόγον ἄγων καὶ δοκιμάζων. Ad Capras haec incerta coniectura revocavit Th. Bergkius Comment. p. 334. Eodem iure ad Χρυσοῦν γένος referre possis, in qua fabula de musica arte actum esse docent fragmenta. Vs. 1 adieci νῦν praeeunte Toupio et Gaisfordio ad Hephaest. p. 45. qui nunc praetulit τήνδε, quod coniecit etiam Runkelius. Sed τῷ ἀρχαίῳ τρόπῳ melius opponitur ἡ νῦν διάθεσις ᾠδῆς *novitia artis musicae conformatio et dispositio.* — Vs. 3 Bergkius τῶν τρόπων vel τοῖν τρόποιν; quod certe non necessarium. Incerti scriptoris verba, quae Eupolideis subiiciuntur, ante Bernhardium cum Eupolidis loco continuabantur, quo factum est ut variis tentarentur coniecturis. Portus ἅπαν τὸ συμβησόμενον ἐπὶ τὸν λόγον ἄγων. Bergkius ἅπαν τὸ συμβησόμενον ἀγαγὼν ἐπὶ λόγον.

IV.

Ἦ πολλά γ' ἐν μακρῷ χρόνῳ γίγνεται μεταλλαγῇ
πραγμάτων· μένει δὲ χρῆμ' οὐδὲν ἐν ταὐτῷ ῥυθμῷ.

Orion Anth. p. 54: Εὐπόλιδος· Ἦ πολλά γ' ἐν κτλ. Cod. ὡς πολλὰ et γίνεται μεταλλαγέται. Verum puto quod reposui, μεταλλαγῇ. Schneidewino corrigenti μεταλλαγαί, ut πολλὰ positum sit pro πολλάκις et γίγνεται pro γίγνονται ut apud Cratinum iuniorem Athenaei XV p. 669 b. μάχαι δ' ἄλλοισι καὶ πόνοι μέλοι, non favet qui respexit hunc Eupolidis locum Iulianus Orat. VII p. 204 A. πολλὰ γίνεται ἐν μακρῷ χρόνῳ. τοῦτο ἐκ τῆς κωμῳδίας ἀκηκοότι μοι πρώην ἐπῆλθεν ἐκβοῆσαι. Ubi quum codex Voss. habent ἦ πολλά, id ipsum Eupolidi reddendum putavi. De metro assentior Schneidewino admonenti Hephaestionis p. 94 Gaisf. nisi quod non necessarium videtur addendo ante πραγμάτων articulo utrumque versum ad eosdem numeros exaequari.

V. VI.

Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα,
καὶ τὸν λιβανωτόν, κεὐθὺ τῶν ἀρωμάτων,
καὶ περὶ τὰ γέλγη.

Pollux IX 47: ἐν δὲ τῶν κοινῶν βιβλιοθῆκαι, ἢ ὡς Εὔπολίς φησιν οὗ τὰ βιβλία ὤνια. καὶ αὐτὸ ἐφ' αὐτοῦ (add. βιβλία). οὕτω γὰρ τὸν τόπον, οὗ τὰ βιβλία, οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον· ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων, ὡς εἰ φαῖεν ἀπῆλθον εἰς τοὔψον, καὶ εἰς τὸν οἶνον, καὶ εἰς τοὔλαιον, καὶ εἰς τὰς χύτρας, καὶ κατὰ τὸν Εὔπολιν Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα κτλ. „Horum versuum pars prior latet etiam apud [Photium et] Suidam v. τοὔψον: ὅπου τὰ ὄψα πιπράσκεται. λέγεται καὶ ὀψοπωλεῖον. ὥσπερ καὶ τὸ Παρῆλθον (sic) — λιβανωτόν, ubi poetae χρῆσιν latere interpretes fugit. Primum versum habes etiam apud schol. Aristoph. Ran. 1103: παρὰ τοὺς ἰχθῦς: παρὰ τὰ ἰχθυοπωλεῖα. τὸ δὲ τοιοῦτον Ἀττικόν. Εὔπολις Περιῆλθεν (sic) εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα. Ammonius p. 102 de εὐθὺ cum genitivo agens, affert εὐθὺ τῆς στοᾶς et εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων. Videtur hunc ipsum Eupolidis locum respicere." Haec ad Menandrum scripsi p. 281. Adde nunc scholiastam Arist. Pac. 1158: λέγουσι δ' ἔνιοι τὰ ἄλφιτα ἀρώματα, ὡς παρ' Εὐπόλιδι „καὶ τὸν λιβανωτὸν καὶ εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων," ἀντὶ τοῦ τῶν ἀλφίτων. Postrema respexisse videtur Pollux III 127: τὰ πιπρασκόμενα, φορτία, ῥῶπος, ἀγοράσματα, ὤνια, γέλγη, εἰ μὴ κωμικώτερον. Verba οὗ τὰ βιβλί' ὤνια, quae Pollux item ex Eupolide affert, Th. Bergkius Comment. p. 355 cum reliquis ita coniunxit:

καὶ περὶ τὰ γέλγη χοὗ τὰ βιβλί' ὤνια.

Fortasse recte. Quod idem hoc fragmentum ad Maricam revocavit propter fragmentum XXV eius fabulae, id totum in coniectura positum est.

VII.

Ἤδη χορηγὸν πώποτε ῥυπαρώτερον
*τοῦδ' εἶδες; * * θᾶττον ἂν τοῦ αἵματος*
ἢ χρημάτων οὗτός γε μεταδῴη τινί.

Pollux III 115: *Πλάτων δὲ ἐν Παρμενίδῃ καὶ ῥυπαρὸν* (de parco) *εἴρηκεν. Εὔπολις δέ Ἤδη χορηγὸν κτλ.* Vs. 2 post *εἶδες* Fritzschius Comment. de Aristoph. Daetal. p. 9 probabiliter addidit *ἐτεόν*. Idem pro *τοῦ* scripsit *γοῦν*. Sed articulo aegre careo. Fortasse *θᾶττον ἂν γὰρ θαἵματος*. — Vs. 3 *οὗτός γε* supplevit Fritzschius. Salmasius *αὐτοῦ γε*. Ad sententiam apposite Fritzschius attulit Demosthenem de falsa leg. p. 254 Bekk. *θᾶττον γὰρ ἂν τοῦ αἵματος ἢ λόγου μεταδοῦναί τινι.* Ceterum cfr Hist. crit. p. 42.

VIII.

Τίς οὐξεγείρας μ' ἐστίν; οἰμώξει μακρά,
ὅτιή μ' ἀνίστης ὠμόϋπνον.

Zonaras Lex. p. 605: *Ἐγερθῆναι ἐξ ὕπνου, ἀναστῆναι τῷ σώματι. Εὔπολις Τίς οὐξεγείρας κτλ.* Eadem proferuntur ex grammatico codicis Naniani apud Mingarellum p. 492. Cfr Tittmanni Praef. Zonarae p. XXXVII. Vs. 1 Tittmannus edidit *Τίς οὐκ ἐξεγείρας μ' ἐστήν.* Verum servavit cod. K. — Vs. 2 editur *ἀνίστησ' ὠμόϋπνον.* Cum *οἰμώξομαι* dicatur, non *οἰμώξω*, necessario *ἀνίστης* scribendum erat. Adiectivi *ὠμόϋπνος* *semisomnis* nonnisi unum exemplum lexicographi afferunt ex Philostrati V. Apoll. VIII 31 p. 371: *τὸ δὲ (μειράκιον) ὥσπερ ἐμμανὲς ἀναπηδῆσαν ὠμόϋπνον ἱδρῶτι τε πολλῷ ἐρρεῖτο καὶ ἐβόα.* Proprie *ὠμόϋπνος* est is cuius somnus nondum ad maturitatem pervenit. Compares *ὠμογέρων* et *ὠμόγραυς*, quorum alterum habet Menander Photii. Praeterea post *ὠμόϋπνον* desidero participium *ὄντα*.

IX.

Δεξάμενος δὲ Σωκράτης τὴν ἐπίδειξιν, [ᾄδων]
Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν, οἰνοχόην ἔκλεψεν.

Scholiasta Aristophanis Nub. 96: *ἔπειτα Εὔπολις, εἰ καὶ δι' ὀλίγων ἐμνήσθη Σωκράτους, μᾶλλον ἢ Ἀριστοφάνης ἐν ὅλαις Νεφέλαις αὐτοῦ καθήψατο· οὐδὲν δὲ χεῖρον ἐπιμνησθῆναι τῶν Εὐπόλιδος Δεξάμενος δὲ Σωκράτης — ἔκλεψεν. Οἷον δ' ἦν ὁρᾶν τὸν φιλόσοφον τὸ ἐν φανερῷ μάλιστα σκεῦος κατακείμενον κλέπτοντα καὶ ὑφαιρούμενον.* Idem ad vs. 180 *ἐκ τῆς παλαίστρας θοἰμάτιον ὑφείλετο] ὅμοιον τῷ ὑπὸ Εὐπόλιδος ῥηθέντι περὶ Σωκράτους· Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν κτλ.* Eupolin ut plerosque illius aetatis comicos multum operae in ludificando Socrate posuisse auctor est etiam Lucianus Pisc. 25. *ἔχαιρον Ἀριστοφάνει καὶ Εὐπόλιδι Σωκράτην ἐπὶ χλευασίᾳ παράγουσιν ἐπὶ τὴν σκηνήν, καὶ κωμῳδοῦσιν ἀλλοκότους τινὰς περὶ αὐτοῦ κωμῳδίας.* Vs. 1 lacunam post *ἐπίδειξιν* indicavit Hermannus. Supplevi *ᾄδων*. Th. Bergkius Comment. p. 355 coniiciebat *τὴν ἐπίδειξιν αὐτοῦ*. Fritzschius Quaest. Aristoph. I p. 219 *τὴν ἐπιδέξι' ἐκπιών, quum calicem dextrorsus traditum ebibisset, Stesichori ad lyram — vas vinarium furatus est*, ut haec ultima *παρὰ προσδοκίαν* illata putentur pro eo quod quis expectet, *ᾖσε μέλος*. Sed *τὴν ἐπίδειξιν δέξασθαι* recte dici potest qui rogatus artis suae specimen edere oblatam condicionem accipit. — Vs. 2 verba *πρὸς λύραν* ex altero scholiastae loco accesserunt. Ad metrum quod attinet, eiusdem moduli versibus usus est Eupolis in parabasi Adulatorum p. 485. Quae res movit Th. Bergkium ut hoc nostrum fragmentum ad eandem fabulam revocaret et ex eadem illa parabasi petitum esse statueret. Haec sententia multo mihi videtur esse probabilior ea quam Fritzschius proposuit, qui quum „penitus intellexisset" omnes reliquas Eupolidis fabulas praeter Baptas a Socrate philosopho longissime abhorrere, et hoc et cetera fragmenta, quae ad Socratem spectant, Baptis vindicari voluit.

X.

Μισῶ δ' ἐγὼ καὶ Σωκράτην, τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην,
ὃς τἄλλα μὲν πεφρόντικεν,
ὁπόθεν δὲ καταφαγεῖν ἔχοι τούτου κατημέληκεν.

Olympiodorus ad Platonis Phaed. p. 65 Heind. *ὁ γὰρ Εὔπολίς φησι περὶ τοῦ Σωκράτους· Τί δῆτα ἐκεῖνον τὸν ἀδολέσχην καὶ πτωχόν, ὃς τἄλλα μὲν πεφρόντικεν, ὁπόθεν καταφαγεῖν ἔχοι, τούτου δὲ κατημέληκε.* Proculus MS apud Ruhnkenium ad Xenoph. Memor. I 2 31: *αὐτὸν μὲν τὸν Σωκράτην πτωχὸν ἀδολέσχην καλούντων τῶν κωμῳδοποιῶν καὶ τοὺς ἄλλους δὲ ἁπαξάπαντας, καὶ τοὺς ὑποδυομένους εἶναι διαλεκτικοὺς ὡσαύτως ὀνομαζόντων· Μισῶ δὲ καὶ Σωκράτην τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην.* Etymol. M. p. 18 9: *Σωκράτην πτωχὸν ἀδολέσχην ἔφη Εὔπολις.* Attuli haec iam olim Curis crit. p. 51. Locum alii aliter constituerunt. V. Reisigium Praef. Aristoph. Nub. p. XXVIII et Dobraeum ad Aristoph. Plut. 361. Ipse Hermannum ad schol. Arist. Nub. 360 sequutus sum, nisi quod is vs. 2 lacunae signa posuit. At recte dimetrum tetrametris intermisceri intellexerunt Fritzschius Quaest. Aristoph. I p. 224 et Bergkius Comment. p. 353. Versu primo propter Olympiodorum fortasse scribendum:

μισῶ γε δῆτ' ἐκεινονὶ τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην,

vel *μισῶ γε δὴ κἀκεινονί.* Socratis nomen apud Proculum ex interpretatione ortum videri potest.

XI.

Ἀδολεσχεῖν αὐτὸν ἐκδίδαξον, ὦ σοφιστά.

Etymol. M. p. 18 10: *διὸ καὶ ἀδολέσχας τοὺς φυσικοὺς ἐκάλουν, λέγει δ' Ὠρίων· καὶ Σωκράτην πτωχὸν ἀδολέσχην ἔφη Εὔπολις· καὶ ἐν ἄλλοις Ἀδολεσχεῖν αὐτὸν κτλ.* Aut in fine addendum *σύ*, aut initio *ἀλλὰ* vel simile quid. Mire Fritzschius Quaest. I p. 222 coniectat *ἀοιδολεσχεῖν*, quod conformavit ad similitudinem substantivi *ἀοιδολέσχης* a

Phrynicho Bekk. p. 21 sq. commemorati. Ad *Αἶγας* locum incerta coniectura rettulit Th. Bergkius Comment. p. 334.

XII.

Οἷόν γέ πού 'στι γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος.

Eustathius ad Iliad. β' 333: *ἐνταῦθα οἱ παλαιοὶ παρασημειοῦνται τὸ τοῦ ὄχλου παλίμβολον, ὅπως οἱ αὐτοὶ καὶ φεύγειν ἦσαν ἑτοιμότατοι καὶ μένειν αὖθις ῥᾷον ἀνεπείσθησαν. ἐπιφωνοῦσι δὲ καὶ τὸ τοῦ Εὐπόλιδος Οἷόν γέ πού 'στι γλῶσσ' ἀνθρώπου. εἴπερ ὁ μὲν λέγων φεύγωμεν ἀναπτεροῖ, ὁ δὲ αὖθις πείθει λέγων μίμνωμεν.* Scholiasta ad eundem locum: *Οἷόν γέ πού 'στι γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος, κατὰ τὸν Εὔπολιν· ὁ μὲν γὰρ λέγων φεύγωμεν ἀναπτεροῖ, ὁ δὲ μένωμεν πείθει. ἅμα δὲ καὶ τὸ παλίμβολον τῶν δήμων ἐσήμανεν.* Postrema moverunt Runkelium et Raspium p. 57. ut locum ad *Δήμους* referrent. Quae sequuntur Eupolidis versum, *ὁ μὲν γὰρ λέγων* etc. si eiusdem auctoris verba sunt, varie in trimetrorum numeros cogi possunt. Hermannus Opusc. V p. 290 tentabat:

ὁ μὲν λέγων φεύγωμεν, ὃ μὲν ἀναπτεροῖ·
ὁ δ' αὖ λέγων μένωμεν, ὃ δὲ πείθει.

XIII.

Πόλιν γε θεοφιλεστάτην
οἰκοῦσιν ἀφθονεστάτην τε χρήμασιν.

Eustathius ad Hom. Odyss. β' p. 1441 16: *Δημόκριτος δὲ ἐπιτηδειέστερον φησί, καὶ Δεινόλοχος γενναιέστατον, 'Αντίμαχος δὲ ὅτι ἀφνειέστατος ἔσκεν. Εὔπολις δὲ Πόλιν θεοφιλεστάτην κτλ* Addidi *γε*. Ad *Πόλεις* rettulit Raspius Dissert. de Eupol. Civit. p. 88. coniectura haudquaquam probabili. Attici nullam unquam civitatem nisi suam ipsorum *θεοφιλεστάτην πόλιν* dixerunt.

XIV. XV.

Μὴ τρηχὺς ἴσθι.
Ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, μὴ φθονερὸν ἴσθ' ἀνδρίον.

Eustathius ad Hom. Odyss. λ' p. 1680 26: *Ἀττικοὶ δὲ ἅπαντες τὸ ἴσθι καὶ ἐπὶ τοῦ ὕπαρχε τάττουσιν. Εὔπολις Μὴ τρηχὺς ἴσθι. καὶ Ὦ δαιμόνιε — ἀνδρίον. ἤγουν μὴ φθονερὸς ἔσο ἄνθρωπος. καὶ ὅρα τὸ ἀνδρίον ὑποκοριστικῶς γενόμενον ἐκ τοῦ ἀνδρός.* De ionismo *τρηχὺς* vide supra p. 496.

XVI.

Κατ' ἀντιβολίαν δέκα τάλαντ' ἀπετισάμην.

Eustathius ad Hom. Odyss. α' p. 1406 27: *ἀντιβολία ἡ δέησις. Εὔπολις Κατ' ἀντιβολίαν κτλ.*

XVII.

Ἀλλ' ὥσπερ ἵππῳ μοὐπιβαλεῖς τρυσίππιον.

Eustathius ad Hom. Odyss. δ' p. 1517 10: *τρύσιππον ὃ τοῖς τετρυμμένοις καὶ ἀχρήστοις ἵπποις ἐπιβάλλεται, ἢ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον τρυσίππειον τετρασυλλάβως, ἔγκαυμα ἵππου γεγηρακότος ἐπὶ τῆς γνάθου ὅμοιον τρόχῳ. φέρει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ χρῆσιν Εὐπόλιδος ταύτην Ἀλλ' ὥσπερ ἵππῳ μοι ἐπιβαλεῖς τρυσίππειον.* Correxit Runkelius. Ex Aelio Dionysio profecit Photius p. 608 16. *Τρυσίππιον: ἔγκαυμα ἵππου γεγηρακότος ἐπὶ τῆς γνάθου τρόχῳ ὅμοιον. οὕτως Εὔπολις.* Cfr ad Cratetis Sam. II. Nota ista equis inusta dicebatur etiam *ἵππου τρόχος*. V. Photius p. 112 16.

XVIII.

Σὺ δὲ τὰ καλώδια
ταῦθ' ἀρκυώρει.

Eustathius ad Hom. Odyss. ε' p. 1535 18: *ὅτι δὲ καὶ ἐδασύνοντο ἀττικῶς αἱ ἅρκυες οὐκ ἄδηλον. καὶ φέρεται χρῆσις Εὐπόλιδος εἰς τοῦτο τοιαύτη Σὺ δὲ — ἀρκυώρει, ὅ ἐστι φύλασσε. ἐπεὶ καὶ ἀρκυωρὸς ὁ τῶν ἀρκύων φύλαξ.*

XIX.

Τῇ χειρὶ νῆσαι μαλθακωτάτην κρόκην.

Eustathius ad Hom. Od. η' 104 p. 1571 35: αἳ (γυναῖκες) τῇ χειρὶ τὴν κρόκην ἔνηθον. Εὔπολις Τῇ χειρὶ νῶσαι κτλ. Correxi νῆσαι, a νέω non a νάω. Agnoscit sane formam νάω Etymol. M. p. 344 in. eaque usus est Pollux VII 32: ἐφ' οὗ νήθουσιν ἢ νῶσιν, et X 125: καὶ μὴν καὶ ὄνον, ἐφ' οὗ νῶσιν. Sed ab Atticorum usu haec verbi forma aliena est. Nec probandum quod in Eupolidis versu habet scholiasta ad eundem Homeri locum: τὴν κρόκην τῇ χειρὶ ἔνηθον αἱ παλαιαὶ γυναῖκες, ὥς που καὶ Εὔπολίς φησι Τῇ χειρὶ νῆθε μαλθακωτάτην (Mediol. — τῳ) κρόκην. Quod ut prorsus reiiciamus efficit verissimum grammaticorum praeceptum, νέω non νήθω attice dici docentium. Photius quidem p. 298: νήθειν, οὐ μόνον νεῖν τὴν κρόκην λέγουσιν. Cui concinit Antiattic. p. 88. Sed recte Pollux VII 32: οἱ Ἀττικοὶ δὲ τὸ νήθειν νεῖν λέγουσιν. Nec unquam aliter veteres Attici, ut hinc etiam pondus accedat crisi nostrae in loco Cratini Malth. IV p. 75.

XX.

Κλέων Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα.

Lucianus Prom. cap. 2: μὴ ἄρα οὕτως με Προμηθέα λέγοις εἶναι, ὡς ὁ κωμικὸς τὸν Κλέωνά φησιν. οἶσθα περὶ αὐτοῦ· Κλέων Προμηθεύς κτλ. Eupolidis esse versum annotavit scholiasta.

XXI.

Πρῶτος γὰρ ἡμᾶς, ὦ Κλέων,
χαίρειν προσεῖπας πολλὰ λυπῶν τὴν πόλιν.

Moeris Attic. p. 417: Χαίρειν ἐν ἐπιστολῇ πρῶτος λέγεται γράψαι Κλέων Ἀθηναίοις μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν Πύλον. ἔνθεν καὶ τὸν κωμικὸν ἐπισκώπτοντα εἰπεῖν Πρῶτος γὰρ ἡμᾶς κτλ. Eupolidi haec vindicavi Hist. crit. p. 115.

allato Suida v. *χαίρειν. πρῶτον δὲ Κλέωνά φησιν Εὔβουλος ὁ κωμικὸς οὕτως ἐπιστεῖλαι τοῖς Ἀθηναίοις ἀπὸ Σφακτηρίας.* Legendum *Εὔπολις*. Vidit hoc etiam Fritzschius apud Th. Bergkium Comment. p. 362. Locus fortasse ad *Χρυσοῦν γένος* revocandus est.

XXII.

Συνέτυχεν ἐξιόντι μοι
ἄνθρωπος ἀποφρὰς καὶ βλέπων ἀπιστίαν.

Phrynichus Praep. soph. p. 5 8. *Ἄνθρωπος ἀποφράς: ἀποφράδες ἡμέραι, καθ' ἃς ἀπηγόρευτό τι πράττειν. σημαίνει οὖν τὸν οἷον ἀπαίσιον καὶ ἔξεδρον καὶ ἐπάρατον ἄνθρωπον. Συνέτυχεν — ἀπιστίαν.* Quibus haec subiiciuntur: *Ἀπιστίαν βλέπει: Εὔπολις. σημαίνει τὸν ἀπιστότατον.* Etymol. M. p. 131 19: *καὶ τοὺς πονηροὺς δὲ ἀποφράδας ἐπιθετικῶς ἐκάλεσαν. οἷον Ἄνθρωπος ἀποφρὰς καὶ βλέπων ἀπιστίαν.* De homine nefario *ἀποφράς* dixit etiam Lucianus vol. III p. 611 et incertus ap. Suidam s. *ἡνίοχος*.

XXIII.

Ὡρᾳζομένη καὶ θρυπτομένη.

Phrynichus Praep. soph. p. 43 15. *Θρύπτεσθαι: ὡραΐζεσθαι. ἄμφω Εὔπολις Ὡραϊζομένη καὶ θρυπτομένη.* Scripsi *ὡρᾳζομένη*, quam formam item Aristophani reddendam coniicio Eccl. 202: *σωτηρία παρέκυψεν, ἀλλ' ὡρᾴζεται Θρασύβουλος αὐτὸς οὐχὶ παρακαλούμενος.* Vulgo *ὀρίζεται*. Rav. *ὀρείζεται*.

XXIV.

Καὶ γὰρ αἰσχρὸν ἀλογίου 'στ' ὀφλεῖν.

Grammaticus Bekk. Anecd. I p. 436 8: *Ἀποστάσιον καὶ λιποστράτιον καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα οὐδετέρως σχηματίζουσιν. Εὔπολις Καὶ γὰρ αἰσχρὸν ἀλογίους τι ὀφλεῖν.* Ita codex: Bekkerus *ἀλογίου τι*. Correxit Bergkius.

XXV.

Ὥσπερ ἀνέμου 'ξαίφνης ἀσελγοῦς γενομένου.

Grammaticus Bekk. Anecd. I p. 451 10. *Ἀσελγές: πᾶν τὸ σφοδρὸν καὶ βίαιον. καὶ ἀσέλγεια ἡ μετ' ἐπηρεασμοῦ καὶ θρασύτητος βία. καὶ ἀσελγὴς ὁ ἀνάγωγος. Δημοσθένης — καὶ ὁ κωμικός Ὥσπερ ἀνέμου ἐξαίφνης ἀσελγοῦς γενομένου.* Eupolidi vindicavi propter Polluc. I, 111: *Εὔπολις δὲ καὶ ἄνεμον ἀσελγῆ εἶπε τὸν βίαιον.* Hesychius II 350: *τὸ γὰρ ἀσελγὲς οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἀκολάστου ἔταττον οἱ παλαιοί, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου. καὶ γὰρ ἄνεμον ἀσελγῆ λέγουσιν, ὡς Εὔπολις.* Eadem omisso Eupolidis nomine Prov. Bodl. 555.

XXVI.

Καὶ μὴ πονηρούς, ὦ πονήρα, προξένει.

Grammaticus Crameri Anecd. II p. 372: *ὁ κατὰ ψυχὴν* (*πονηρὸς*) *ὀξυτόνως, ὁ δὲ κατὰ σῶμα προπαροξυτόνως· καὶ παρ' Εὐπόλιδι τὸ θηλυκὸν πονήρα Καὶ μὴ πονηροὺς κτλ.* Exposuit de hoc discrimine doctissime vetus interpres Aristotelis Eth. Nicom. III 5. Cfr Goettling de Acc. p. 304.

XXVII.

Ἡρῷον εἴ πως μοι κομίσαιο τοῦ Λύκου.

Herodianus Cram. Anecd. III p. 253. Hermanni p. 309: *ἡρῷον λέγεται ἡ τοῦ ἥρωος εἰκὼν ἢ τὸ τέμενος. ὡς Εὔπολις Ἡρῷον κτλ.* Memoriae errore Eupolidi versum assignasse videtur qui est Aristophanis Vesp. 819: *θἠρῷον εἴ πως ἐκκομίσαιο τοῦ Λύκου.*

XXVIII.

Ἐγὼ δ' ἄδειπνος ἑσπέρας ηὐλιζόμην.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 468 18: *αὐλίζεται τὸ ἐν αὐλῇ διατρίβει, καὶ ἰδίως τὸ κοιμᾶται Εὔπολίς φησιν Ἐγὼ δ' ἄδειπνος ἑσπέρας αὐλιζόμην.* Scripsi *ηὐλιζόμην*.

XXIX.

Τῇ νῦν καταδέχεσθε τοὺς φακούς.

Herodianus Cram. Anecd. III p. 253. Hermanni p. 309: οὕτω (φακοὶ) καλεῖται ὠμὸν τὸ ὄσπριον, ὡς Εὔπολις Τῇ νῦν καταδέχεσθαι τοὺς φακούς. Pro καταδέχεσθαι apud Hermannum κατέδεσθαι. Correxi καταδέχεσθε. De τῇ νῦν Bergkius Comment. p. 159.

XXX.

Οὐ γὰρ κατάξει τῆς κεφαλῆς τὰ ῥήματα.

Herodianus Piersoni p. 448: κατέαγα τῆς κεφαλῆς, οὐ μὴν πᾶσαν τὴν κεφαλὴν ἀλλὰ μέρος τι αὐτῆς. Εὔπολις Οὐ γὰρ κατάξεις κτλ. Aristoph. Acharn. 1180: καὶ τῆς κεφαλῆς κατέαγε περὶ λίθον πεσών. Pro Εὔπολις cod. Ἄπολις. Correxit Piersonus. Idem ῥάμματα pro ῥήματα. Id si scripsisset Eupolis, parum apte illo versu usus esset Herodianus. Scripsi igitur κατάξει pro κατάξεις, ut voluit etiam Porsonus Adv. p. 285. Hoc dicit: *verba enim caput eius non diffindent.*

XXXI.

Εἰωθὸς τὸ κομμάτιον τοῦτο.

Hephaestio p. 132: κομμάτιον, ὃ καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ποιηταῖς ὠνομάσθη. φησὶ γὰρ Εὔπολις Εἰωθὸς τὸ κομμάτιον τοῦτο.

XXXII.

Ἀνερροθίαζε περὶ τὰ χείλη τῆς νεώς.

Pollux II 89: Εὔπολις καὶ νηὸς χείλη εἴρηκεν Ἀνωρροθία ἡ περὶ τὰ χείλη τῆς νεώς. Runkelius ἄνω ῥοθίαζε. Sed imperativus non aptus est: scripsi igitur ἀνερροθίαζε scil. ἅλς, *mare strepebat circa extremam navis oram.* Ἀναρροθιάζειν dictum ut ἀναρροχθεῖν apud Homerum. Sed possis etiam ἄνω ῥοθιάζει vel ἀναρροθιάζει.

XXXIII.

Ὅταν δὲ δὴ πίνωσι τὴν ἐπιδέξια.

Pollux II 159: *παρὰ δὲ Εὐπόλιδι προπόσεως σχῆμα Ὅταν δὲ πίνωσι τὴν ἐπιδέξια.* Ita vulgo: correxit Toupius. De *ἐπιδέξια πίνειν* vide Athenaeum XI p. 464 a.

XXXIV.

Οἴνου παρόντος ὄξος ἠράσθη πιεῖν.

Pollux VI 65: *τὰ δὲ ἡδύσματα, ἔλαιον, ὄξος, ὡς Εὔπολις Οἴνου παρόντος κτλ.* Ad *Πόλεις* nescio quo auctore rettulerit Grotius Excerptis p. 503. cuius haec est translatio *Vult bibere acetum, cum sit vini copia.* Versus fuisse videtur proverbialis de iis dictus qui melioribus suppetentibus deteriora praeferrent.

XXXV.

Cocondrius de tropis apud Boissonadum Anecd. IV p. 290. apud Walzium Rhet. VIII p. 789: *τὸ εἴκασμά ἐστι σκῶμμα καθ' ὁμοιότητα, ὡς ἔχει τὸ παρ' Εὐπόλιδι Κατεικάζουσιν ἡμᾶς σχάδι βολβῷ.* Pro *σχάδι* Boissonadus *σχεδόν*, Walzius *ἰσχάδι*, sed male idem *βολβῷ* ante *κατεικάζουσιν* transponit. Fortasse — *κατεικάζουσιν ἡμᾶς ἰσχάδι | βολβῷ τε.* Quamquam nec hoc valde placet. Comparatio cum carica ad rugas spectare videtur. V. Iacobsium Animadv. ad Brunckii Anal. I 2 p. 281. De *κατεικάζειν* vide ad Cratini Drapet. XIII.

XXXVI.

Οὐ πάνυ ταχὺ
ῥίψας ἐμοὶ τοῦτ' ἀναβαλεῖς τὸ κρητικόν;

Photius p. 178 17. *Κρητικόν: βραχὺ ἱμάτιον· οὕτως Εὔπολις Οὐ πάνυ ταχύ κτλ.* Codex *ἀναβάλλες.* Correxit Porsonus. *Κρητικὸν* vestis erat tenuis et curta, qua apud Athenienses rex sacrorum utebatur. V. Hesychius v. *κρητικὸν* et Pollux VII 77.

XXXVII.

Ἐξεπλάγη γὰρ ἰδὼν στίλβοντα τὰ λάμβδα.

Photius p. 200 8. *Λάμβδα: ἐπὶ ταῖς ἀσπίσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐπέγραφον, ὥσπερ οἱ Μεσσήνιοι μ̄. Εὔπολις Ἐξεπλάγη γὰρ κτλ.*

XXXVIII.

Ἐγὼ δὲ χαίρω πρός γε τοῖς σοῖς παιδικοῖς.

Photius p. 369 12: *ὅτι δὲ ἐκάλουν οὕτως (παιδικὰ) καὶ τὰ πρὸς γυναῖκας Εὔπολις (μαρτυρεῖ)· φησὶ γὰρ ὡς πρὸς αὐλητρίδα τις Ἐγὼ δὲ χαίρω κτλ.* Eadem scholiasta Aristoph. Vesp. 1021. Grammaticus Bachmanni Anecd. I p. 324 et Suidas v. *παιδικά*, qui omnes *γε* omittunt.

XXXIX.

Γυνὴ μέλαιναν δέρριν ἠμφιεσμένη.

Etymol. M. p. 257 14. *Δέρρις: ἱμάτιον παχὺ ἢ δέρμα ἢ τρίχινον παραπέτασμα ἐπὶ ταῖς θύραις ταῖς αὐλείαις βαλλόμενον. ἔστι καὶ ῥῆμα (?). Εὔπολις Γυνὴ μέλαιναν κτλ.*

XL.

Εἰ μὴ κόρη δείσειε τὸ σταῖς ἤθεος.

Etymol. M. p. 422 43: *ἤθεος σπανίως ἐπὶ παρθένου, ὡς παρ' Εὐπόλιδι Εἰ μὴ κόρη κτλ.* Eadem Eustathius ad Iliad. *δ'* p. 500 38 et Anecdota Crameri III p. 328 22.

XLI.

Ἐκ τῶν ἀγρῶν ἥκουσιν ἐβλαστηκότες.

Etymol. M. p. 508 30. *Ἐβλαστηκότες: Ἐκ τῶν ἀγρῶν ἥκουσιν ἐβλαστηκότες. Ἀττικῶς· βεβλαστηκότες, ἀποβολῇ τοῦ β̄, ὥσπερ βεβριμωμένης, ἐβριμωμένης. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ἀποβάλλουσι σύμφωνον.* Eupolidi vindicavi ductu Grammatici apud Cramerum Anecd. IV p. 184: *χωρὶς τῶν ἐχόντων τὸ γν, οἷον ἔγνωκα, ἐγνώρικα, ἐγνωσιμάχηκα, ἐγνυμένον καὶ βλαστικότες παρ' Εὐπόλιδι.* Quae minus

mendose scripta extant ibidem p. 514: τὸ ἐγλυμένοι καὶ ἐβλαστηκότες παρ' Εὐπόλιδι διπαράλογά ἐστιν. γεγλυμένοι γὰρ δεῖ λέγειν καὶ βεβλαστηκότες Apud Thucydidem III 26: ἐδῄωσαν δὲ τῆς Ἀττικῆς τά τε πρότερον τετμημένα εἴ τι ἐβεβλαστήκει, fortasse praestat scribere ἐπεβλαστήκει.

XLII.

Ὡς οἴχεταί μοι τυρὸς ἐξεγλυμμένος.

Etymol. M. p. 311 55: ἐγλυμμένος, ἐκ τοῦ γεγλυμμένος· οἷον Ὡς οἴχεται κτλ. Eupolidi vindicavi ductu Grammatici apud Cramerum locis ad superius fragmentum adscriptis. Cfr ad Χρυσοῦν γένος Fragm. V.

XLIII.

Αὐτοῦ δ' ὄπισθεν κατέλαβεν τὸ κούδυλον.

Etymol. M. p. 529 8: Κόντιλος. Εὔπολις, εἰ μὴ παίζει, Αὐτοῦ δ' ὄπισθεν κατέλαβεν τὸ κούδυλον. ἔστι κοντός, κόντιλος. Sylburgius τὸν κόντιλον. Ac sane id suadere videntur verba grammatici, quamquam ad sententiam satis aptum esse videtur τὸν κόνδυλον *cubitum*. Si verum est τὸν κόντιλον, fortasse penem significare voluit poeta. Cfr Iacobsii Animadv. ad Anal. Brunck. II 3 p. 157.

XLIV.

Οὐδὲν κενὸν τρύπημ' ἂν ἐν ταῖς οἰκίαις ἂν εὕροις.

Etymol. M. p. 726 53. Στειλειά: τὸ τρῆμα τοῦ πελέκεως, δι' οὗ τὸ στελεὸν ἐνείρεται, ἣν τρήμην Ἀττικοὶ λέγουσιν. Ἀριστοφάνης „τρήμας ἔχει." — καὶ τὸ τρύπημα δέ, ὡς Εὔπολις Οὐδὲν καινὸν τρύπημ' ἐν ταῖς οἰκίαις ἂν εὕρῃς. Correxit Porsonus Advers. p. 285. Τρύπημα eodem sensu posuisse videtur, quo Aristoph. Eccl. 225. ὅπως ἂν μηδεμιᾶς ᾖ τρύπημα κενόν. Versus optime Alcibiadis libidinibus convenit; ac fortasse ex Adulatoribus desumptus est, cuius fabulae vide Fragm. XVIII.

XLV.

Βάπτειν τὰ κάλλη τὰ περίσεμνα τῇ θεῷ.

Etymol. M. p. 486 48: *τὰ πορφυρᾶ γὰρ κάλλη ἐκαλοῦντο. Εὔπολις Βάπτειν τὰ κάλλη περίσεμνα τῇ θεῷ.* Articulus accessit ex cod. apud Piersonum ad Moerin p. 210 et Polluce VII 63: *καὶ κάλλη φίλον τοῖς κωμῳδοῖς καλεῖν (τὰ πορφυρᾶ ἱμάτια), ὡς Εὔπολίς που λέγει Τὰ κάλλη τὰ περίσεμνα τῇ θεῷ.* Etymol. Gud. p. 294 28 habet *βάπτε*, unde Fritzschius Qu. Arist. I p. 201 scripsit *βάπτετε* locumque ad Baptas rettulit, ut fecerat iam C. G. Lucas. Cfr Hist. crit. p. 122. Ac fortasse illud *βάπτε* nihil est nisi *Βάπταις*.

XLVI.

Ἐγὼ γὰρ εἰς ζητρεῖον ἐμπεσών.

Etymol. M. p. 411 35. *Ζητρεῖον: τὸ τῶν δούλων κολαστήριον. Εὔπολις Ἐγὼ γὰρ κτλ.* Nomen *ζητρεῖον* ex Eupolide afferunt Photius et Suidas s. v.

XLVII.

Athenaeus I p. 3 a: *πάντα δὲ ταῦτα μόνον ἐξευρεῖν ἐκ παλαιῶν ψηφισμάτων καὶ δογμάτων τηρήσεως, ἔτι δὲ νόμων συναγωγῆς, οὓς ἔτι διδάσκουσιν, ὡς τὰ Πινδάρου ὁ κωμῳδιοποιός Εὔπολίς φησιν, ἤδη κατασεσιγασμένων ὑπὸ τῆς τῶν πολλῶν ἀφιλοκαλίας.*

XLVIII.

Ῥαφανῖδες ἄπλυτοι, σηπίαι,
δρυπεπεῖς τ' ἐλᾶαι.

Athenaeus II p. 56 a. *Ἐλᾶαι: Εὔπολις „Σηπίαι δρυπεπεῖς τ' ἐλᾶαι." ταύτας Ῥωμαῖοι δρύπτας λέγουσιν.* Idem p. 56 e. *Ῥαφανῖδες: αὗται κέκληνται διὰ τὸ ῥᾳδίως φαίνεσθαι. καὶ ἐκτεταμένως δὲ καὶ κατὰ συστολὴν λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς. Κρατῖνος Ταῖς ῥαφανῖσι δοκεῖ, τοῖς*

δ' ἄλλοις οὐ λαχάνοις. Εὔπολις Ῥαφανῖδες ἄπλυτοι σηπίαι. Ad unum fragmentum haec coniungenda esse vidit Runkelius. Obscure Hesychius, Ἄπλυτοι ῥαφανῖδες: οὕτως ἔνιοι, καὶ οὐ ποτάμιαι, ἃς δὴ καὶ θαλασσίας *) τινὲς ἔλεγον. Illotam rhaphanum esse quae intus alba foris pulla sit, et ab ipsa nigredine nomen habere ex Bodaeo ad Theophr. p. 770 annotavit Schweighaeuserus. De mensura ultimae in nomine ῥαφανὶς Draco Straton. p. 80 ῥαφανίς: διφορεῖται τὸ ῑς. Ἀττικῶς δὲ ἐκτείνει — παρ' Εὐπόλιδι δὲ συστέλλεται. Eustathius ad Iliad. φ' 1220 55: συστέλλεται δὲ παρὰ τῷ Εὐπόλιδι ἐν τῷ ῥαφανῖδες ἄπλυτοι.

XLIX.

Ὄψῳ πονηρῷ πολυτελῶς ἠρτυμένῳ.

Athenaeus II p. 68 a: τὸ δὲ ῥῆμα (ἀρτῦσαι) κεῖται παρὰ Σοφοκλεῖ „ἐγὼ μάγειρος ἀρτύσω σοφῶς." — Εὔπολις Ὄψῳ πονηρῷ κτλ.

L.

Καὶ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον.

Athenaeus XIV p. 623 e: ὁ μὲν κωμῳδιοποιὸς Εὔπολις, ἄνδρες φίλοι, φησί Καὶ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον, ἀεί τε καινὸν ἐξευρίσκει τι τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις. Eustathius ad Hom. p. 1421 55: κατὰ τὸν Εὔπολιν εἰπόντα ὡς ἡ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστὶ κτλ. Hinc coniicias χἠ μουσική, quamquam articulus non necessarius est. Tum τι omittit Grotius Exc. p. 507 locum ita transferens: *Subtile quiddam et varium est musica: His qui ingenio pollent, semper aliquid suppeditat novi.* Cod. P βαθύ τι καμπύλον, unde vere, opinor, Hanovius Exerc. crit. p. 160 coniecit βαθύ τι κἄγκυλον. Sequentia haud difficulter cum Dindorfio in trimetrum cogas, ἀεί τι καινὸν τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις, eiecto, quod Athenaei esse putat, ἐξευρίσκει.

---

*) Corrigunt Θασίας. Pro ποτάμιαι codex π π superscripto ο ο.

Sed re diligentius pensitata non dubito iis accidere qui illa Athenaei verba esse putant. Statim enim infert: *διόπερ καὶ Ἀναξίλας ἐν Ὑακίνθῳ φησὶν Ἡ μουσική — ἀεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν θηρίον τίκτει.*

LI.

Ὃς τὸν νεανίσκον συνὼν διέφθορεν.

Zonaras Lex. p. 548: *Διέφθορεν οὐ τὸ διέφθαρται δηλοῖ παρὰ Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ διέφθαρκεν. Εὔπολις Ὃς τὸν κτλ.* Cod. *νεανίσκων*, correctum a Tittmanno. Versum hunc Baptis attribuit Fritzschius.

LII.

Τὸ σῶμ' ἔχουσι λεῖον ὥσπερ ἐγχέλεις.

Zonaras Lex. p. 601: *εὗρον δὲ καὶ τὸ ἔγχελυς ἀττικόν. Εὔπολις Τὸ σῶμ' ἔχουσι λεῖον ὥσπερ ἔγχελυς.* Scripsi *ἐγχέλεις*. Confirmat Grammaticus MS apud Mingar. cod. Nanian. p. 492: *ἔγχελυς ἑνικόν, τὸ δὲ πληθυντικὸν ἐγχέλυες. παρὰ γοῦν τοῖς Ἀττικοῖς ἐγχέλεις, καὶ αἱ πτώσεις ἐγχέλεων, ἐγχέλεσιν. Εὔπολις Τὸ σῶμ' ἔχουσι λεῖον ὥσπερ ἔγχελυς* (sic). *Ἀριστοφάνης* (Equ. 860) *ὥσπερ οἱ τὰς ἐγχέλεις πέπονθας.* Hunc quoque versum Baptis assignat Fritzschius. Eiusmodi coniecturis nihil promptius. Homines molles totoque corpore levigatos describi in propatulo est. Comparant Aristophaneum versum, *καὶ λεῖος ὥσπερ ἔγχελυς χρυσοῦς ἔχων κικίννους.*

LIII.

Οὐ γὰρ λέλειπται τῶν ἐμῶν οὐδ' ἔγκαφος.

Zonaras Lex. p. 603: *ἔγκαφος τὸ ἐλάχιστον. Εὔπολις Οὐ γὰρ λέλειπται κτλ.* Editur *οὔτ' ἄρ.* Sed recte *οὐ γὰρ* qui versum eundem afferunt Suidas v. *ἔγκαφος* et Eustathius ad Hom. p. 1481 34. 1817 49. Apud Etymol. M. p. 310 21 legitur *οὔτ' ἄρ λέληπται*, ex quibus *λέληπται* male probabat Valckenarius ad Ammon. p. 20. Versus fortasse Adulatori-

bus vindicandus est; egregie certe convenit Calliae bonis fortunisque omnibus spoliato.

LIV.

Λυγίζεται καὶ συστρέφει τὸν αὐχένα.

Scholiasta Theocriti I 97. verbum *λυγίζειν* illustrans: *Εὔπολις, οἷον Λυγίζεται κτλ.* Frustra Hemsterhusius in *οἷον* fabulae nomen latere putabat; nec Porsoni necessaria est coniectura, *Οἷον αὖ λυγίζεται κτλ.* Apte Hemsterhusius comparat schol. Theocr. II 17: *διὰ τὸ πανταχοῦ στρέφειν καὶ λυγίζειν τὸν αὐχένα.* Similiter *στροφαὶ καὶ λυγίσματα* coniungit Theophyl. Simoc. Epist. p. 106. Eupolidis verba de saltatore intelligenda sunt. Cfr Aristoph. Vesp. 1487.

LV.

Μάττει γὰρ ἤδη καὶ τὸ πῦρ ἐκκάεται.

Scholiasta Dionysii Thr. p. 937: *φαμὲν ἤδη γράφω, ἤδη ἔγραψα, ἤδη γράψω. καὶ μαρτυρεῖ ἡ χρῆσις, τοῖς τρισὶ χρόνοις αὐτὸ συντάξασα, οἷον Μάττει γὰρ — ἐκκάεται, παρ' Εὐπόλιδι.*

LVI.

Καὶ τοὺς περιπόλους ἀπιέν' εἰς τὰ φρούρια.

Scholiasta Par. Aeschinis de F. L. § 167 7: *περίπολος ὁ περιερχόμενος τὴν πόλιν καὶ φυλάττων. οὗτος ἐν τοῖς φρουρίοις κοιτάζεται. Εὔπολις Καὶ τοὺς περιπόλους ἀπιέναι εἰς τὸ φρούρια.*

LVII.

Ἀποφθαρεὶς δὲ δύο κύβω καὶ τέτταρα.

Scholiasta Aristophanis Ran. 1447. de auctore huius versus, *βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέσσαρα*, disserens: *τινὲς δὲ (λέγουσιν) ὅτι ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἦν ὁ τόπος, οἱ δὲ ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. ἐμφαίνει δὲ καὶ Εὔπολις τοῦτο εἰδὼς Ἀποφθαρεὶς κτλ.* Ubi *τοῦτο* de ipso illo

versu intelligendum est, quem Eupolidi quoque cognitum fuisse dicit: et rectius fortasse scribitur *τοῦτον*.

LVIII.

Scholiasta Aristoph. Pac. 739. *εἰς τὰ ῥάκια: ὡς τοιαῦτα εἰσαγόντων τῶν ἄλλων κωμικῶν, ῥακοφοροῦντας. αἰνίττεται δὲ εἰς Εὔπολιν.*

LIX.

Scholiasta ad Aristoph. Equ. 941. ubi poeta his verbis soluta oratione scriptis utitur: *εὖ γε νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα*, haec annotavit: *ἔστι δὲ πολλὰ καὶ παρ' Εὐπόλιδι σεσημειωμένα*, ubi post *πολλὰ* fortasse inserendum *τοιαῦτα*.

LX.

Scholiasta Aristoph. Equ. 980: *τορύνη τὸ κινητήριον τῆς χύτρας. πανταχοῦ δὲ ἐκτείνεται, εἰ καὶ (μὴ) παρ' Εὐπόλιδι Τορύνην τέως δὴ ξίφος ὑπεζωσμένος.* Suidas v. *τορύνη. παρ' Εὐπόλιδι Τορύνην δ' αἱ δὴ ξίφος ὑπεζωσμένος.* Scholiasta Aristoph. Av. 78: *τορύνη πανταχοῦ ἐκτέταται εἰ μὴ παρ' Εὐπόλιδι.* Eadem Draco Straton. p. 86. Kusterus tentabat *τορύνην δ' ἐκεῖνος ὡς ξίφος ὑπεζωσμένος.* Nihil in his Eupolideum esse nisi vocabulum *τορύνη*, ad Aristophanis scholia decebit Dindorfius.

LXI.

Ὅτι χωλός ἐστι τὴν ἑτέραν χεῖρ' οὐ λέγεις.

Scholiasta Aristoph. Av. 1379: *τὸ δὲ χωλὸν ἐπὶ τῆς χειρὸς (ἔτασσον), ὡς Εὔπολις Ὅτι χωλός ἐστι κτλ.* Idem ad Equ. 1083 et hinc Suidas v. *κυλλὸς* II 393: *χωλοὺς τοὺς χεῖρα πεπηρωμένους. Εὔπολις. Ὅτι χωλὸς εἶ σὺ τὴν χεῖρα σφόδρα.* Sed idem Suidas v. *χωλὸς* III 680. *ὅτι χωλὸς τὴν χεῖρα σὺ σφόδρα*, h. e. *εὖ σφόδρα*, ut habet Pollux IV 188: *Εὔπολις δὲ καὶ τὸν τὴν χεῖρα πεπηρωμένον χωλὸν εἴρηκεν, Ὅτι* (sic) *χωλός ἐστι τὴν ἑτέραν*

χεῖρα εὖ σφόδρα. Quae fortasse vera est huius versus scriptura, quem de Diopithe (v. supra p. 537) interpretatur Fritzschius Quaest. Arist. I p. 252. Praeterea locum hunc respicit Philemon Osanni p. 209: *λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ χειρὸς τὸ χωλός, ὡς παρ' Εὐπόλιδι.*

LXII.

Παρὰ τῃδεδὶ σὺ τῇ σοβάδι κατηγάγου;

Scholiasta Aristoph. Pac. 812: *σοβάδας τὰς πόρνας λέγουσιν. Εὔπολις Παρὰ τῇδε σὺ τῇ σοβάδι κατηγάγου.* Ita Venetus. Vulgo *κατήγου. Τῃδεδὶ* pro *τῇδε* Fritzschius Actis Soc. gr. I p. 136.

LXIII.

Scholiasta Arist. Thesm. 828: *συνέχεε* (*στρατιά* et *στρατεία*) *καὶ οὗτος ὡς Εὔπολις πολλάκις· στρατιὰ μὲν γὰρ τὸ πλῆθος, στρατεία δὲ ἡ στράτευσις.* Vix credibile est haec confudisse Eupolin, quamquam illud verum est *στρατιὰν* passim dici ubi eodem iure *στρατείαν* dici licuit, e. g. apud Aristoph. Lys. 592 *μονοκοιτοῦμεν διὰ τὰς στρατιάς.* Idem Equ. 587 *ἐν στρατιαῖς τε καὶ μάχαις* aliisque locis. In Eupolidis autem versu *Ἀστρατ.* I 2. ad quem scholiastae annotationem pertinere existimat Fritzschius, *στρατιά* aperte de exercitu dicitur.

LXIV.

Scholiasta Euripidis Med. 517: *ἡ διστιχία* *) *τοῦ χοροῦ ἐστι. κατὰ δὲ τούτους ἤδη τὰ τῶν χορῶν ἠμαύρωται. τὰ μὲν γὰρ ἀρχαῖα διὰ τῶν χορῶν ἐπετελεῖτο. ὅθεν ὁ Εὔπολις φησί, Τί χορὸς οὗτος, κλαίειν εἴπωμεν πυράμου· ἵν' ᾖ κατὰ ταὐτὰ ἰαμβεῖα δύο.* Pro *πυράμου* cod. Flor. *πυρανί*, ita ut ultimae litterae superscriptum sit *Δ*. Gaudebo si quis haec probabiliter expediverit. Hoc quidem intelligitur metrum loci Eupolidei fuisse anapaesticum, et pro *τί* scribendum esse *τίς*.

---

*) Ita Elmsleius pro *δυστοιχία* vel *δυστυχία*.

LXV.

Scholiasta Aeschyli Prom. 450: *προσείλους, πρὸς ἥλιον ὁρῶντας. καὶ Εὔπολις Αὐλὴ πρόσειλος.* Vulgo *πρόσηλος*, correctum a Dawesio Misc. crit. p. 483. Cfr Phrynichus App. soph. p. 15.

LXVI.

Scholiasta Aristophanis Vesp. 1515. ad verba *καὶ τὸ Φρυνίχειον ἐκλακτισάτω τις: δῆλον ὡς σημειῶδές τι ἦν τὸ Φρυνίχειον, τὸ εἰς ὕψος ἐν τῇ ὀρχήσει ἐκλακτίζειν. καὶ οὐκ ἄλλως αὐτὸς (αὐτὸ) Εὔπολις εἶπεν.* De Phrynicho vide Hist. crit. p. 147.

LXVII.

Scholiasta Thucyd. I 30: *τροπαῖον ἡ παλαιὰ Ἀτθίς, ἧς ἔστιν Εὔπολις, Κρατῖνος, Ἀριστοφάνης, Θουκυδίδης· τρόπαιον ἡ νέα Ἀτθίς, ἧς ἔστι Μένανδρος.* V. ad Cratini fragm. p. 227.

LXVIII.

Scholiasta Iliad. ξ 241 ex Alexandro Cotiaeensi: *τῷ ἐπίσχοιμι ἀκόλουθόν ἐστι τὸ ἐπίσχοις, τῷ δὲ ἐπισχοίης τὸ ἐπισχοίην. καὶ ἴσως ἔδει οὕτως ἔχειν, παρεφθάρη δὲ ὑπὸ τῶν μεταχαρακτηρισάντων. τῷ δὲ χαρακτῆρι γενόμενον ὅμοιον τῷ ἰοίην καὶ ἀγαγοίην παρὰ Σαπφοῖ καὶ τῷ πεπαγοίην παρ' Εὐπόλιδι, εἰκότως ἐβαρύνθη τὸ ἐπισχοίης, γενόμενον ἐπισχοῖες ὡς Αἰολικόν.* Vid. Hist. crit. p. 113. Cfr Bergkius Comment. p. 62.

LXIX.

Scholiasta Odyss. π' 175: *μελαγχροιής ὀξυτόνως. τοῦτο κατὰ συγκοπὴν Ἀττικοὶ μελαγχρής φασίν, ὡς Εὔπολις.* Ita Buttmannus pro *μέλαγχρις.* Vide ad Fragm. Menandri p. 281.

LXX.

Scholiasta Dionysii Thrac. p. 702 4: *καὶ ἔστιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἡ σύνθεσις ἐκ δύο λέξεων, γίνεται δὲ καὶ ἐκ*

τριῶν, ὡς τὸ δυσαριστοτόκεια, παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς καὶ ἐκ πλειόνων, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει (Nub. 331) σφραγιδονυχαργοκομῆται — καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἀμφιπτολεμοπηδησίστρατος. Ediderat haec iam Villoisonus Anecd. II p. 117. Si verbo illo Eupolis in senario usus est, non intelligitur quam ob caussam Cypria forma (Sch. Il. ψ' 2) quam vulgari uti maluerit.

LXXI.

Athenaeus XI p. 502 b. Φθοῖς: πλατεῖαι φιάλαι ὀμφαλωτοί. Εὔπολις Σὺν φθοῖσι προπεπωκώς. ἔδει δὲ ὀξύνεσθαι, ὡς Καρσί, παισί, φθειρσί. Ita Casaubonus pro προσπεπτωκώς. Si Pherecrateus versus est, scribendum φθοισίν. Ceterum cf. Letronnius de nominibus vas. gr. p. 63.

LXXII — LXXV.

Etymol. M. p. 420 13: ᾔδεισθα. τὸ κοινότερον διὰ τοῦ ῑ, τὸ δὲ ἀττικώτερον διὰ τοῦ η, ᾔδησθα. Εὔπολις. — Eustathius ad Iliad. p. 1023 14: καὶ Σοφοκλῆς δέ, φασί, τὸν κιθαρῳδὸν σοφιστὴν λέγει, καὶ τὸν ῥαψῳδὸν Εὔπολις. Eadem scholiasta Iliad. ο' 410. Cfr ad Cratinum p. 16. — Idem Eustathius p. 1165 14: καὶ ἀγελαίας ἰσχάδας τὰς εἰκαίας Εὔπολις ἔφη καὶ ἄλλοι κωμικοί, ὥς φησι Παυσανίας. καὶ λίθους δὲ ἀγελαίους τοὺς εἰκαίους καὶ ἀκαταξέστους — Idem ad Odyss. p. 1761 39 ex Aristophane grammatico, καὶ οἱ ἔμετοι ἱμίαι, ὡς κοχλίαι. Εὔπολις δέ, φησίν, ἐπὶ τοῦ κακοφώνου τὸν ἱμίαν τίθησιν. Non intelligo. Cfr Galen. gloss Hipp. p. 466. ἱμίαι, οἱ ἔμετοι. Ἀττικὸν τὸ ὄνομα.

LXXVI — LXXIX.

Grammaticus Crameri Anecd. I p. 268: καὶ παρ' Εὐπόλιδι λελάβηκα. Cfr Hist. crit. p. 113. — Grammaticus Bekk. Anecd. p. 372 6. ἀκούοντα ἄριστα: ἀντὶ τοῦ εὐφημούμενον. Ἡρόδοτος (VIII 93) καὶ Εὔπολις. — Idem p. 401 8: ἄνεμος καὶ ὄλεθρος ἄνθρωπος πάνυ καινῶς εἴρηται καὶ ἐναργῶς. ἔστι δὲ Εὐπόλιδος. τὸ μὲν γὰρ ἄνεμος δηλοῖ τὸν πανταχοῦ φερόμενον ἀνέμου δίκην — τὸ δὲ ὀλε-

θρος καὶ ὀλέθρου ἄξιον καὶ ἀπωλείας. De ὄλεθρος hoc sensu res nota est. Cfr Phrynichi Praep. soph. p. 13 31. ἄνεμος καὶ ὄλεθρος ἄνθρωπος. Εὔπολις. — Harpocratio p. 4 6: Ἀγυιᾶς: ἔνιοι μὲν ὀξύνουσι θηλυκῶς χρώμενοι (sc. ἀγυιὰς) οἷον τὰς ὁδούς· βέλτιον δὲ περισπᾶν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀγυιᾶς (fort. Ἀγυιεὺς), ὡς σαφὲς ποιοῦσιν Ἀριστοφάνης τε ἐν Σφηξὶ (870) καὶ Εὔπολις. Cfr Stephanus Byz. p. 29 d: λέγονται δὲ (ἀγυιεῖς) ὀβελίσκοι θεοῖς ἀνειμένοι, ὡς Εὔπολις. καὶ κατὰ συναίρεσιν ἀγυιέας, ἀγυιᾶς.

LXXX.

Hesychius, Ἀπ' ὄνου καταπεσών: ἀπὸ τύμβου πεσών. καὶ Εὔπολις Ὥσπερ ἀπ' ὄχθου πεσών, οἷον ἀπ' ὄνου. Zenobius II 57: ἀπ' ὄνου καταπεσών: ἡ παροιμία τέτακται ἐπὶ τῶν μειζόνων καὶ ἀδυνάτων· ὡς Ἀριστοφάνης ἀπὸ τύμβου πεσών, καὶ Εὔπολις Ὥσπερ ἀπὸ χοὸς πεσών. Apud Aristophanem Nub. 1276 legitur ὥσπερ ἀπ' ὄνου καταπεσών. Eupolis quid dixerit incertum est. Schneidewinus in litteris ad me datis coniiciebat ὥσπερ ἀπὸ χθονὸς πεσών. Fortasse nihil novandum.

LXXXI.

Hesychius, Βοῶπις: μεγαλόφθαλμος, εὐόφθαλμος, μεγαλόφωνος. Εὔπολις δὲ τὴν Ἥραν. Ineptum est Eupolin in re ex Homero notissima testem citari. Valde igitur probabile est poetam Iunonis nomine intellexisse Aspasiam, eamque eodem quo Homerus Iunonem ornasse epitheto.

LXXXII.

Hesychius, Γαληψός: παίζει μὲν Εὔπολις παρὰ τὸ λαμβάνειν, ἔστι δὲ καὶ πόλις, καὶ βοτάνης εἶδος. Ad Cleonem haec spectare, qui et argento se corrumpi passus est et Galepsum Atheniensium imperio subiecit, vidit Fritzschius Quaest. Arist. I p. 146. De Galepso urbe, ad Toronaeum sinum Thasiis colonis condita, nota omnia ex Herodoto Thucydide aliis.

τριῶν, ὡς τὸ δυσαν[illegible]
ἐκ πλειόνων
νυχαργοκ[illegible]
πηδηκ[illegible]
II p.
inte[illegible]
q[illegible]

LXXXIII.

[illegible] Δαμαρίππεως: εἶδος ἰσχάδος. Εὔπολις. [illegible] δάμαρ ἱππέως ex Grammatico Bekk. p. 1197 [illegible] esse monui Hist. crit. p. 112. nescius tum idem [illegible] placuisse Dindorfio Thes. gr. v. δαμαρίππεως.

LXXXIV.

Hesychius, Δαμασικόνδυλον: Εὔπολις, ὡς ἂν τὸν Δαμασίστρατον, ὄντα Χῖον παλαιστήν, οὕτως λέγει. Damasistratus ille Chius fortasse Theopompi historici pater est, de quo cfr Photii Bibl. 176 p. 120 19 ed. Bekk.

LXXXV.

Hesychius, Ὄνου γνάθος. Εὔπολις παίζει εἰς πολυφαγίαν. ἔστι δὲ καὶ τόπος οὕτω καλούμενος. Photius p. 337 23. Ὄνου γνάθος: τόπος τῆς Λακωνικῆς. ἅμα δὲ εἰς πολυφάγον.

LXXXVI.

Hesychius, Σαννίον: τὸ αἰδοῖον, ἀντὶ τοῦ κέρκιον. παρὰ τὸ τῇ κέρκῳ σαίνειν. τὸ γὰρ αἰδοῖον ἔσθ' ὅτε οὐρὰν ἔλεγον, ὡς Εὔπολις. Eadem, sed corrupte et extremis inde a τὸ γὰρ αἰδοῖον etc. omissis habet Photius p. 499 16. Verba παρὰ τὸ τῇ κέρκῳ σαίνειν non suo loco posita videntur, et spectant potius ad σαίνουροι, quod alio loco Hesychius interpretatur ταῖς οὐραῖς σαίνοντες.

LXXXVII.

Phrynichus Appar. soph. p. 4 24. Ἀνωφέλητος ἄνθρωπος: Εὔπολις μὲν ἰδίως ἐπὶ τοῦ μὴ δυναμένου ἢ μὴ βουλομένου ὠφεληθῆναι, οἱ δὲ πολλοὶ ἐπὶ τοῦ μὴ ὠφελεῖν θέλοντος ἢ δυναμένου.

LXXXVIII.

Phrynichus Appar. soph. p. 58 10. Περίζυξ καὶ ἄζυξ: Ἀριστοφάνης καὶ Εὔπολις.

LXXXIX.

Phrynichus Ecl. att. p. 145: *Ζωρότερον ὁ ποιητής, σὺ δὲ λέγε εὔζωρον κέρασον καὶ εὐζωρότερον, ὡς Ἀριστοφάνης καὶ Κρατῖνος καὶ Εὔπολις.*

XC.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 335 32: *Ἄγαμαι τούτου, ἄγαμαι κεραμεῖ. Εὔπολις καὶ Ἀριστοφανης.* Scribe *ἄγαμαι κεραμέως*, et intellige Hyperbolum. V. Hist. crit. p. 190. Moeris, *Ἄγαμαι Ὑπερβόλου, Ἀττικῶς.* Fortasse igitur Eupolis dixerat: *ἄγαμαι κεραμέως Ὑπερβόλου.*

XCI — XCIV.

Stephanus Byz. p. 122. *Ἄμυρος: πόλις Θεσσαλίας. — τὸ ἐθνικὸν Ἀμυρεύς, ὡς Κάμειρος Καμειρεύς. Εὔπολις δὲ Ἀμύρους αὐτοὺς λέγει, πλησιοχώρους τῆς Μολοττίας.* — Idem p. 192: *Ἄτραξ καὶ Ἀτραγία, πόλις Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώτιδος μοίρας. — τινὲς δὲ διὰ τοῦ γ ἔκλιναν Ἄτραγος, ὡς Εὔπολις εἰς Ἄτραγα νύκτωρ.* Cod. Voss. *καὶ* pro *εἰς*. — Idem p. 279: *Γράστιλλος ἀρσενικῶς, πόλις Μακεδονίας, ὃ καὶ διὰ τοῦ π γράφεται κατὰ τὴν πρώτην συλλαβὴν Πράστιλλος, ὡς Εὔπολις.* — Idem p. 714. *Τραγαία: νῆσος πρὸς ταῖς Κυκλάσιν, ὅθεν ἦν Θεογείτων ὁ περιπατητικός, Ἀριστοτέλους γνώριμος. ἔστι καὶ πόλις ἐν Νάξῳ, ἐν ᾗ Τράγιος Ἀπόλλων τιμᾶται. Εὔπολις διὰ τοῦ ε γράφει. καὶ πληθυντικῶς Τραγεταί.* Codices *Τραγέαι*. Scribendum *Τραγεαί*.

XCV — C.

Pollux II 9: *καὶ βούπαις παρ' Εὐπόλιδι.* — Ibid. 28: *τοὺς δὲ βοστρύχους καὶ κικίννους Ἀριστοφάνης καὶ Εὔπολις καλεῖ.* — Ibid. 33: *καὶ ἀποκαρτέον, ὡς Εὔπολις.* — Ibid. 120: *κενολογήσω δὲ Εὔπολις.* — Ibid. 124: *μικρολογεῖσθαι δὲ εἴρηκεν Εὔπολις.* — Ibid. 233: *Ἀριστοφάνης εἴρηκεν „ὡς οὐχ ἕτερον ἄνδρα σάρκινον." Εὔπολις δὲ σαρκίνη γυνή.*

CI — CVI.

Pollux III 50: *τὴν δὲ θηλάζουσαν Εὔπολις τιτθὴν θηλάστριαν ὠνόμασε.* — Ibid. 70: *καὶ γυναῖκας δὲ ἐραστρίας Εὔπολις εἴρηκεν.* — Ibid. 72: *παρὰ δὲ Εὐπόλιδι καὶ ἀντερώμενος.* — Ibid. 77: *καὶ ἀνδραποδιστικώτατα παρ' Εὐπόλιδι.* — Ibid. 79: *τὸ δὲ δεῖσθαι μαστίγων μαστιγιᾶν Εὔπολις.* — Ibid. 130: *ἀνύποιστον, δύσοιστον. Εὔπολις δὲ λέγει καὶ δυσάλγητον.* Si recte Eupolidis locum intellexit Pollux, *δυσάλγητον* apud hunc significabat *schwer zu verschmerzen.* Aliis *δυσάλγητος durus* est et *inhumanus.* V. Ellendtii Lex. Soph. I p. 454.

CVII. CVIII.

Pollux VI 19: *σακκίας (οἶνος) ὁ διυλισμένος, καὶ σάκτος (σακτὸς) παρ' Εὐπόλιδι.* — Ibid. 56: *καὶ πάσται* (alii *παστὰι*) *δέ εἰσι ζωμὸς ἀλφίτων, ὡς Εὔπολίς φησι, ζωμῶν ἀλφίτων μέτρα.* Pro *μέτρα* cod. Falckenb. *μεστά.* Iungermannus coniicit *μήτρα.* Eupolis fortasse coniunxerat *Πάσται, ζωμὸς ἀλφίτων μέτα.* — Ibid. 90: *τὰς τοῦ δοίδυκος ἐν τῇ θυείᾳ περιαγωγὰς περιαμφίδας Εὔπολις κέκληκε.*

CIX — CXIII.

Pollux VII 40: *τὴν δὲ σμηκτρίδα Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ εἶπεν.* Pro his cod. Iungerm. *τὴν δὲ σμικτρίδα γῆν Εὔπολις εἶπεν καὶ ἄλλοι.* — Ibid. 83: *καὶ Εὔπολις σκύτινα χηλεύσει.* Ita Kuhnius pro *χηλεῦσι.* — Ibid. 169 de tinctura et tinctoribus dicens: *Εὔπολις δὲ καὶ βάπτριαν* — Ibid. 176: *τὸν οἰσυοπλόκον οἰσυουργὸν καλεῖ Εὔπολις.* — Ibid. 179: *καὶ Εὔπολις τὸ γλύμμα.*

CXIV — CXVI.

Pollux VIII 34: *τὸν δὲ κλέπτην εἴποις ἂν καὶ κλεπτίστατον, ὡς Εὔπολις.* Cod. Falckenb. *κλεπτίσκον,* quod verum videtur. — Idem X 90: *ῥητέον δ' αὐτὸ καὶ χειρόμακτρον, Εὐπόλιδος εἰπόντος Φροῦδον τὸ χειρό-*

μακτρον — Idem X 159: *καὶ χοιροτροφεῖον ἐν ᾧ χοῖροι τρέφονται, ὡς Εὔπολις.*

CXVII — CXXII.

Photius p. 29 11. *Εὖ ἔχειν στόμα: τὸ εὐφημεῖν· ὡς Εὔπολις.* Eadem Suidas. — Idem p. 177 11. *Κρέξ: ἀντὶ τοῦ ἀλαζών· οὕτως Εὔπολις.* — Idem p. 209 4. *Λάρυγγα: ἀρρενικῶς λέγουσιν· οὕτως Εὔπολις.* — Idem p. 215 10. *Λέπτει: κατεσθίει· οὕτως Εὔπολις.* Schleusnerus *λάπτει*, id ut ex *δάπτει* corruptum sit. Fortasse *λέπεται*, vel *λέπει* et *κατεσθίεις* scribendum. — Idem p. 222 23. *Λίβηθρα: τὰ ἔφυδρα χωρία· καὶ αἱ διαρύσεις τῶν ὑδάτων· οὕτως Εὔπολις.* Eadem leguntur in Anecd. Bachmanni I p. 291 14.

CXXIII — CXXVII.

Photius p. 271 20. *Μισθάριον: τὸν μισθόν· Εὔπολις.* — Idem p. 273 4. *Μνώμενος: μνηστευόμενος· καὶ ἐμνήσατο, ἐμνηστεύσατο· Εὔπολις.* — Idem p. 460: *Προσίσχε — καὶ Εὔπολις Προσίσχε τὸν νοῦν τῇδε.* Eadem Suidas v. *προσίσχε.* — Idem p. 499 22. *Σάξας: ἀντὶ τοῦ ἁμάξας· οὕτως Εὔπολις.* Fortasse *σατίνας* scribendum; *σατίναι* de *cisio* dixit Anacreon Fragm. XIX 12. — Idem p. 499 24. *Σαπρόν: οὐ τὸ μοχθηρὸν καὶ φαῦλον, ἀλλὰ τὸ παλαιόν. Εὔπολις.* Eadem Suidas v. *σαπρός*

CXXVIII — CXXXIV.

Photius p. 511. *Σιληνοί: οἱ Σάτυροι· Εὔπολις.* — Idem p. 515. *Σιοκόμος: νεωκόρος· Εὔπολις.* Codex *σιωκόλλος.* Porsonus *σιωκόμος.* Scripsi *σιοκόμος.* — Idem p. 520: *Σκιὰς καὶ σκιάδειον ἐν ᾧ ὁ Διόνυσος κάθηται· οὕτως Εὔπολις.* De hoc Bacchi umbraculo Pollux VII 174 et intpp. Hesychii v. *σκιάς.* Res nota ex vasorum picturis Bacchicis. — Idem p. 524. *Σκοπός: σχῆμα ὀρχηστικόν. οὕτως Εὔπολις.* De hoc saltationis genere, ab eo quod *σκώψ* aut *σκωπίας* vocabatur diverso, vide Polluc. IV 103 et inprimis

Salmasium ad Scriptores Hist. Aug. II p. 836. — Idem p. 539 15. *Στοιβήν*: ὡς ἡμεῖς τὸ ἀναπλήρωμα· καὶ *διακόλλημα* τὸ αὐτὸ τοῦτο. Εὔπολις. — Idem p. 533 6. *Συνεχῶς*: οὐ πυκνῶς, ἀλλ' ἀδιαλείπτως· οὕτως Εὔπολις. — Idem p. 598 12. *Τρασιά*: οὗ τὰ σῦκα ψύχεται. οὕτως Εὔπολις.

CXXXV.

Suidas, *Ἀδραμύττειον*. οὕτως Εὔπολις. καὶ *Ἀδραμυττηνός*. Θουκυδίδης Ἀτραμύττειον. Schol. Thucydidis V, 1 ex Oro: *Ἀδραμύττειον* Εὔπολις. Apud Thucydidem hodie editur *Ἀτραμύττιον*. Cfr de variis huius nominis formis quos Bernhardius affert Stephanum Byz. et Eustathium ad Iliad. ζ p. 649 cll. Creuzero ad Fragm. Xanthi p. 198.

CXXXVI — CXXXVIII.

Suidas, *Ἀναρρύει*: ἀντὶ τοῦ θύει καὶ σφάττει. Εὔπολις. καὶ ἡ θυσία δὲ ἀνάρρυσις. — Idem *Ἀναγχιππεῖν*: ἀντὶ τοῦ μετ' ἀνάγκης ἱππεύειν. Εὔπολις. Eadem Zonaras. — Idem *Ἀποκαθεύδουσιν*: ἀντὶ τοῦ ἀποκοιτοῦσιν. Εὔπολις. τουτέστι γυναῖκα χωρίζεσθαι ἀνδρὸς καὶ ἀφίστασθαι. V. Bekkeri Anecd. p. 428 et Zonaram Lex. v. ἀποκαθεύδουσιν.

CXXXIX — CXLII.

Suidas, *Ἀνεπίπληκτος*: ᾧ οὐδεὶς ἐπιπλήττει ἁμαρτάνοντι. Εὔπολις. Eadem Grammaticus Bekkeri p. 398. — Idem, *Γέρροιν*: ἐπὶ σταυροῦ φησιν Εὔπολις. Etymol. M. p. 228 32: ἐπὶ σταυροῦ δὲ (γέρρα) φησὶν Εὔπολις. — Idem *Κομμοῦσθαι*: καλλωπίζεσθαι Εὔπολις. — Zonaras Lex. p. 917. *Εὐκτόν*: ἐπιθυμητόν. καὶ Εὔπολις *εὐκτότατον γάμον*.

---

* * *

Ὅστις οὖν τοιοῦτον ἄνδρα μὴ σφόδρα βδελύττεται,
οὔ ποτ' ἐκ ταὐτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου.
Ἦ πολλάκις ἐννυχίαισιν
φροντίσι συγγεγένημαι,
καὶ διεζήτηχ' ὁπόθεν ποτὲ φαύλως ἐσθίει Κλεώνυμος·
φασὶ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐρεπτόμενον τὰ τῶν ἐχόντων ἀνέρων
οὐκ ἂν ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς σιπύης· τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἂν ὁμοίως·
ἴθ' ὦ ἄνα, πρὸς γονάτων, ἔξελθε καὶ σύγγνωθι τῇ τραπέζῃ.
Φασὶν ἀλλήλαις ξυνελθεῖν τὰς τριήρεις εἰς λόγον,
καὶ μίαν λέξαι τιν' αὐτῶν, ἥτις ἦν γεραιτέρα·
οὐδὲ πυνθάνεσθε ταῦτ', ὦ παρθένοι, τὰν τῇ πόλει;
φασὶν αἰτεῖσθαί τιν' ἡμῶν ἑκατὸν εἰς Καλχηδόνα
ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην Ὑπέρβολον·
ταῖς δὲ δόξαι δεινὸν εἶναι τοῦτο κοὐκ ἀνασχετόν,
καί τιν' εἰπεῖν, ἥτις ἀνδρῶν ἆσσον οὐκ ἐληλύθει·
ἀποτρόπαι', οὐ δῆτ' ἐμοῦ γ' ἄρξει ποτ', ἀλλ' ἐάν με χρῇ,
ὑπὸ τερηδόνων σαπεῖσ' ἐνταῦθα καταγηράσομαι,
οὐδὲ Ναυφάντης γε τῆς Ναύσωνος, οὐ δῆτ', ὦ θεοί,
εἴπερ ἐκ πεύκης γε κἀγὼ καὶ ξύλων ἐπηγνύμην.
ἢν δ' ἀρέσκῃ ταῦτ' Ἀθηναίοις, καθῆσθαί μοι δοκεῖ
εἰς τὸ Θησεῖον πλεούσας ἢ 'πὶ τῶν σεμνῶν θεῶν.
οὐ γὰρ ἡμῶν γε στρατηγῶν ἐγχανεῖται τῇ πόλει.
ἀλλὰ πλείτω χωρὶς αὐτὸς ἐς κόρακας, εἰ βούλεται,
τὰς σκάφας, ἐν αἷς ἐπώλει τοὺς λύχνους, καθελκύσας.

Leguntur haec apud Aristophanem in Equitibus inde a versu 1288 ed. Dind. Pro Eupolideis habita esse docet scholiastae annotatio versui quarto (1291) adscripta: *ἐκ τοῦ „ὅστις οὖν τοιοῦτον ἄνδρα" φασί τινες Εὐπόλιδος εἶναι τὴν παράβασιν, εἴγε φησὶν Εὔπολις „Ξυνεποίησα τῷ φαλακρῷ."* Quibus similia scripsit scholiasta Nub. 550: *Εὔπολις ἐν τοῖς Βάπταις τοὐναντίον φησὶν ὅτι συνεποίησεν Ἀριστοφάνει τοὺς Ἱππεῖς. λέγει δὲ τὴν τελευταίαν παράβασιν. φησὶ δέ· Κἀκείνους τοὺς Ἱππέας συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην.* Qui quod *τὴν τελευταίαν παράβασιν* dicit, haud dubie postremam illius parabaseos partem a Nubium scholiasta accuratius indicatam, intelligi voluit. Neque vero antiquos Aristophanis interpretes, quos scholiastae sequuti sunt, totum hoc de Eupolide illorum potissimum versuum auctore temere finxisse, sed certis et exploratis testimoniis tradidisse, certissimum est. Itaque locum inter Eupolidis fragmenta exhibere tanto minus dubitavi, quo luculentius inde Eupolideae poeseos indoles cognosci potest. Cfr Hist. crit. p. 112. De eo autem forsan dubitari potest cum Fritzschio Quaest. Arist. I p. 230. num etiam duo priores loci versus, quibus strophicum epirrhema finitur, Eupolidi assignari debeant, cum consentaneum sit primam parabaseos partem totam ab ipso Aristophane esse absolutam, et tum demum Eupolidis operam accessisse. Sed quum expressum scholiastae testimonium accedat, ne illos quidem versus Eupolidi eripere volui. In constituenda lectione fere Dindorfii recensionem sequutus sum. Vs. 1 *τοιοῦτον ἄνδρα.* Arignotum dicit quode in superioribus actum est. — Vs. 2 *ἐννυχίαισιν φροντίσι* Scholiasta Dindorfii comparat Euripidis Hipp. 878: *ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ θνητῶν ἐφρόντισ' ᾗ διέφθαρται γένος.* Sed probabile est haec ad verbum ex alio sive Euripidis sive alius poetae loco ab Eupolide esse assumpta, quemadmodum strophicos, qui illis respondent, versus ex Pindarico carmine sumptos esse constat scholiastae indicio. — Vs. 5 *φαύλως ἐσθίει.* Ita Aristoph. Pac. 25: *ὗς μὲν γάρ, ὥσπερ ἂν χέσῃ τις, ἢ κύων*

φαύλως ἐρείδει. — Vs. 6 *μὲν* a Bentleio additum. Ibid. *ἐρεπτόμενον*. Scholiasta: *ἐκφαντικῶς ὡς ἐπὶ κτήνους*. Tum *ἀνέρων* fortasse corruptum est. Certe perquam insolens est in poeta comico forma trisyllaba; accedit quod alias divites simpliciter *οἱ ἔχοντες* dicuntur, non facile *οἱ ἔχοντες ἄνδρες* vel *ἄνθρωποι*. — Vs. 7 vulgo *ἀνομοίως*, quod *ἂν ὁμοίως* scribendum esse vidit Dukerus. Confirmavit cod. Ravennas. — Vs. 11 *οὐδὲ πυνθάνεσθε κτλ.* „Parodiam esse versus Euripidei Alcmaeone annotavit scholiasta. Quod de Alcmaeone *τῷ διὰ Ψωφῖδος* esse intelligendum ostendi Praef. ad Alcestin p. 9." Dindorfius. — Vs. 12 libri *Καρχηδόνα*. Correxit Casaubonus. De forma vetusta et genuina *Καλχηδὼν* pro *Χαλκηδὼν* v. ad Menandrum p. 93 et Bernhardium ad Dionysium Perieg. II p. 746. — Vs. 18 *Ναυφάντης τῆς Ναύσωνος*. Scholiasta: *πεποίηται ταῦτα τὰ ὀνόματα παρὰ τὴν ναῦν*. — Vs. 19 *ἐκ πεύκης*. Scholiasta: *ὡσανεὶ ἔλεγεν, εἴπερ ἐξ ἀνθρώπων εἰμὶ κἀγώ. οὐχ ἁπλῶς δέ, ἀλλ' οἷον εἰ χολὴν ἔχω. ἀπὸ τούτου τὸ πευκεδανόν.* — Vs. 20 *δοκεῖ* Bentleius. Libri *δοκῶ*. — Vs. 21 *πλεούσας* Reiskius. Libri *πλεούσαις*. — Vs. 24 ludit in nominibus *ἡ σκάφη* *alveus* et *τὸ σκάφος* *navicula*.

PHRYNICHUS.

(Hist. crit. p. 146 sqq.)

ΕΦΙΑΛΤΗΣ. *)

I.

Ἔστιν δ' αὐτούς γε φυλάττεσθαι τῶν νῦν χαλεπώτατον ἔργον.
ἔχουσι γάρ τι κέντρον ἐν τοῖς δακτύλοις,
μισάνθρωπον ἄνθος ἥβης·
εἶθ' ἡδυλογοῦσιν ἅπασιν ἀεὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν περιόντες.
ἐπὶ τοῖς δὲ βάθροις ὅταν ὦσιν, ἐκεῖ τούτοις, οἷς ἡδυλογοῦσιν,
μεγάλας ἀμυχὰς καταμύξαντες καὶ συγκύψαντες ἅπαντες γελῶσιν.

Athenaeus IV p. 165 b: *Φρύνιχος ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν τῷ Ἐφιάλτῃ μνημονεύει τοῦ ἡδυλόγου διὰ τούτων Ἔστιν δ' αὐτούς γε κτλ.* Fragmentum ex loco antistrophico desumptum videri annotavit Seidlerus Vers. doctrin. p. 397. Vs. 1 libri *ἔστι*. Ibid. *γε* addidit Schweighaeuserus. Tum B *τῶν ἐνχαλεπώτατον*. — Vs. 3 *ἄνθος ἥβης* ipsos illos adolescentulos dicit, aliorum irrisores malevolos. Perperam haec interpretatus est Grotius. — Vs. 4 ne quis *παριόντες* requirat cum Erfurdtio Observ. in Athen. p. 452. cavit Porsonus et

---

*) V. Hist. crit. p. 152.

Dobraeus ad Aristoph. Vesp. 1020. — Vs. 5 inserui δέ. Seidlerus ἐπὶ τοῖσι βάθροις δ' ὅταν. Βάθρα dicere videtur subsellia in porticibus fori et tabernis unguentariis. — Vs. 6 ἀμυχὰς respicere videtur Phrynichus App. Soph. p. 21, 11. Ἀμυχαί: τὰ καλούμενα ὑπὸ πολλῶν κνίσματα. Ibid. καταμύξαντες A. κατανύξαντες PVL. Tum συγκύψαντες Schaeferus. Vulgo συγκρύψαντες. B συγκρίψαντες. Ibid. Seidlerus ἅπαντας. ABP ἅπαντες. VL ἅπαντα. Latine locum transtulit Grotius Excerptis p. 496:

Quos iam posse evadere rebus cunctis magis ardua res est:
aculeatum nam quid in promptu gerunt,
hostem aliorum, florem aetatis. Compellant comiter omnes,
semperque forum circumcursant, et ibi subsellia oberrant.
At quos benigne affantur, his magnam affricant
scabiem: dein sese occultantes simul effuse omnia rident.

II.

Ὄνομα δὲ τῳ τοῦτ' ἦν ἔσωθεν γῆν τε μὴ
ἔστω φιάλτης ἀνθραγαθίας οὕνεκα,
ἔτι ἐπιαλὰς χρηστὰ λε ἀπωλόμην.

Scholiasta Aristoph. Vesp. 1348. φιαλεῖς: τῷ ἔργῳ ἐπιβαλεῖς. Ὅμηρος (Od. χ' 44) αὐτὸς γὰρ ἐφίηλεν τάδε ἔργα, ἀντὶ τοῦ ἐπεβάλετο. Φρύνιχος ἐπιαλτη (sic) Ὄνομα δὲ τῳ τοῦτ' ἦν κτλ. De nomine Ephialtae agi apertum est, sed emendationem corruptissimi fragmenti frustra tentavi. Vs. 1 latere videtur tale quid, ὄνομα δὲ τούτῳ γ', ἦν τε — ἦν τε μή, ἔστω 'φιάλτης, et vs. 3 ὁτιὴ 'πιήλας χρηστὰ λέγων (vel λέγειν) ἀπωλόμην. Sed postrema haec reliquis parum apte subiiciuntur.

III.

Οὐ τουτονὶ μέντοι σὺ κιθαρίζειν ποτὲ
αὐλεῖν τ' ἐδίδαξας;

Athenaeus IV p. 184 e: ἐμφανίζει δὲ — τὴν περὶ τοῦτο

τὸ πρᾶγμα (τὴν αὐλητικὴν) σπουδὴν — Φρύνιχος Ἐφιάλτῃ Οὐ τουτονὶ μέντοι κτλ. Vs. 2 τ' ἐδίδαξας VL. τε διδάξας ABP.

IV.

Scholiasta Aristophanis Av. 1297: *κόβαλός τε εἶναι ἐλέγετο καὶ πτωχαλαζών, ὡς Φρύνιχος ἐν Ἐπιάλτῃ.* Midiam dicit. De eodem scholiasta Luciani in Iovem trag. II p. 696: *καὶ ὡς πονηρὸν δὲ καὶ κόβαλον καὶ τῶν δημοσίων νοσφιστὴν Φρύνιχος καὶ Πλάτων διαβάλλουσι.* Nomen *πτωχαλαζὼν* a Phrynicho sumpsisse videtur Athenaeus VI p. 230 c.

V.

Pollux VII 103: *ἀπὸ δ' ἀργυρίου ἀργυροκόπος, ὡς Φρύνιχος ἐν Ἐφιάλτῃ.*

Κ Ο Ν Ν Ο Σ. *)

I.

Etymol. M. p. 340 3. *Ἐνεργμός: τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἔνερξις, κροῦμα κιθαριστικόν. Εὐφρόνιος δὲ τὸν ἐν μέσῃ τῇ κιθάρᾳ πασσαλίσκον, δι' οὗ ἡ χορδὴ διήρτηται. Φρύνιχος, Κοινοτίδητον ἐνεργμόν.* MS Dorvill. apud Gaisfordium ad Hesiod. p. 112. *Κοννωτίδε τ' ἐνεργ'.* ex quo Gaisfordius fecit *Φρύνιχος Κόννῳ Τί δαί; τὸν ἐνεργμόν.*

II.

Hesychius, *Ἀεί: ἀντὶ τοῦ ἕως. Φρύνιχος Κόννῳ καὶ Εὐριπίδης Μηδείᾳ* (1215) *ἄπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον.* Itaque etiam Phrynichus dixisse videtur *δεῦρ' ἀεί.*

---

*) V. Hist. crit. p. 154.

III.

Antiatticista p. 79 2. ἀμάθητος: ἀντὶ ἀμαθής. Φρύνιχος Κόννῳ. Cfr Hist. crit. p. 154. Attigit Lobeckius ad Phrynichum p. 548.

Κ Ρ Ο Ν Ο Σ. *)

I.

Ἀνὴρ χορεύει καὶ τὰ τοῦ θεοῦ καλά·
βούλει Διοπείθη μεταδράμω καὶ τύμπανα;

Scholiasta Aristophanis Av. 989: ὁ δὲ Διοπείθης νῦν μὲν ὡς χρησμολόγος, ἑτέρωθι δὲ ὡς κυλλὸς καὶ δωροδόκος. Σύμμαχος δὲ καὶ μανιώδη φησὶ τὸν Διοπείθη τὸν ῥήτορα, ὡς καὶ Τηλεκλείδης ἐν Ἀμφικτύοσι δῆλον ποιεῖ. παράκειται δὲ καὶ τὰ Φρυνίχου ἔμπροσθεν ἐν Κρόνῳ Ἀνὴρ χορεύει κτλ. Scholiasta Aristoph. Vesp. 377: ἦν δὲ ὁ Διοπείθης ῥήτωρ. μήποτε δὲ οὗτός ἐστιν ὁ καὶ παρὰ Φρυνίχῳ. Ad primum versum Lobeckius Aglaoph. p. 981 comparat latinum proverbium „saltat senex, salva res est", et Menandri versum p. 109: τὰ τῆς θεοῦ γὰρ πανταχῶς ἔχειν καλῶς. Simile item illud Aristophanis Pac. 868: ἡ παῖς λέλουται καὶ τὰ τῆς πυγῆς καλά.

II.

Κείνη μεμνήσθω με ξύλον ὑποτεταγός.

Erotianus Lex. Hippocr. p. 370. Ὑποτεῖναι: ὑποθεῖναι, καὶ ὑποτεταμένον τὸ ὑποκείμενον ξύλον, τὸ οἷον βάθρον, ὡς καὶ Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ φησὶ Κείνη κτλ. Nisi κείνη, quae forma plane inusitata est poetis comicis, moram faceret, non inepte coniicias, κείνη μὲν ἡγείσθω ξύλον

---

*) V. Hist. crit. p. 154.

μ' ὑποτεταχός, quod simile esset illi Menandreo p. 17. *ἡγεῖται μ' ὅλως ἐπικόπανόν τι.* Sed ipse video quid obverti possit; itaque codicum auxilium expectare praestat.

III.

Athenaeus IX p. 371 f: *οὗ* (sc. *γηθύου*) *μνημονεύει Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ, ὅπερ ἐξηγούμενος δρᾶμα Δίδυμος ὅμοιά φησιν εἶναι τὰ γήθυα τοῖς λεγομένοις ἀμπελοπράσοις, τὰ δ' αὐτὰ καὶ γηθυλλίδας λέγεσθαι.* Ita enim recte corrigunt editum *ἐπιθυλλίδας*. V. Schneiderum ad Nicandri Alexiph. p. 218.

IV.

Pollux VII 136: *Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ καὶ ἀλεκτρυοπωλητήριον εἴρηκεν.*

V.

Ἄγαμαι, Διονῦ, σοῦ στόματος, ὡς σεσέλλισαι
κεκομμένα πολλάκις.

Hesychius, *Σεελλίσαι: Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ· Ἄγαμαι Διονύσου στόματος, ὡς σεελλίσαι κεκομμένα πολλάκις. Αἰσχίνης τις ὑπῆρχε Σέλλου καλούμενος, ἀλαζὼν καὶ ἐν τῷ διαλέγεσθαι καὶ ἐν τῷ προσποιεῖσθαι πλουτεῖν, πενόμενος δὲ καθ' ὑπερβολήν, ὡς τοὺς παραπλησίους τούτῳ καλεῖσθαι.* De hoc loco ita olim (Progr. schol. 1811) commentatus sum. „Recte post *τούτῳ* inserunt *Σέλλους*, sed male pro *σεελλίσαι* scribunt *σελλίσαι*. Legendum *σεσέλλισαι*. Photius p. 375. *Σεσάλλισαι* (sic): *μάτην ἐπῆρσαι. ἀπ' Αἰσχίνου τοῦ Σέλλου, ὃς ἦν κομπαστὴς καὶ ἀλαζὼν ἔν τε τῷ διαλέγεσθαι καὶ ἐν τῷ προσποιεῖσθαι πλουτεῖν.* Atque ipse Hesychius paullo infra, *Σεσελίσθαι* (*Σεσελλίσθαι*), *ἀλαζονεύεσθαι καὶ σκώπτειν. ἀπὸ Αἰσχίνου τοῦ Σέλλου.* Idem, *Σελλίζεσθαι, τὸ ψελλίζεσθαι* *), *οἱ δὲ σελλίζει* **) *ἀλαζο-*

*) Hanc Lycophronis fuisse interpretationem docet Photius l. l. *Λυκόφρων δ' ἀπέδωκε τὸ σελλίζεσθαι ἀντὶ τοῦ ψελλίζεσθαι.*

**) Activam formam habet etiam schol. Av. 834 *καὶ τὸ ἀλαζονεύεσθαι δὲ σελλίζειν.* Cfr Suidas.

νεύει, sive potius ἀλαζονεύεται. Praeterea in Phrynichi versu legendum videtur "Ἄγαμαι, Διονῦ, σοῦ στόματος, sive ipse Dionysus his verbis compellatur, sive homo mollis et effeminatus. Etymol. M. p. 277 3. Διονῦς: ὁ γυναικίας καὶ πάνθηλυς. Cfr Intpp. Hesychii s. v. Διονῦς." Easdem correctiones Phrynichi loco adhibuit nunc etiam Th. Bergkius in Zimmermanni Ephem. litter. antiqu. a. 1835 p. 321. qui de nomine Διονῦς apposite affert Herodianum dict. solit. p. 31 9: ἔστι δὲ καὶ τὸ Διονῦς παρὰ τοῖς κωμικοῖς ἐπὶ τοῦ ἐκλύτου τασσόμενον. Pro κεκομμένα πολλάκις fort. κεκόμπακας scribendum, id ut Hesychii sit interpretamentum. Th. Bergkius scribebat κεκομμέν' ἤδη πολλάκις. Ad verbum σελλίζεσθαι ut redeam, falluntur haud dubie veteres grammatici, qui id ab Aeschine illo, quem Selli filium Aristophanes Vesp. 325 dicit, repetendum putant. Nomen Σέλλος, sive Σέλλιος Σελλεὺς Σίλλιος et Σιλλεύς, antiquitus ad notandam importunorum pauperumque hominum (πτωχαλαζόνων) ostentationem et iactantiam usitatum fuit. Ita multis ante Aristophanem annis Archilochus Batusiadem hariolum Sellei filium dixerat. Hesychius, Σεληϊάδεω (recte cod. Σεληΐδεω): Σελλέως υἱός, ὁ μάντις Βατουσιάδης τὸ ὄνομα. Non enim dubitari posse videtur, quin haec ad Archilochum referenda sint, a quo Batusiadem illum gnaviter vexatum esse docet celebris ille versus „ἐν δὲ Βατουσιάδης" apud Hephaest. p. 39 aliisque locis. Atque hinc lux oboritur loco Aristidis Orat. 46 vol. II p. 380 ed. Dind. Ἀρχίλοχος — Λυκάμβην, Χειδόν *), καὶ τὸν δεῖνα τὸν μάντιν, καὶ τὸν Περικλέα — καὶ τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους κακῶς ἔλεγεν. Quibus verbis ipse ille hariolus Batusiades significatur, quem Archilochus Sellei filium eodem consilio vocavit, quo Aristophanes l. l. Aeschinem et Vesp. 1267 Amyniam. Nec postea eam dicendi rationem plane obsolevisse, Homeri, haud ignobilis grammatici et poetae Alexandrini, exemplum docet, cui itidem Sellii cognomen haesit, fortasse ab aemu-

---

*) Vix graecum hoc nomen est. An forte Φειδόν legendum?

ris poetis et invidis laudum eius obtrectatoribus ipsi inditum. Suidas, Ὅμηρος, ὁ Σέλλιος χρηματίσας. Et alio loco idem, Σίλλιος ἢ Σίλλιος *), ὁ καὶ Ὅμηρος.

Κ Ω Μ Α Σ Τ Α Ι. **)

I.

Εἶτα κεραμεύων ἂν οἴκοι σωφρόνως Χαιρέστρατος
ἑκατὸν ἂν τῆς ἡμέρας ἔκαεν οἴνου κανθάρους.

Athenaeus IX p. 474 b. de poculo κάνθαρος dicto disserens: Φρύνιχος Κωμασταῖς Εἶτα κεραμεύων κτλ. Vs. 1 ante εἶτα B addit εἶπε. Ibid. ἂν οἴκοι Letronnius Dissert. de nominibus vas. graec. p. 36. Vulgo ἐὰν οἴκῳ. A αν οἴκῳ. Grotefendius et Porsonus ἐν οἴκῳ. Tum Th. Bergkius Comment. p. 366 pro σωφρόνως coniecit Σώφρονος. — Vs. 2 ἂν addidit Erfurdtius Observ. in Athen. p. 467. De hoc usu particulae ἂν cfr Porsonus ad Med. 412. τῆς ἡμέρας *singulis diebus*. Ibidem ἔκαεν Letronnius: libri ἔκλαιεν. Idem postea coniecit Bergkius. Sensum loci recte opinor explicuit Letronnius. „Je pense que, dans les vers qui précèdent ceux qu'Athénée nous a transmis, on parlait de quelque débauche de potier Chérestrate, et de la nécessité où il s'était vu de regagner par un travail opiniâtre (?) l'argent qu'il avait perdu; on ajoutait donc: *ensuite Chérestrate, travaillant avec assuidité dans sa maison, mettait au feu, fabriquait, cent coupes par jour.*" Ceterum haud indignum memoratu Chaerestrati, figuli Adriani, nomen comparere in vasculo apud Lanzium (Giorn. d. lett. ital. Pad. T. XX p. 181) Phrynichii fragmenti haud immemorem.

---

*) Ita pro Σελλεὺς etiam Σιλλεὺς dictum esse idem Suidas docet, Σιλλεύς: ὄνομα κύριον.

**) V. Hist. crit. p. 155.

II.

Ἐγὼ δὲ νῷν δὴ τερετιῶ τι πτιστικόν.

Pollux IV 54: καί τι καὶ ἐπιλήνιον αὔλημα ἐπὶ βοτρύων θλιβομένων. καὶ ἕτερον πτιστικόν, ὡς Φρύνιχος ἐν Κωμασταῖς φησὶν ὁ κωμικός· Ἐγὼ δὲ νῷν δὴ τερετιῶ πτιστικόν. τι addidit Salmasius. Pro νῷν Hemsterhusius Anecd. I p. 32 scribebat νῦν.

III.

Scholiasta Aristophanis Av. 1568: μέμνηται αὐτοῦ Φρύνιχος ἐν Κωμασταῖς ὡς πολεμικοῦ γεγονότος. Laespodiam dicit, de quo vide supra p. 476.

IV.

Hesychius, Κολακοφοροκλείδης: Ἱεροκλείδης, ὃν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδοῦσιν Ἕρμιππος μὲν ἐν Κέρκωψιν, Φρύνιχος δὲ ἐν Κωμασταῖς. Cfr supra p. 394.

Alia quaedam fragmenta probabiliter ad hanc fabulam referenda, exhibui Fragm. inc. fab. II et XII.

ΜΟΝΟΤΡΟΠΟΣ. *)

I.

Ὄνομα δὲ μοὔστι Μονότροπος * * *
* * * * * ζῶ δὲ Τίμωνος βίον,
ἄγαμον, ἄδουλον, ὀξύθυμον, ἀπρόσοδον,
ἀγέλαστον, ἀδιάλεκτον, ἰδιογνώμονα.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 344: Ἄδουλος βίος ἐρεῖς, τουτέστιν ὁ μὴ δοῦλον ἔχων. ἐρεῖς δε καὶ ἀδιάλε-

*) V. Hist. crit. p. 156.

κτος βίος, καὶ ἀγέλαστος βίος καὶ ἄγαμος βίος. Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ Ὄνομα κτλ. Edidit haec primus Ruhnkenius ad Hymnum Cer. p. 35. Lacunae signa posui Bekkerum sequutus. Plenos qui versus volet non impedio quin scribat:

ὄνομα δέ μοι
ἐστὶν Μονότροπος. ζῶ δὲ Τίμωνος βίον κτλ.

Vs. 3 ἄδουλον. Vulgo ἄζυγον. Mutabam olim verborum ordinem: ἀπρόσοδον, ἄγαμον, ὀξύθυμον, ἄζυγον. Vid. Curae crit. p. 55. Fecit postea etiam Th. Bergkius Comment. p. 372. Melius tamen Hermannus ad Euripidis Androm. 580 pro ἄζυγον scripsit ἄδουλον, allato Phrynicho Bekk. p. 25 14. ἄδουλος βίος: ὁ μὴ δουλεύοντα ἔχων. Et inutile est illud ἄζυγον post ἄγαμον. Ad eundem hunc versum pertinet eiusdem Phrynichi grammatici glossa p. 25 10. Ἀπρόσοδος βίος: ᾧ οὐδεὶς πρόσεισιν, ἀλλ' ἔρημος. Totum locum expressisse Libanium vol. IV p. 148: διαβάλλονταί μου τὴν ἡσυχίαν, ἀπρόσοδον καλοῦντες, ἀγέλαστον ὀνομάζοντες, ἰδιογνώμονά μου τὸν βίον προσαγορεύοντες, indicavi Quaest. scen. II p. 9. Adiectivo ἀπρόσοδος usus est etiam Procopius II 17 p. 227 ed. Dind.

II.

Μεγάλους πιθήκους οἶδ' ἑτέρους τινὰς λέγειν,
Λυκέαν, Τελέαν, Πείσανδρον, Ἐξηκεστίδην.
B. ἀνωμάλους εἶπας πιθήκους * *
ὁ μέν γε δειλός, ὁ δὲ κόλαξ, ὁ δὲ νόθος.

Scholiasta Aristophanis Av. 11: Ἐξηκεστίδης ὡς ξένος κωμῳδεῖται. καὶ Φρύνιχος Μονοτρόπῳ Μεγάλους πιθήκους κτλ. Vs. 1 legebatur πιθήκους οἱ δὲ ἑτέρους, quod correxi Quaest. scen. I p. 30. Probavit hoc Th. Bergkius Comment. p. 373 sed ita ut verba οἶδ' ἑτέρους etc. alteri interlocutori tribueret. — Vs. 3 legebatur ἀνομάλους. Correxit Dindorfius Praef. ad scholia Aristoph. p. XIV. In fine versus excidisse videtur νὴ Δία vel simile quid. — Vs. 4

legebatur *δεινός*. Correxi l. l. Ibidem reliqua ita corrigere tentavi:

ὁ δὲ κόλαξ, ὁ δ' αὖ νόθος,
ξένος δ' ὁ τέταρτος.

Quibus similia proposuit postea etiam Bergkius l. l. Nunc malim *ὁ δὲ κόλαξ ἔσθ', ὁ δὲ νόθος, | ξένος δ' ὁ τέταρτος*. Execestidae peregrinam originem notavit Aristophanes. Teleam idem bis terve commemorat. De Lycea nihil mihi compertum. De Pisandri timiditate abunde dictum Hist. crit. p. 178.

III.

Α. Τίς δ' ἐστιν ὁ μετὰ ταῦτα φροντίζων; Β. Μέτων,
ὁ Λευκονοιεύς. Α. οἶδ', ὁ τὰς κρήνας ἄγων.

Scholiasta Aristophanis Av. 998. de Metone agens, Pausaniae filio, mathematico illius temporis celeberrimo: *ἴσως δὲ ἐν τῷ Κολωνῷ κρήνην τινὰ κατεσκευάσατο· φησὶν ὁ Φρύνιχος Μονοτρόπῳ Τίς δ' ἐστὶν ὁ μετὰ ταῦτα κτλ.* Eadem Suidas v. *Μέτων*. Vs. 1 post *ταῦτα* apud scholiastam additur *ταύτης*, unde in Suidam intulit Kusterus. — Vs. 2 *Λευκονοιεὺς* Suidas Bernhardii. Vulgo *Λυκονιεύς*. Codices *Λυκονοιεὺς* et *Λωκονοιεύς*. Scholiasta *Λευκωνιεύς*. Ibidem *ὁ τὰς* scholiasta et codices Suidae, apud quem vulgo legitur *ὅτι*. Probabiliter Toupius Emend. I p. 403: *ὁ Λευκονοεύς, εὖ οἶδ', ὁ τὰς κρήνας ἄγων*. Possis etiam ut voluit Bergkius Comment. p. 372:

ὁ Λευκονοεύς. Α. ἐγῷδ', ὁ τὰς κρήνας ἄγων.

Metonem patria fuisse Leuconoensem, etiam Aeliani V. H. X 7 indicio constat.

IV.

'Αλλ' ὑπερβέβληκε πολὺ τὸν Νικίαν
στρατηγίας πλήθει τε κἀξευρήμασιν.

Suidas III p. 538: *ὑπερακοντίζεις σύγ' ἤδη Νικίαν τὸν στρατηγοῦντα μηχαναῖς καὶ στρατηγήμασι. Σύμμαχος πρὸς*

τὴν Μήλου πολιορκίαν. Φρύνιχος Μονοτρόπῳ Ἀλλὰ — κἀξευρήμασιν, ἢ ὅτι φρονιμώτατα Μηλίους λιμῷ ἀνεῖλεν. Excerpsit haec Suidas ex integrioribus scholiis ad Aristophanis Av. 362: ὑπερακοντίζεις σύγ' ἤδη Νικίαν ταῖς μηχαναῖς. Vs. 1 quid exciderit incertum est. Th. Bergkius Comment. p. 372. scribebat Οἶδ'· ἀλλ' ὑπερβέβληκε κτλ. Possis etiam Μὰ Δί' ἀλλά, vel simile quid. — Vs. 2 κἀξευρήμασιν Toupius Emend. II p. 302. Vulgo καὶ εὑρήμασιν. Idem στρατηγῶν pro στρατηγίας. Niciam iterum commemorat Phrynichus Fragm. inc. fab. III. quod eam ob caussam ad hanc ipsam fabulam referendum suspicatur Th. Bergkius.

V.

Ὁ δ' ὀλιγόσιτος Ἡρακλῆς ἐκεῖ τί δρᾷ;

Athenaeus VI p. 248 c: ὀλιγοσίτου δὲ μέμνηται Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ Ὁ δ' ὀλιγόσιτος Ἡρακλῆς ἐκεῖ τί δρᾷ;

VI.

Ἔπειτ' ἐπειδὰν τὸν λύχνον κατακοιμίσῃ.

Pollux VII 178: καὶ τὸ κατασβέσαι τὸν λύχνον, ὃ νῦν κοιμίσαι καὶ κατακοιμίσαι λέγουσι. Φρύνιχος δ' εἴρηκεν ἐν Μονοτρόπῳ Ἔπειτ' ἐπειδὰν κτλ. Respicit Athenaeus XV p. 700 f: κοιμίσαι λύχνον Φρύνιχός φησι.

VII.

Athenaeus III p. 74 a: Σικύδιον ὑποκοριστικῶς εἴρηκε Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ κἀντραγεῖν σικύδιον.

VIII.

Scholiasta Aristophanis Av. 1297: δοκεῖ δὲ (Syracosius) καὶ ψήφισμα τεθεικέναι μὴ κωμῳδεῖσθαι ὀνομαστί τινα, ὡς Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ φησί· Ψῶρ' ἔχε Συρακόσιον, ἐπιφανὴς γὰρ αὐτῷ καὶ μέγα τύχοι. ἀφείλετο γὰρ κωμῳδεῖν οὓς ἐπεθύμουν. διὸ πικρότερον

αὐτῷ προσφέρονται. De Syracosii psephismate vide Hist. crit. p. 40 sq. Phrynichi versus Hermannus apud Fritzschium Quaest. Aristoph. I p. 307 ita restituere conatus est:

Φῶρ' ἔχθε Συρακόσιον·
κἀπιφανὴς γάρ·
καὐτῷ τι τύχοι μέγ', ἀφείλετο γὰρ
κωμῳδεῖν οὓς ἐπεθύμουν

Quam valde incertam coniecturam esse nec ipsum fugiebat Hermannum. Mihi nihil prorsus liquet, nisi *scabiem* imprecari poetam Syracosio. Nam illud ψῶρ' ἔχε nihil aliud est quam ψώρα ἔχοι.

IX.

Antiatticista p. 87 8. γναθοῖ: ἀντὶ τοῦ τὴν γνάθον τύπτει. Φρύνιχος Μονοτρόπῳ.

X.

Antiatticista p. 99 14. Θηλάζειν: ἀντὶ τοῦ δίδωσι θηλήν. Φρύνιχος Μονοτρόπῳ.

XI.

Grammaticus Bekkeri p. 447 25: Ἀρτοπόπον καὶ Ἀττικοὶ καὶ Ἴωνες τὸν ἀρτοποιόν. ἔστι δὲ τὸ ἀρτοποπεῖν ἐν Μονοτρόπῳ Φρυνίχου. Pollux VII 22: τὸ ῥῆμα τὸ ἀρτοκοπεῖν ἐν Φρυνίχου Μονοτρόπῳ. Itaque ambiguum est utrum ἀρτοποπεῖν an ἀρτοκοπεῖν dixerit poeta noster. Illud tamen probabilius. Cfr Lobeckius ad Phrynichi Ecl. p. 223. Apud Phrynichum Appar. Soph. p. 22, 23. Ἀρτοποπήν: οὕτως Ἀττικοί, διὰ τοῦ π, scribe ἀρτοποπεῖν.

XII.

Photius p. 397 7. Παρθένοι: τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον καὶ ἐτίμων. ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἕξ. πρεσβυτάτη μὲν Πρωτογένεια, δευτέρα δὲ Πανδώρα, τρίτη Πρόκρις, τετάρτη Κρέουσα, πέμπτη Ὠρείθυια, ἕκτη Χθονία· τούτων λέγεται Πρωτογένεια καὶ Πανδώρα δοῦναι

ἑαυτὰς σφαγῆναι ὑπὲρ τῆς χώρας, στρατιᾶς ἐλθούσης ἐκ Βοιωτίας· ἐσφαγιάσθησαν δὲ ἐν τῷ Ὑακίνθῳ καλουμένῳ πάγῳ ὑπὲρ τῶν σφενδονίων. διὸ καὶ οὕτως καλοῦνται παρθένοι Ὑακινθίδες, καθάπερ μαρτυρεῖ Φανόδημος ἐν τῇ ε' Ἀτθίδος, μεμνημένος τῆς τιμῆς αὐτῶν, καὶ Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. Eadem leguntur apud Suidam s. v. Παρθένοι. Pro σφενδονίων lege Σφενδονῶν. Ita enim locus illo vocabatur. Grammaticus Bekk. Anecd. p. 202 22. Ἀφιδρύματα ἐν ταῖς Σφενδόναις: ἀφιδρύματα μὲν τὰ ἀγάλματα, Σφενδόναι δὲ τόπος Ἀθήνησιν.

XIII.

Τηλικουτοσὶ γέρων
ἄπαις ἀγύναικος.

Pollux III 48: *Ἀριστοφάνης δὲ ἄγυνον τὸν ἀγύνην, Φρύνιχος δὲ Τηλικουτοσὶ κτλ.* Ad Monotropum rettuli Hist. crit. p. 150. Occupavit Th. Bergkius Comment. p. 372. Eodem auctore *τηλικουτοσὶ* scripsi pro *τηλικοῦτος*.

ΜΟΥΣΑΙ. *)

I.

Μάκαρ Σοφοκλέης, ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς
ἀπέθανεν, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δεξιός,
πολλὰς ποιήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας·
καλῶς δ' ἐτελεύτησ', οὐδὲν ὑπομείνας κακόν.

Scholion Victor. a Thierschio editum Actis Philol. Monac. I p. 324: *ὁ δὲ Φρύνιχος ἐν Μούσαις, ἃς συγκαθῆκε*

*) V. Quaest. scen. II p. 10 (Hist. crit. p. 157) ubi quae de argumento huius fabulae dixi non recordatus erat Th. Bergkius noster Comment. p. 376.

τοῖς Βατράχοις, φησὶν οὕτως Μάκαρ Σοφοκλέης κτλ. Versu primo legebatur *Σοφοκλῆς*. Correxit Elmsleius. Versu tertio inserui *δὲ* praeeunte Hermanno. Thierschius *τε*.

II.

Ἰδού, δέχου τὴν ψῆφον· ὁ καδίσκος δέ σοι
ὁ μὲν ἀπολύων οὗτος, ὁ δ' ἀπολλὺς ὁδί.

Harpocration p. 104 3: *Καδίσκος — ἀγγεῖόν τι, εἰς ὃ ἐψηφοφόρουν οἱ δικασταί, οὕτως ἔλεγον. Φρύνιχος Μούσαις Ἰδού, δέχου κτλ.* Eadem Photius et Suidas s. v. *καδίσκος*. Attigit haec Schoemannus Proc. Att. p. 723. Locum fortasse ad musicum Sophoclis et Euripidis certamen spectare, indicavi Quaest. scen. II p. 10 (Hist. crit. p. 157).

III.

Ὦ καὶ κάπραινα καὶ περίπολις καὶ δρομάς.

Pollux VII 203: *ἐν δὲ Φρυνίχου Μούσαις Ὦ κάπραινα κτλ.* Ita vulgo. Vere, opinor, scripsi *ὦ καὶ κάπραινα*. Ita Cephisodorus apud Herodianum dict. solit. p. 39. *ὦ καὶ λέων καὶ μυγαλῆ καὶ σκορπίος.* Similis item Hermippi versus p. 384: *ὦ σαπρὰ καὶ πασιπόρνη καὶ κάπραινα* [*καὶ σοβάς*], et incerti poetae apud Photium v. *μύραινα: ὦ προδότι καὶ παραγωγὲ καὶ μύραινα σύ.* Praestat hoc ei quod olim proposui, *ἰὼ κάπραινα* etc. Si vera est mea de argumento huius fabulae coniectura, verbis illis fortasse Euripidis Musa compellatur. Atque ita etiam Th. Bergkius Comment. p. 315. qui versum ita constituit, *ἀλλ' ὦ κάπραινα καὶ περίπολι καὶ δρομάς.*

IV.

Κἂν ὀξυβάφῳ χρῆσθαι τρεῖς χοίνικας ἢ δύ' ἀλεύρων.

Pollux X 86: *οὐ γὰρ μόνον ἐπὶ τῶν κοτταβικῶν εἴρηται τὰ ὀξύβαφα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν εἰς τὴν ἐδώδιμον χρείαν — κἂν ταῖς Φρυνίχου Μούσαις Κἂν ὀξυβάφῳ κτλ.* Codex Iungermanni *χρεῖσθαι*. Scribendum videtur *κἂν* (*καὶ ἐν*)

ὀξυβάφῳ χρῆσται κτλ. Et cum versus esse videatur anapaesticus tetrameter uno pede minor, hunc fere in modum redintegrandus fuerit:

Κἂν ὀξυβάφῳ χρῆσται μάττειν τρεῖς χοίνικας ἢ δύ' ἀλεύρων.

De *χρῆσται*, quo Pherecrates aliique poetae comici usi sunt, vide Hermannum ad Sophoclis Oed. Col. 505.

V.

Athenaeus VII p. 319 a: *Πηλαμύς. Φρύνιχος ἐν Μούσαις μνημονεύει.*

Quae praeterea ad Musas referri posse videntur fragmenta, ea, quum res incerta sit, infra exhibere malui in Fragm. fab. inc. I. XIII.

Μ Υ Σ Τ Α Ι *)

I.

Μάστιγα δ' ἐν χεροῖν ἔχων τευτάζεται

Photius Lex. p. 583 10. *Τευτάζειν: πραγματεύεσθαι ἢ σκευωρεῖσθαι ἢ στραγγεύεσθαι καὶ πολὺ διατρίβειν ἐν τῷ αὐτῷ. — καὶ Ἀρτεμίδωρος δὲ φροντίζειν. Φρύνιχος Μύσταις Μάστιγα δ' ἐν χερσὶν ἔχων τευτασθαι* (sic). Exhibui correctionem Ruhnkenii ad Tim. p. 254. etiam Valckenario ad Theocriti Adon. p. 236 probatam. Nec dubitare debebat de usu medii. V. Bastium Epist. crit. p. 152. Non intercedo tamen quo minus cum Bergkio Comment. p. 375 scribatur *ἐτεύτασεν.*

II.

Ἐβουλόμην ἂν ὑμιν ὥσπερ καὶ προτοῦ.

Eustathius ad Iliad. ρ' 415 p. 1112 36: *Ἴωνες δὲ πολλάκις δὲ καὶ Ἀθηναῖοι προπερισπῶσι (τὸ ἡμῖν) ἐν συστολῇ*

*) V. Hist. crit. p. 158.

τοῦ ῑ. — *Σοφοκλῆς Οἰδίποδι* (Tyr. 921) *Ὅπως λύσιν τιν' ἥμιν εὐαγῆ πόροις. Φρύνιχος Μύστῃ* (sic) *Ἐβουλόμην ἂν κτλ.* Similiter *ἥμιν* vel *ἡμὶν* ultima correpta dixit Aristophanes Ran. 386 et Eupolis Fragm. fab. inc. II 4. Fortasse etiam incertus comicus apud Lucianum Iove Trag. vol. II p. 644:

ὦ μακαρία,
ἥτις ἐν ἔρωτι καὶ τοιαύταις παιδιαῖς
οἴει τὰ πράγμαθ' ἥμιν εἶναι.

Ita enim unus liber habet pro *οἴει τὰ ἡμέτερα πράγματ' εἶναι.* Ex Eustathio profecit Varinus Ecl. p. 106 20 Dind.

De alio fragmento probabili coniectura ad Mystas referendo vide Inc. fab. XIV.

Π Ο Α Σ Τ Ρ Ι Α Ι. *)

I.

Αὐτοπυρίταισί τ' ἄρτοις καὶ λιπῶσι στεμφύλοις.

Athenaeus III p. 110 e: *αὐτοπύρου δ' ἄρτου μνημονεύει Ἄλεξις — Φρύνιχος δ' ἐν Ποαστρίαις αὐτοπυρίτας αὐτοὺς καλῶν φησιν Αὐτοπυρίταισι κτλ.* Pollux VII 23: *ἄρτους δὲ πυρίτας ἐρεῖς, ὡς ἐν Ποαστρίαις Φρύνιχος,* ubi recte viri docti corrigunt *αὐτοπυρίτας.* Ad *λιπῶσι* fortasse referenda est glossa Photii p. 226 6. *Λιπῶσι: λιπαρῶσι.* Ubi pro *λιπαρῶσι* scribendum *λιπαροῖς.*

II.

Athenaeus X p. 424 c: *καλοῦνται δὲ καὶ ἀρυστῆρες καὶ ἀρύστιχοι — Φρύνιχος Ποαστρίαις Κύλιχ' ἀρύστιχον.* V. ad Cratini fragm. p. 158.

*) V. Hist. crit. p. 158.

III.

Pollux X 159: *καὶ χοιροτροφεῖον δέ, ἐν ᾧ χοῖροι τρέφονται, ὡς Εὔπολις καὶ Φρύνιχος Ποαστρίαις.*

IV.

Harpocratio p. 75 23: *ὅτι δὲ ἐπὶ παντὸς τοῦ ἐκ τῶν ἰδίων ἐκβαλλομένου τάττεται τοὔνομα (ἐξούλη), καὶ οὐχ ὡς οἴεται Καικίλιος μόνων τῶν ἐκ καταδίκης ὀφειλόντων, καὶ Φρύνιχος ἐν Ποαστρίαις δῆλον ποιεῖ.*

V.

Ὥσπερ ἐμὸν αὐτῆς ἴδιον.

Priscianus Inst. XVIII p. 71 ed. Krehl. *et quod mirum est, hoc ipsum ἴδιον etiam primae et secundae adiungitur personae apud illos, ut — Φρύνιχος Ποαστρίαις Ὥσπερ ἐμὸν αὐτῆς ἴδιον.* Scripsi *αὐτῆς* pro vulgato *αὐτοῦ* ex Aldina, quae pro *ὥσπερ* habet *ὅπερ.*

VI.

Scholiasta Aristophanis Av. 1297: *δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης (Πλάτων) Περιαλγεῖ „χρηστὸν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον." λέγει δὲ ἐν Ποαστρίαις ὁ αὐτὸς ὡς καὶ περὶ ἀλέκτορας αὐτοῦ ἐσπουδακότος.* In his pro *ὁ αὐτὸς* Phrynichi nomen restituendum esse indicavi Quaest. sc. II p. 22 allato schol. Luciani Iov. Trag. vol. II p. 696: *Μειδίας ὀρτυγοκόπος ἦν, ὡς Πλάτων Περιαλγεῖ· καὶ εἰς πονηρὸν δὲ καὶ κύβαλον καὶ τῶν δημοσίων νοσφιστὴν Φρύνιχος καὶ Πλάτων διαβάλλουσιν.*

Σ Α Τ Υ Ρ Ο Ι.

I.

Phrynichus Epit. p. 266 Lob. *εὐαγγελίζομαι — εὑρίσκω κατὰ δοτικὴν ἡρμοσμένον, Ἀριστοφάνους μὲν οὕτω λέγοντος ἐν τοῖς Ἱππεῦσιν* (642):

εὐαγγελίσασθαι πρῶτος ὑμῖν βούλομαι.

Φρυνίχου δὲ τοῦ κωμῳδοῦ ἐν τοῖς Σατύροις οὕτως· Ὅτι πρὶν ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς βουλὴν ἔδει καὶ ταῦτ' ἀπαγγείλαντα εὐαγγέλιον πρὸς τὸν θεὸν ἥκειν, ἐγὼ δὲ ἀπέδραν ἐκεῖνον δευρὶ ἄνθρωπον δή. Ita haec exhibet editio princeps: recentiores εὐαγγέλιον omittunt eiusque loco πάλιν habent, et postrema ita exhibent: ἐκεῖνον δευριανὸν δεῖ. Hermannus apud Lobeckium locum ita constituebat:

Ὁτιὴ πρὶν ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς βουλὴν ἔδει τοιαῦτα
εὐαγγελισάμενον πόλει πρὸς τὸν θεὸν [τὸ πρῶτον]
ἥκειν· ἐγὼ δ' ἀπέδραν ἐκεῖνον δεῦρ' ἰόντα νῦν δή.

Alia idem tentavit Opusc. I p. 49. Dindorfius in Phrynichi epitomes loco Atticistarum de usu aoristi ἀπέδραν praeceptum cum iis, quae de verbo εὐαγγελίζεσθαι attulerit grammaticus, temere commixtum esse acute coniicit. Quae enim tanquam Phrynichi comici verba afferuntur, eorum priora ex duobus Aristophanis locis, Equitum 642. ὦ Βουλή, λόγους ἀγαθοὺς φέρων εὐαγγελίσασθαι βούλομαι, et Pluti 766. ἀναδῆσαι βούλομαι εὐαγγέλιά σε κριβανωτῶν ὁρμαθῷ, τοιαῦτ' ἀπαγγείλαντα, esse conficta, postrema autem ἐγὼ δὲ —δή comici esse verba propter aoristum ἀπέδραν commemorata; eademque attulisse ex codice Veneto Bekkerum Anecd. p. 1066: καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Ταγηνισταῖς „δεῦρο δ' ἂν οὐκ ἀπέδραμεν."

II.

Κερκυραῖαι δ' οὐδὲν * * *
ἐπιβάλλουσιν μάστιγες.

Scholiasta Aristophanis Av. 1463: λέγεταί τις Κερκυραία μάστιξ. Φρύνιχος Σατύροις Κερκυραῖαι δὲ οὐδὲν ἐπιβάλλουσι μάστιγες. ὥστε καὶ εἰς παροιμίαν ἤδη ἐλθεῖν. V. Interpretes Hesychii s. v. Κερκυραία. Phrynichi verba digessi ut voluit Hermannus Opusc. I p. 49.

III.

Scholiasta ad Vesp. 82: καὶ γὰρ ὁ Φιλόξενος ἐκωμῳδεῖτο ὡς πόρνος. Εὔπολις Πόλεσιν — καὶ Φρύνιχος Σατύροις. Philoxenum dicit Diomensem, de quo vide Aristoph. Vesp. 48 et Eupolidis Civit. XIV p. 514.

IV.

Βοάσομαι τἄρα τὰν ὑπέρτονον
βοάν.

Scholiasta ad Nubes 1157: βοάσομαι τἄρα τὰν ὑπέρτονον βοὰν] παρὰ τὰ ἐκ Πηλέως Εὐριπίδου — καὶ Φρύνιχος Σατύροις· Βοάσομαι τἄρα τὰν ὑπέρτονον βοάν. Ita Hermannus pro βοάσομαι γὰρ ἄρα.

V.

Athenaeus III p. 87 b. de usu vocabuli κόγχος disserens: Ἀριστώνυμος Θησεῖ „κόγχος ἦν βαπτῶν ἁλῶν.“ παραπλησίως δ' εἴρηκε καὶ Φρύνιχος Σατύροις.

VI.

Pollux III 73: Φρύνιχοις ἐν Σατύροις τὸν δεσπότην κεκτημένον λέγει. Antiatticista p. 102: κυρίαν οὔ φασι δεῖν λέγειν, ἀλλὰ κεκτημένην, τὸν δὲ κεκτημένον μὴ λέγεσθαι ἀντὶ τοῦ δεσπότου. Σατυρικοῖς κεκτημένον λέγει, Φιλήμων κυρίαν. Scribendum videtur, Φρύνιχος δὲ Σατύροις κεκτημένον λέγει. De quo admonui Quaest. scen. II p. 10 (Hist. crit. p. 158). Sequutus est Th. Bergkius Comment. p. 300.

ΤΑΓΑΓΩΙΔΟΙ Η ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙ. *)

I.

Ἡδὺ δ' ἀποτηγανίζειν ἄνευ συμβολῶν.

Athenaeus VI p. 229 a: *τοῦ δὲ ῥήματος (ἀποτηγανίζειν) μέμνηται Φρύνιχος ἐν Τραγῳδοῖς Ἡδὺ δ' ἀποτηγανίζειν κτλ.* Ex eadem fabulae parte fortasse Fragm. VII petitum est.

II.

Ὦ χρυσοκέφαλοι βεμβράδες θαλάσσιαι.

Athenaeus VII p. 287 b: *Βεμβράδες. Φρύνιχος Τραγῳδοῖς Ὦ χρυσοκέφαλοι κτλ.*

III

Τὸν Κλεόμβροτόν τε τοῦ
Πέρδικος υἱόν.

Athenaeus IX p. 389 a: *Φρύνιχος Τραγῳδοῖς Τὸν Κλεόμβροτον — υἱόν. τὸ δὲ ζῷον ἐπὶ λαγνείας συμβολικῶς παρείληπται.* Itaque Cleombrotum Perdicis filium appellavit Phrynichus eodem modo quo importunus et vanus iactator dicitur filius Selli (v. supra ad Fragm. Cron. V), aut Antimachus omnia conspuere solitus filius Psacadis, v. Aristophanis Acharn. 1149. De libidine perdicum satis constat ex Aristotelis H. A. II 61 sqq. Aeliani H. A. III 16. Cfr Bergkius ad Anacr. p. 227.

IV.

Περιστέριον δ' αὐτῷ τι λαβὲ τριωβόλου.

Athenaeus XIV p. 654 b nominis *περιστέριον* exempla componens: *Φρύνιχος Τραγῳδοῖς Περιστέριον κτλ.*

---

*) V. Hist. crit. p. 158.

V.

Σὺ δὲ τιμιοπώλης ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδὲ εἷς.

Pollux VII 195: *εἶεν δ' ἂν τινες καὶ νεκροφόροι καὶ ταφεῖς. τὰ δ' ἐπὶ τοῦ πιπράσκειν, ἔστιν εἰπεῖν ἐπ' αὐτῶν τὸ τιμιοπῶλαι, εἰρηκότος Φρυνίχου ἐν Τραγῳδοῖς Σὺ δὲ τιμιοπώλης ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδὲ εἷς. καὶ ἡ παμπρασία δὲ ἐπὶ τῶν πάντα πωλούντων λέγεται.* In his Pollucis verba *τὰ δ' ἐπὶ* etc. in libris recte ita scribuntur: *τὰ δ' ἐπὶ τούτοις ἀπὸ τοῦ πιπράσκειν. ἔστιν δὲ εἰπεῖν ἐπ' αὐτῶν* etc. Phrynichi versum Casaubonus ad Athen. VI p. 229 a. interpretatur: *Carius vendis quam ullus Achilles*, qui Hectoris corpus immani pretio Priamo vendiderat, ut notum est ex Homero. Eodem respicit Diphilus Merc. vs. 7: *γόγγρον μὲν ὥσπερ ὁ Πρίαμος τὸν Ἕκτορα, ὅσον εἵλκυσεν, τοσοῦτο καταθεὶς ἐπριάμην.* Aelianus H. A. VI 50: *ἀλλ' οὐκ ἐρεῖ ταῦτα ὁ Πρίαμος, εἴγε καὶ ἐκεῖνος τὸν Ἕκτορα ἐλύσατο πολλῶν κειμηλίων καὶ θαυμαστῶν* Nec dubito quin recte eo quo Casaubonus voluit sensu legatur *τιμιοπώλης*, pro quo Salmasius volebat *τυμβοπώλης*. In Iungermanni codice *τομιοπώλης* scriptum est. In *οὐδεὶς* aliquid vitii superest.

VI.

Αἰτίαν ἔχει

πονηρὸς εἶναι τὴν τέχνην.

Priscianus Inst. Gramm. XVIII p. 246 ed. Krehl. „Attici *πονηρὸς τὴν τέχνην. Φρύνιχος Τραγῳδοῖς Αἰτίαν ἔχει — τέχνην.*" V. Hist. crit. p. 159. De formula *αἰτίαν ἔχειν* vide quae supra attuli p. 337. Aliud tamen scripsisse Phrynichum docet Collatio Scaligeri quae haec habet: *ἂν ἐκεῖνον ἢ πονηρὸς εἶν' ἀρνῇ τέχνην.* Ea fortasse sic conformanda sunt, *ἐὰν ἐκεινονὶ | πονηρὸν εἶν' ἀρνῇ τέχνην, si istum in arte sua malum esse neges.*

VII.

Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 464. *Αὔξις: εἶδος θυννίδος, ἣν τινες κορδύλην λέγουσι. Φρύνιχος Τραγῳδοῖς*

Καὶ τέμαχος αὔξιδος. Rectius fortasse scribas αὖξις et αὐξίδος. Ita certe scribitur apud Nicandrum Alex. 469 et Aristot. Hist. An. VI 16. Numeri esse videntur paeonici, ut Fragm. I.

VIII.

Harpocratio p. 57 15: διάθεσις — καὶ ἀντὶ τοῦ διοίκησις ὁ αὐτὸς (Antiphon) ἐν τῷ περὶ ὁμονοίας „ἀλλὰ εἰδότες τὴν διάθεσιν ἀκούουσιν." Φρύνιχος Τραγῳδοῖς *Τῇ διαθέσει τῶν ἐπῶν.* Similiter Eupolis p. 548: πότερα βούλεσθε τὴν νῦν διάθεσιν | ᾠδῆς ἀκούειν;

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I.

Λάρους θρηνεῖν, ἐν οἷσι Λάμπρος ἐναπέθνησκεν,
ἄνθρωπος ὢν ὑδατοπότας, μινυρὸς ὑπερσοφιστής,
Μουσῶν σκελετός, ἀηδόνων ἠπίαλος, ὕμνος Ἅιδου.

Athenaeus II p. 44 d: ὑδροπότης δ' ἦν καὶ Λάμπρος ὁ μουσικός, περὶ οὗ Φρύνιχός φησι Λάρους θρηνεῖν κτλ. Lamprum dicit, celebrem illum Sophoclis Socratis et Epaminondae in musica arte et orchestica magistrum, de quo veterum scriptorum loca collegerunt interpretes Platonis Menex. p. 236 A. et Fabricius ad Sextum Emp. p. 359. Locum ex *Musis* petitum esse suspicabar Hist. crit. p. 157. Atque ita etiam Th. Bergkius Comment. p. 376. Quae coniectura sane aliquanto probabilior est ea, quam Schweighaeuserus et Huschkius (Commentatione de C. Annio Cimbro p. 31) proposuerunt, qui hoc fragmentum ad Ephialten fabulam rettulerunt, non alio puto argumento quam quod ἠπίαλος in eo commemoratur. Non repugnaverim tamen, si quis locum *Tragoedis* potius adscribat. Vs. 1 ingeniose Bergkius coniecit

Καὶ νιγλάρους θρηνεῖν, *et querulos cantus edere*, sc. Sophoclem aliumve poetam, Lampri praeceptoris exemplum sequutum. Vulgatam lectionem ita fere interpretantur, *lugere gavias*, *aquatiles aves*, *mortuo illo aquae potore*. In utraque ratione difficile dictu est, quid imperfecto ἐπανέθνησκε faciendum sit, pro quo aoristus requiritur, si de morte Lampri haec intelliguntur. Itaque si recte habet librorum lectio λάρους θρηνεῖν, hunc potius verborum sensum esse putem, *lugere gavias*, *in quibus itentidem peribat Lamprus*, quippe homo abstemius nec nisi aqua vitam sustentans. — Vs. 2 ὢν additum ab Erfurdtio Observ. p. 434. Ibid. ante Schweighaeuserum μίνυρος. Ad ὑπερσοφιστὴς cfr supra p. 16. — Vs. 3 Μουσῶν σκελετός, quod Musetus V. L. IX 5 interpretatur *Musarum aridum et exsiccatum cadaver*, comice dictum videtur de musico macilento; nisi forte est qui cantu suo maciem affert Musis, quemadmodum ἀηδόνων ἠπίαλος recte interpretari videtur Erfurdtius *qui febrem affert lusciniis*, comparato quod de spectaculo colorum varietate oculis gravi Goethius dixit, *bunter Augenschmerz*. Similia multa habet graeca lingua, veluti Herodoti illud V 18 formosas mulieres ὀφθαλμῶν ἀλγηδόνας dicentis, cui concinit Alexandri dictum apud Plutarchum V. Alex. p. 676: ὡς εἰσὶν ἀλγηδόνες ὀφθαλμῶν αἱ Περσίδες. Eodem pertinet Plutarchi dictum frigidam aquam ἵππων γῆρας esse dicentis Moral. p. 785 d. Quae sequuntur ὕμνος Ἅδου, Erfurdtius explicat ὑμνῶν ἐπὶ φόνοις καὶ ὑπουργίᾳ τοῦ Ἅιδου, *homo cantu auditores enecans*.

II.

Ὦ φίλταθ᾽ Ἑρμῆ, καὶ φυλάττου, μὴ πεσὼν
σαυτὸν παρακρούσῃ, καὶ παράσχῃς διαβολὴν
ἑτέρῳ Διοκλείδᾳ βουλομένῳ κακόν τι δρᾶν.
ΕΡ. φυλάξομαι. Τεύκρῳ γὰρ οὐχὶ βούλομαι
μήνυτρα δοῦναι τῷ παλαμναίῳ ξένῳ.

Plutarchus Alcib. 20: τοὺς δὲ μηνύσαντας ὁ μὲν Θου-

κυδίδης ὀνομάσαι παρῆκεν, ἄλλοι δ' ὀνομάζουσι Διοκλείδαν καὶ Τεῦκρον, ὧν καὶ Φρύνιχός ἐστιν ὁ κωμικὸς ταυτὶ πεποιηκώς Ὦ φίλταθ' Ἑρμῆ κτλ. De Dioclida et Teucro, quorum magnas partes fuisse constat in caussa Hermocopidarum, nota omnia ex Andocide. Cfr Droysenii Comment. de Aristoph. Avibus p. 34 et 49. Locus aut ex Monotropo aut, quod probabilius, ex Comastis ductus est. V. Hist. crit. p. 155 et Th. Bergkii Comment. p. 370. Vs. 1 abest ab uno cod. apud Baehrium particula καί, pro qua aptius legeretur νῦν. Nisi forte praecedebat apud poetam χαῖρέ μοι, vel simile quid. Ibidem legebatur φυλάσσου. Vs. 2 fortasse scribendum περικρούσῃ, quod solenne in hac re verbum est. Phrynichus Bekkeri p. 60 25. περικεκρουμένος ἄνθρωπος: ὁ οὐχ ὁλόκληρος. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀγγείων τῶν ὑπὸ χρόνου περικεκρουμένων. Ceterum cfr Hist. crit. l. l.

III.

Ἦν γὰρ πολίτης ἀγαθός, ὡς εὖ οἶδ' ἐγώ,
κοὐχ ὑποταγεὶς ἐβάδιζεν, ὥσπερ Νικίας.

Plutarchus Vit. Nic. cap. 4: ὑποδηλοῖ δὲ καὶ Φρύνιχος τὸ ἀθαρσὲς αὐτοῦ (Niciae) καὶ καταπεπληγμένον ἐν τούτοις Ἦν γὰρ πολίτης κτλ. Vs. 2 ὑποταγεὶς h. e. *timidus et demisso animo*. Ceterum cfr ad Monotropi Fragm. IV.

IV.

Τοὺς δὲ γομφίους
ἅπαντας ἐξέκοψεν, ὥστ'
οὐκ ἂν δυναίμην Ναξίαν
ἀμυγδάλην κατᾶξαι.

Athenaeus II p. 52 c: ὅτι αἱ Νάξιαι ἀμυγδάλαι διὰ μνήμης ἦσαν τοῖς παλαιοῖς. καὶ γίνονται ὄντως ἐν Νάξῳ τῇ νήσῳ διάφοροι. — Φρύνιχος Τοὺς δὲ γομφίους κτλ. Versus recte digessit primus Erfurdtius Observ. p. 43. Fallitur Porsonus App. ad Toup. p. 438.

V.

Ἑπτάκλινος οἶκος ἦν καλός,
εἶτ' ἐννεάκλινος ἕτερος οἶκος.

Athenaeus II p. 47 f: *ὅτι καὶ τρίκλινοι καὶ τετράκλινοι καὶ ἑπτάκλινοι καὶ ἐννεάκλινοι καὶ κατὰ τοὺς ἑξῆς ἀριθμοὺς ἦσαν παρὰ τοῖς παλαιοῖς. — Φρύνιχος Ἑπτάκλινος οἶκος κτλ.*

VI.

Ἀμυγδαλῆ τῆς βηχὸς ἀγαθὸν φάρμακον.

Athenaeus II p. 53 a. de accentu nominis *ἀμυγδάλη* vel *ἀμυγδαλῆ* agens: *Φρύνιχος Ἀμυγδαλῆ κτλ.* Putes haec *εἰρωνικῶς* dici.

VII.

Ἢ μαζίου τι μικρὸν ἢ κολοκυντίου.

Athenaeus II p. 59 c: *Φρύνιχος ὑποκοριστικῶς* (sc. *τὴν κολοκύντην* dixit) *Ἢ μαζίου κτλ.*

VIII.

Ἦσαν δὲ καὶ γυναικῶν ἀφήλικες.

Pollux II 17: *Φρύνιχος δὲ τὰς νέας ἀφήλικας λέγει Ἦσαν — ἀφήλικες, Φερεκράτης δὲ τὴν γεραιτέραν ἀφηλικεστέραν.* Vide ad Fragm. Cratini p. 208. Nisi quid corruptum est, tetrametrorum putem esse reliquias, ita illas digerendas, ut *ἀφήλικες* alterum versum ordiatur. Fortasse tamen *γυναικαρίων* scribendum, qua forma usus est Diocles apud Antiattic. p. 87 4.

IX.

Ἔμει καταμηλῶν· φλέγματος γὰρ εἶ πλέως.

Pollux IV 18: *μηλῶσαι τὸ τὴν μήλην καθεῖναι. Φρύνιχος ὁ κωμικός· Ἔμει καταμηλῶν. καὶ φλέγματος γὰρ εἶ πλέως.* Correxit Salmasius ut supra adscripsi. Locus videtur ex eadem fabula petitus esse ex qua Fragm. VI servatum est.

X.

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, μή μ' ἀτιμάσας γένῃ.

Priscianus Inst. gramm. XVIII p. 198 ed. Krehl. *Participia pro verbis ponunt Attici, quod frequenter faciunt Latini.* — Φρύνιχος Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, μή μ' ἀτιμάσας γένῃ, pro μή με ἀτιμήσῃς. Pro ἀτιμήσῃς cod. Leid. recte ἀτιμάσῃς.

XI.

Τριωβόλων ὅσων ὑπὲρ ἡλιάζομαι.

Scholiasta Rav. ad Aristophanis Vesp. 299: ἦν μὲν γὰρ ἄστατον τὸ τοῦ μισθοῦ (sc. τοῦ δικαστικοῦ). ποτὲ γὰρ διώβολον ἦν, ἐγένετο δὲ ἐπὶ Κλέωνος τριώβολον. Φρύνιχος Τριώβολον ὅσον ὑπερηλιάζομαι. Corrigenda haec ut supra adscripsi. De re ipsa vide Boeckhium Oecon. Att. I p. 250 sq. Hermannum Praef. Aristoph. Nub. p. LI sq. et Dindorfium ad Aristoph. Vesp. 684.

XII.

Πολὺς δὲ συβαριασμὸς αὐλητῶν τότ' ἦν.

Scholiasta Aristophanis Pac. 344: Καλλίστρατος (συβαρίζειν explicat) τρυφᾶν, ἀπὸ τῆς συβαριτικῆς τρυφῆς. Ἀρτεμίδωρος ἁπλῶς θορυβεῖν. καὶ Φρύνιχος Πολὺς δὲ συβαριασμὸς αὐλητῶν ἦν. Supplevi τότε Hist. crit. p. 151. Fecit etiam Bergkius Comment. p. 367. qui locum ad *Comastas* revocavit.

XIII.

Οὐ γλύξις οὐδ' ὑπόχυτος, ἀλλὰ Πράμνιος.

Diogenes Laert. IV 20: ἦν δὲ καὶ φιλοσοφοκλῆς (Polemo), καὶ μάλιστα ἐν ἐκείνοις — ἔνθα ἦν κατὰ τὸν Φρύνιχον Οὐ γλύξις κτλ. Pervertit haec Suidas vol. III p. 564. Ὑπόχυτος οἶνος: ὁ γλυκύς. Ἦν δὲ Πολέμων ὁ φιλόσοφος οὐ γλυκύς, οὐδ' ὑπόχυτος ἀλλὰ Πράμνιος. Fragmentum hoc ad *Musas* revocavi Quaest. scen. II p. 10 (Hist. crit. p. 157), quod sequutus est Th. Bergkius Comment. p. 377. Sed potest etiam ex *Tragoedis* petitum esse. Pro γλύξις

editt. γαῦσος et γαῦσις. Cod. Reg. γαῦξις. Flor. γλύξις. Hesychius, Γλύξις: ὁ ἀνειμένος οἶνος καὶ ἄγονος, ὃν ἔνιοι μὲν ἁπαλόστομον, οἱ δὲ γλεῦξιν. Pramnium autem vinum austerum erat et durum. Peropportune Menagius affert Athen. I p. 30 c: Ἀριστοφάνης — λέγων τὸν Ἀθηναίων δῆμον οὔτε ποιηταῖς ἥδεσθαι σκληροῖς καὶ ἀστεμφέσιν οὔτε Πραμνίοις σκληροῖσιν οἴνοις, συνάγουσι τὰς ὀφρῦς τε καὶ τὴν κοιλίαν, ἀλλ' ἀνθοσμίᾳ καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ.

XIV.

Ἅ δ' ἀνάγκα 'σθ' ἱερεῦσιν καθαρεύειν φράσομεν.

Hephaestio XII p. 67: τῶν δὲ ἐν τῷ μέτρῳ (ionicos a minori dicit) μεγεθῶν τὸ μὲν ἐπισημότατόν ἐστι τὸ τετράμετρον καταληκτικόν, οἷον — παρὰ Φρυνίχῳ τῷ κωμικῷ "Ἅ δ' ἀνάγκα κτλ. "Ἅ δ' pro edito olim ἅδ' ex scholiasta correctum est: τὸ δὲ Ἅ Δ' ΑΝΑΓΚΑ οὐδέτερόν ἐστιν ἄρθρον, ἐν συστολῇ τὸ ᾱ ἔχον, ἀντὶ τοῦ ἅ τινα Tum editiones ante Gaisfordium ἀνάγκας θ'. Correxit Tyrwhittus. Pauwius ἀναγκαῖ'. Th. Bergkius ἀνάγκη 'σθ'. Et habet sane in ionicis versibus dorismus aliquid offensionis. Locum ex *Mystis* derivatum esse, probabilis est eiusdem sententia Comment. p. 375 De metro cfr Hist. crit. p. 150.

XV.

Suidas, Ἀθύρωτον στόμα: οὕτως ἀθύρωτον, οὐκ ἀπύλωτον. Ἀριστοφάνης Βατράχοις (861) καὶ Φρύνιχος. Cfr s. v. ἀπύλωτον. In Aristophanis loco libri fluctuant inter ἀθύρωτον et ἀπύλωτον; ac fortasse Phrynichum grammaticum intelligere praestat, quem in loco Aristophanis ἀθύρωτον probasse, ex hac glossa a Bekkero Anecd. p. 352 11 edita colligere licet: Ἀθύρωτος, ἄκλειστος. Ἀριστοφάνης. Illa enim λέξεων χρησίμων farrago, quam cum magno graecarum litterarum bono Bekkerus edidit, magnam partem ex Phrynichi Apparatu sophistico, cuius vix sextam partem superstitem habemus, conflatam esse facili opera doceri potest. Nec omittendum est, ad Phrynichi auctoritatem in crisi

Aristophanea etiam aliis locis provocari a scholiastis Aristophanis, v. c. ad Nub. 755. *ἀργυρίων*] *οὕτως ἡ γραφὴ ἀργύρια παρὰ Φρυνίχῳ κεῖται· ὅτι οἱ κωμικοὶ πληθυντικῶς φασίν· οἱ ῥήτορες ἑνικῶς. καὶ Σώφρων πληθυντικῶς.* Quae omnia ex Phrynichi Apparatu derivata sunt. Alias grammaticorum citationes, quae dubium est ad utrum Phrynichum revocandae sint, composui Hist. crit. p. 159.

XVI.

Aristophanes Nub. 549: *Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν, | ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς, | προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην, τοῦ κόρδακος οὕνεχ' ἣν | Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.* Itaque Phrynichus temulentam anum induxerat, quae restim ductaret, ad postremum autem Andromedae instar belluae marinae exponeretur; idque inventum in ludificanda Hyperboli matre imitatus erat Eupolis in Marica. Quanam autem in fabula id fecerit Phrynichus incertum est. Scholiastae haec est ad verba *Φρύνιχος ἣν* annotatio: *φέρεται ὑπεύθυνος Φρυνίχου. μήποτε οὖν ἐκείνην φράζων ὡς γραῦν ἐκκειμένην τῷ κήτει. καὶ ἴσως ἐν ὑπερβόλῳ ἂν λέγοι αὐτὸς ὅτι τὸ κῆτος ἤσθιεν.* Hinc alii *Ὑπεύθυνον* alii *Ὑπέρβολον* Phrynicheae fabulae titulum esse collegerunt. Mirabiliora etiam excogitavit Fritzschius Actis Societ. graecae I p. 132. Hyperbolum removit acutissima Hermanni coniectura, codicibus Dindorfii confirmata. Iidem omnia ista inde a *φέρεται* usque ad *τῷ κήτει* plane omittunt. Quod Pollux VI 19 ex Phrynicho affert *πότις γυνή* de vinosa muliere dictum, fortasse ad ipsam illam temulentam anum referendum est.

XVII.

Scholiasta Aristoph. Nub. 968: *Φρύνιχος αὐτοῦ τούτου τοῦ ᾄσματος μέμνηται ὡς Λαμπροκλέους ὄντος, τοῦ Μίδωνος υἱοῦ ἢ μαθητοῦ. ἔχει δὲ οὕτως· Παλλάδα περσέπολιν, δεινὰν θεόν, ἐγρεκύδοιμον* etc. V. Schneidewini Delect. poet. lyric. p. 462.

XVIII.

Pollux II 34: *αὐχμεῖν δὲ τὴν κόμην Ὅμηρος λέγει „αὐχμεῖς δὲ κακῶς καὶ ἀεικέα ἕσσαι." καὶ αὐχμᾶν. Φρύνιχος δὲ ὁ κωμικὸς αὐχμᾶς ἔφη. αὐχμηρὸν δὲ τοιοῦτον κέκληκε Ξενοφῶν.* Pro verbis *καὶ αὐχμᾶν — ἔφη* in uno codice haec tantum leguntur: *καὶ αὐχμᾶν Φρύνιχος*. Vulgatum cur ferri non possit apertum est. Itaque aut probandum quod ex codice attuli, aut pro *αὐχμᾶς* fortasse *αὐχμίας* scribendum. Postremum commendant quae proxime sequuntur apud Pollucem, ex quibus non verbum, sed substantivum ex Phrynicho allatum esse suspicari licet. *Αὐχμίας* aliunde quidem non cognitum, at recte formatum est. Ut enim v. c. a *καπνὸς* formatur *καπνίας*, ita *αὐχμίας* ab *αὐχμός*. Sin vana est suspicio nostra et recte habet codicis lectio, id ipsum rursum memorabile est, quod *αὐχμᾶν* poeta dixit, cuius verbi praeter participium *αὐχμῶντα* etc. nihil in usu fuisse indicat Phrynichus App. soph. p. 7 26.

XIX.

Pollux II 56: *ἔστι δὲ ἐκ τοῦ βλέπειν — ἀπόβλεμμα παρὰ Φρυνίχῳ τῷ κωμικῷ.*

XX. XXI.

Pollux II 82: *καὶ εἰσακοῦσαι. καὶ εὐήκοος γενοῦ ἐν εὐχῇ, παρὰ Φρυνίχῳ τῷ κωμικῷ.* Lege *ἐπήκοος γενοῦ* ex cod. Falckenb. — Idem II 96: *ὁ δὲ μὴ ἔχων ὀδόντα νωδός, ὡς Εὔβουλος λέγει καὶ Φρύνιχος ὁ κωμικός.*

XXII. XXIII.

Pollux III 45: *ὁ δὲ μέλλων γαμεῖν καὶ μελλονύμφιος* (fort. *μελλόνυμφος*) *ὑπ' ἐνίων ἐκλήθη, ὡς ὑπὸ Φρυνίχου τοῦ κωμικοῦ.* — Idem IV 85: *Φρύνιχος ὁ κωμικὸς καὶ τὴν κοιλοφθαλμίαν εἴρηκε.*

XXIV.

Pollux VII 131: *τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν μισθωτοί, καὶ ὡς Φρύνιχος μισθώτριαι γυναῖκες.* Ita scripsi pro *μισθώτρειαι.*

Stanford University Libraries
3 6105 007 339 059

Digitized by Google